Suppl. A
√7.103/A VOL. 2

Mr Pulley

173

MEDICAL LIBRARY,
BEDFORD GENERAL HOSPITAL.

PRAXIS MEDICA
SIVE COMMENTARIUM

In Aphoriſmos de cognoſcendis & curandis Morbis.

AUCTORE HERMANNO

BOERHAAVE,

PHIL. ET MED. DOCTORE,

Medicinæ, Botanices, Chemiæ, & Collegii Practici LUGDUNI-BATAVORUM PROFESSORE.

PARS SECUNDA.

BEDFORD MEDICAL LIBRARY. GENERAL INFIRMARY

Petavii Typis Seminarii,

Apud JOANNEM MANFRE'.

M. DCC. XXVIII.

551166

Inflammatio.

§. 370. BAſis hæc eſt omnium morborum acutorum. Inflammatio dicitur quaſi flammæ actio in partem. *Hippocrates τὸ πῦρ ignis*, Plegmone inflammatio febris dicebatur *πυρετὸς ignis major*, *καῦσος* à *καίω uro*, hinc per ignem febrem ſummam vel phlegmonem ſummam intelligebat. Mirabile eſt vocem inflammationis in omnibus fere linguis ſonare ignem, latinè enim ignis, græcè *πῦρ* gallicè *le feu* belgicè *een ontſteking*, *brand*, *branding*. Neque profectò, omnes Gentes, hocce vocabulum huic malo impoſuiſſe, hunc affectum bene conſideranti mirum videbitur, nam in loco inflammato certe major copia ignis elementalis adeſt, quam in alio non inflammato: quod evidenter Thermometra & effectus, quos producit, docent. Applica nimirum ignem elementalem è longinquo ad aliquam partem humani corporis vivi, pars illa primo calebit, ſi propius accedat, calebit moleſtè, ſi adhuc propius, incipiet ingratè titillare cum rubore ſplendente, dein plus rubere acriterque dolere, ſi iterum propius apponatur, fit intolerabilis dolor, ſi tunc in eodem gradu maneat, orientur bullulæ ſive Epidermis elevabitur, & ſi penitus pars uratur, orietur macula nigra, eſchara dicta: idem etiam fit ab inflammatione;

nam 1. pars incipit rubere & ingratè calere; 2. paulo plus calet; 3. pergit calere & ſimul dolere; 4. calor dolor & rubor augentur; 5. attollitur in veſiculas epidermis vel producitur anthrax & quidem adeo perfectus, ut medico ſagaciſſimo, manum cum anthrace videnti difficile foret ferre judicium, an ille ab igne elementali, an verò à miaſmate peſtilentiali productus ſit: hinc ſine diſcrimine agit idem inflammatio, ac ignis elementalis, & non immerito *Hippocrates* & *Græci Medici* peſtem vel febrim ardentiſſimam vocarunt τὸ πῦρ ignem; quoniam unico momento hominem quaſi comburit; *inflammatio hæc nil aliud eſt quam collectio ignis elementalis in parte vide noſtras exercitationes Chemicas in Theoriâ Caput de igne*, ubi docui ignem ſolâ rarefactione cognoſci; *Helmontius*, *Paracelſus* & juniores Medici inconſultò ſanè rident *Hippocratem* & Veteres ſuis nominibus, quæ rem optimè explicant, & maximè appropinquata ſunt.

Eryſipelas ab ἐρυθρὸν quod *rubrum* & πέλας quod *prope* ſignifiat idemque planè quod ἐρυθροπέλας deſignat, Veteribus eſt *lata*, *rubra*, *flaveſcens expanſio*, *loca epidermidis occupans cum calore & renitentiâ cum vel ſine fibre ab inæquali & impedito humorum motu*, & cum flava erat; hinc à bile eſſe dixerunt, ſic quoque à cauterio actuali fit phlegmone, ſi tumor ruber loca ſub Epidermide occupet præprimis pinguedinem, tum color adeſt ruberrimus, quod etiam fit ab actuali cauterio propius admoto, hinc ratio patet, cur *Hippocrates* uno verbo dixerit τὸ πῦρ.

Phlegmone à φλέγω *ardeo*, *uro*, unde φλεγματία & φλογωσὶς *exuſtio* dicitur. Hæc omnia ve-

vocabula uni inflammationi tribuuntur propter cauſas & effectus morbi, pars inflammata plerumque tumet, nec eſt differentia inter inflammationem, quæ fit ab igne externo & illam, quæ oritur à causâ internâ, nam ſi in aliquâ parte oriatur Diatheus inflammatoria, tum fit primo levis pruritus, dein titillatio, poſtea ardor, dein rubor, pars attollitur in tumorem, fit ſeparatio cuticulæ, & ſi non reſolvatur, fit eſchara, pariter orietur, ſi partem admoveas igni; hinc inflammationis cauſa eſt ignis, & ſi hunc tollere poteris, tum ſublata eſt inflammatio; ſic in Pleuritide latus calet & dolet, tolle tumorem & morbum ſuſtuliſti.

§. 371. Scimus hodie, quod ignis Elementalis ſit idem cum igne, quem facit motus naturalis, animalis, vitalis in noſtro corpore, nec ullum eſt corpus in rerum naturâ, quod ſe plus movet quam ignis; hinc ſcimus, quod inflammatio & ignis ſunt unum idemque, quod veteres medici intellexerunt, ut patet dum inflammationem ignem vocarunt. Quid jam eſt inflammatio à causâ internâ, quo ad Phænomena, tum *eſt tumor præternaturalis, retinens, ruber, calens, punctoriè dolens una plerumque cum febre comite*, quo ad cauſam, *eſt cujuſcunque generis liquidi ſtagnatio in vaſis arterioſis minimis cum attritu reliqui humoris à tergo moti.* Ergo in omni inflammatione requiritur 1 *ſtagnatio*; nam quamdiu liquida adhuc per ſua vaſa liberè tranſire poſſunt, nulla datur inflammatio & ſemper ſublata ſtagnatione tollitur: 2. *liquidum ſtagnans*; quod nimirum poteſt eſſe vel ſanguis ruber, ut in phlegmone, vel ſerum ut in Erypeſilate, vel lympha, ut in Rheumatiſmo, vel fortè adhuc tenuius ut in

Podagrâ, quæ valdè veroſimile videtur eſſe de natura inflammationis: 3. *vaſa minima* requiruntur hoc eſt inter majora, maxima inter minora, & ſemper *arterioſa*; quoniam arteriæ ſuo decurſu ſemper anguſtantur, hoc eſt evadunt canales conici, per quos noſtri humores à baſi latâ verſus apicem pelluntur, cujus contrarium in venis (vena portarum excepta) obtinet: 4. *attritus à tergo*, qui neceſſariò adeſſe debet; nam in cadavere eſt quidem ſtagnatio humorum, tamen nulla inflammatio: hinc requiritur *attritus à tergo* hoc eſt vis vitæ in ſanguinem obſtructum magnâ vi impellens, & elaſticitas arteriarum repellens. Hinc *inflammatio eſt humoris arterioſi impeditus transfluxus in venas & attritus magnus factus à reliquo ſanguine appellente & moto.* Ut Veteres optimè dixerunt eſſe attritum magnum factum ad latera vaſorum minimorum; nonnulli voluerunt eſſe ſtagnationem in finibus arteriolarum, ſed finis ultimus arteriæ illico fit vena, in vena autem utpote in latius deſinente nulla reſiſtentia fieri poteſt, ergo arteria per aliquot ſpatium à fine eſt libera, nam ſi hoc non eſſet, tum ſanguis omni ſpiritu vitali orbatus tranſiret in venas, unde ille ſanguis in venis eſſet nimis frigidus, quod frigus nos tamen deſtrueret, quò plus vas obſtruitur, eò ſemper ſanguinis denſitas fit in canali. Nam attritus illius ſanguinis eſt quaſi duplex, ad motum enim cordis propellitur altius, corde verò relaxato arteriæ vis contractilis ipſum pellit retro, ſic ut ſemper ſit in motu alterno, unde attritus fieri debet vehementiſſimus; hinc rectè dicere poſſum inflammationem eſſe attritum ſanguinis majorem in vaſe obſtructo & collectionem ignis majo-

rem;

rem; ergo cauſa inflammationis eſt ruber ſanguis & maximè in parte ejus craſſiſſimâ. At nihil eſt in Praxi, quod certius perſuadet morbos externos & internos eſſe eoſdem quo ad naturam ſed effectum tantum differre quo ad vulgarem χειρȣνικὴν θεραπευτικὴν, quod manu poſſit tractari quam hæc inflammatio: omnia ut in externis ſic in internis ſunt eadem quo ad vaſa minima, materiem & curam. Eadem hæc ſunt in omnibus notis circumſtantiis, quod viſuri eſtis ex Veteri Græcorum Medicina Hippocratica, tantum differunt, quod vel hæreant in tota maſſa, ut Febris, vel in parte ut in Cerebro Phrenitis, Diaphragmate Paraphrenitis, ſic in arteriis gaſtricis inteſtinis Dyſenteria vel Ileus, ſi ad renes Nephritis &c. omnis ergo pars noſtri corporis vivi, arteriis gaudens, huic inflammationi obnoxia eſt: ut omnes, arteriarum, venarum, nervorum, viſcerum quorumcunque tunicæ, tunica adipoſa, membranæ, muſculi, glandulæ, oſſa, cartilagines, tendines &c. nec mirum; nam omnes partes recenſitæ, corpus conſtituentes abundantiſſimè canalibus arterioſis ſcatent, ut Vir hodie ſua incomparabili arte clarus *Ruyſchius* ſatis manifeſtè demonſtrat; hinc ad hoc caput magna attentio eſt habenda, cum ſit omnium morborum acutorum fundamentum.

§. 372. *Arterioſis.* Arteriæ enim ſemper deſinunt in anguſtum, primum genus inflammationis fit in arteriis ſanguiferis minimis, quæ verò ſunt vaſa inter minima maxima; hinc in illis materia eſt ſolidior & attritus major, ergo circulatio validiſſima quamdiu ferre non poteſt æger, in hoc primo vaſorum genere unicum tamen genus inflammationis oriri poteſt, quæ

fit à ſtagnatione & attritu ipſius liquoris, ſed in ſecundo genere vaſorum duplex genus inflammationis oriri poteſt, unum ab ipſo ſero transfluere impedito, & ſecundum ab ingreſſo ſanguine rubro errore loci in illud, ille enim ultimos fines vaſorum permeare non poteſt, & hanc ſpeciem inflammationis puto frequenter recurrere. In tertio vaſorum quod poteſt eſſe lymphaticorum genere iterum duplex inflammationis genus oriri poteſt, ſed talis inflammatio nunquam erit rubra, fit enim ab impedito transfluxu lymphæ, vel ab ingreſſu ſeri errore loci in illud, quæ dici poſſet inflammatio ædematoſa, nunc pono centum eſſe decreſcentes ſeries vaſorum, ſunt autem ferè infinitæ, tunc centum & nonaginta novem genera inflammationis oriri poſſunt, quò nunc vaſa ſunt minima & propiora ſunt cordi, eò facilius & citius deſtruitur corpus. In febribus ardentibus videmus ægros quarto die mori, quia arteriæ ſanguiferæ fuerunt obſtructæ, in Podagrâ verò minores arteriæ ſunt obſtructæ, hinc hæc etiam non tam citò interficit, hinc errarunt, qui putaverunt inflammationes ſolum oriri poſſe, ubi arteriæ abeunt in venas, nam vaſa exhalantia etiam obſtrui poſſunt, hæc non ſanguinem ſed lympham admittunt, & quis ſcit, quam ſubtile liquidum tranſmittunt, unde ſcabies & puſtulæ & multa alia mala, nam materia perſpirabilis, quæ non ſtatim exit per poros, colligitur ſub Epidermide, & attollit eam in tales puſtulas, non tumores, quia eſt nimis ſubtilis, nec facit dolores, ſed prurigines, quia tenuius liquidum nervos tamen vellicat, dum exitus in rupturam trahatur; hinc ubique fit inflammatio, ubi vaſa ex lato in anguſtum tendunt; nulla inflammatio

tio in venarum cavis accidit, niſi venam portarum venam vocare velis, dein quoque in minimis obſervatur; in majoribus enim fiunt Polypi, qui non faciunt inflammationem, ſi enim in his fieret ſtagnatio illico eſſet mors, ſed hæc ſtagnatio ſi contingat in minimis vaſis, facit materiam inflammationis, non verò inflammationem; tum enim ſanguis in eodem loco manens accumulatur, & ibi ſemper ruit in obſtaculum, hinc attritus fit à vi vitæ; ergo quò vitæ vis major materia eadem manente eò inflammatio major & contra. Omnis arteria deſinit vel in venam vel vas ſecretorium vel excretorium, ergo inflammatio fit primò, ubi ruber ſanguis abit in venam, vel ſecundò ubi habet laterales ramos tam minutos, ut non ſanguinem ſed ſerum admittant, quæ in initio ita poſſunt dilatari, ut non modo ſerum ſed rubrum ſanguinem accipiant, tertiò in lymphaticis etiam oriri poteſt inflammatio, quia una lymphæ pars craſſior, altera tenuior eſt, ibique nuncquam erit rubedo, ergo fiunt ſæpe acutiſſimæ inflammationes magnæque mutationes nulla rubedine apparente. Memini me hærentem adhuc in illâ ſententiâ inflammationes ſolum eſſe ubi arteriæ abeunt in venas, neſciviſſe ſæpius, unde varia mala, ſed jam ex hoc ſyſtemate facilè intelligitur. Hæ omnes inflammationes reduci poſſunt ad hæc ſequentia; nempe ad vitia vaſorum, 2, humorum, 3, utrorumque, 4. ad errorem loci; quæ vitio vaſorum contingit, fit tantum coarctando eorum diametrum, id eſt quod diametri eorum diametris globulorum ſphæricorum fiant minores: quod maximè in vaſis arterioſis, unicum globulum tantum tranſmittentibus, obtinet.

Cum numerus cauſarum coarctationem producentium ſit valde ingens, has ad duas cauſas reduco, nempe externam & internam. 1. Externa, quando canales rotundi per θλίψιν coarctantur: hanc producunt omnis generis tumores, fracturæ, luxationes, diſtorſiones, contuſiones, membrorum tractiones diu perſeverantes, compreſſiones per ligaturas & pondera incumbentia, urentia, erodentia, criſpaturam inducentia; calor dilatando nimirum & rarefaciendo liquida, extendendo vaſa minima, ſic ut inde vaſa minima, majora conſtituentia comprimantur, frigus & aër gravis; quatenus arctando vaſa perſpirationem prohibent; oleoſa quaſi epiſtomia ſe inſinuando in vaſcula minima etiam perſpirationem prohibent, &c. 2. Interna quando per contractionem vaſorum propriam vel violentam, σπασμὸν dictam, aut στενοχωρίαν, canales in ſua capacitate minores redduntur: primam producunt omnes cauſæ rigiditatem fibrarum nimiam producentes; inanitio liquidorum vaſa extendentium, quæ tunc quò rigidcra, eò magis ſe contrahunt, ut in vulneribus apparet: alteram efficiunt pungentia erodentia, vellicantia acria, quæcunque ingeſta vel externè applicata, uno verbo omnes cauſæ nervos violenter afficientes; hinc inæqualem per nervos fluxum ſpirituum producentes, & fibras muſculares violenter contrahentes: tertiam & ultimam producunt omnis generis tumores producti in illis vaſis membranas conſtituentibus, ex quibus majores arteriæ contextæ ſunt.

373. *Ortus.* Nullum verò eſt punctum in noſtro corpore, ubi non ſit arteria, ergo nullum punctum, quod non inflammari poſſit.

Si

Si ſerum per ſuos arteriarum fines pergere in venam non poſſit, vel ſi vas laterale deviat, hæc eſt inflammatio ſecundi generis id eſt error loci, eſtque tunc Eryſipelas magna flava utcunque à *μὲλας pannum* & *ἐρυθρὸν rubrum*, *quaſi lata, rubra expanſio, non tumor.* Per errorum loci intelligitur; quando humores noſtri non debita, ſeu ſibi propria, ſed minora vaſa occupant: ſcimus enim, in corpore varia vaſorum genera exiſtere & quot genera vaſorum, tot genera liquidorum, ſuis vaſis correſpondentium; unum atque primum & inter minima maximum genus rubrum admittere humoris globulum, per conſequens omnem rubro minorem; tertium forte lymphaticorum, ſecundo genere exilius, lymphaticum globulum & omnem hoc minorem admittit, ergo non rubrum neque flavum, dantur adhuc forte varia vaſorum genera intermedia, ſed ad hæc tria reduxi, intelligentiæ cauſa: ſi nunc canales ſeroſi rubros admiſerint globulos, erit error loci ſanguinis rubri, ſi lymphatici ſeroſos, erit error loci ſeri: quoniam inter canales & humores certa eſt proportio & vaſa ſeroſa naturaliter rubros globulos non admittunt, ſic & lymphatica non ſeroſos: ergo ſi ſciremus omnia vaſorum genera ad ultimum uſque, haud difficile foret ſcire, quot modis ille error loci fieri poſſet; hinc in genere ſeroſo unico modo, nempe à rubris, fortè duplici modo in lymphatico, nempe à ſeroſis, & à rubris globulis, per laxata vaſa ſeroſa in ore vaſorum lymphaticorum intruſis: & ſic de cæteris.

§ 374. *Arteriæ.* Non hic intelligo arteriarum cavum ſed membranam, vidit vetuſtas in brutis mactatis ad aras ſæpe Aortam inflammatam

unde mala ſumpſerunt veteres præſagia; ergo totum arteriarum genus inflammari poteſt, de qua re nequidem cogitatum eſt apud medicos. Demonſtravit *Ruyſchius*, quod arteria coronaria, ubi ingreſſa eſt cor ſanguinem det tunicarum aortæ arteriis.

Venæ. Quoniam hæ habent arterias in ſuis pelliculis, quod injectione clarè patet. *Lowerus*, *Tulpius*, *aliique Auctores* obſervarunt venæ cavæ tunicas eſſe totas vaſculoſas & habere arterias nutrientes.

Nervi. In nervis omnibus eſt, 1. vagina craſſa exterior duræ matris nervum deducens ad locum actionis, 2. pia ſeu Arachnoides, 3. medulla ipſa. *Ridlejus* docet nervos accipere à quatuor magnis arteriis ramos, qui uſque ad finem continuantur; ergo nervi habent membranam arterioſam venoſam, lymphaticis vaſis obſitam & membranam celluloſam intertextam; horum vaginæ vel nervi ipſi inflammantur, hinc dolor ſummus oritur; in inflammatione nervorum fiunt paralyſis & inſenſibilitas, interim cerebrum poteſt eſſe bonum, ut elapſa æſtate in ipſa febre graſſante plerique homines incidebant in atoniam, certè quod hic tale quid factum erat, ſed nervi in ipsâ ſubſtantiâ obſtrui & inflammari etiam poſſunt, quatenus liquidi ſui, quod eſt ſpiritus, transfluxus impeditur.

Membranæ. *Nuckius* in hominis, qui calculo in urethere hærente mortuus erat, urethere maxima vaſa detexit, idem patet in homine Ophthalmiâ laborante, ubi oculus antea colore margaritæ rubet.

Muſculi. Ut in Rheumatiſmo hæc inflammatio contingit, & hinc ſi tum pars moveatur, ſum-

ſummus oritur dolor, quia muſculi ipſi motum facere debent, ſimul inde talis dolor in Pleuritide in reſpiratione obſervatur, ubi inflammatio non eſt in Pleura ſed in muſculis intercoſtalibus; forte in Rheumatiſmo levis eſt inflammatio ad nervos, ſi nervi ſint ſtupidi, concipitur membranam nervi inflammatam comprimere ejus medullam; ergo inflammatio poteſt fieri in nervis & tenuiſſimis partibus, ut in Podagra. Huic malo huic ſubjiciuntur omnes membranæ, quæ licet tenuiſſimæ, tamen *docente Ruyſchio* ſunt arterioſæ. Muſculi etiam conſtant fibris membranis arterioſis, venoſis, lymphaticis, celluloſis.

Glandulæ. Nam omnes glandulæ habent arterias, & hinc nulla eſt glandula, quæ non inflammari poteſt.

Oſſa. In oſſibus fieri poſſe inflammationem plurimi Auctores denegant, verum detexit *Clopton Hawers*, & *Ruyſchius* confirmavit per ſuas injectiones perioſteum eſſe baſin vaſorum tranſeuntium per oſſa, ergo ſi inflammatio in vaſe, etiam exit in oſſa; fateor nec febris nec dolor, nec calor tantus ibi, ſed hoc eſt ob nervos paucos, oſſi duritiem & inſenſibilitatem, tum adeſt in oſſe ut in perioſteo, in medulla verò eſt peſſima inflammatio; hæc plerumque facit cariem in oſſe, raro enim in ſuppurationem abit, ſi verò in medulla inflammatio accidat, tum fit ſpina ventoſa, in Scorbuticis, Rachiticis, & Lue Venereâ laborantibus lamellæ oſſeæ ab oſſe ſecedunt, & tum ibi vaſa recreſcunt.

Cartilagines quoque inflammari poſſunt, quia vaſis pervaduntur, ut *Ruyſchius* notat, verum hic non intelliguntur cartilagines tenues,

ſupra quos fit motus, ſed cavum articuli & tuber, nam ibi nulla injectio adhuc vaſa detexit, ſed nemo tamen dubitabit adeſſe vaſa, verum hic maximè intelliguntur cartilagines libere hærentes & non articulationi inſervientes, hi inflammari poſſunt, ſi verò in priori caſu tam facilè fieret, tum ibi ſemper ferè adeſſet, nam hic ſemper attritus & motus fit harum partium ſupra invicem, forſan tamen in Podagrâ talis eſt inflammatio; hinc per validum curſum & motum languor in juncturis ſentitur, dein quaſi tenacitas reſiſtentis, dolores & calores, hocque modo fit ſæpe ingens inflammatio, ergo ſi jumenta nimis urgeantur, hæc vel ſuppurantur vel ariditatem concipiunt.

Tendines. Ut vidi in præparatis *Ruyſchianis*, ibique vidi ligamenta, tendineſque omnium generum, quæ tranſverſim deſciſſa erant, tumque nullum punctum apparebat, donec rubedo appareret à colore materiei injectæ per vaſa, ut inter alia quoque egregie vidi in ligamento oſſis femoris cum oſſe coccygis, hæ verò inflammationes ſummopere dolent.

Viſcera. Uti optimè notavit *Hippocrates*, Quid enim eſt Pleuritis? quam inflammatio talis pleuræ? Quid Phrenitis quam cerebri? Quid Paraphrenitis, quam Diaphragmatis? Quid Nephritis quam inflammatio Renum? Quid Rheumatiſmus quam inflammatio ad juncturas membrorum & tendines muſculorum? ſicut nullus morbus inflammatorius internus diverſus ſit ab inflammatione externâ, niſi quod nobilitas viſcerum major vel minor citius vel tardius mortem acceleret.

Adipe. Puto fere ſemper inflammationem hærere in pinguedine; omnis enim inflammatio

tio tranſit in ſuppurationem vel gangrænam, ſed ſuppuratio nunquam fere invenia eſt in pinguedine adipoſa, ergo clarè concludo omnem inflammationem & ſuppurationem in eâ hærere, quæ pinguedo tam ad tendines, quam cartilagines & inter muſculos, imo fere ubique obſervatur, nam ne minima fibrilla caret vaginâ adiposâ. Vidi Mulierem è cujus corpore detracta fuerunt magna pinguedinis corruptæ fruſta ex panniculo adipoſo, illæſis tamen muſculis ſubjectis. In Adipe varia pesſima inflammationum genera obſervarunt Auctores, Phlegmonem, Ædemata, Furunculos, abſceſſus &c. hoc in praxi annotetur, ne putemus ſtatim muſculos eſſe inflammatos, qui non ita facilè inflammantur; hinc pinguia animalia ſtatim incidunt in Pleuritides, imprimis hæc, quæ multum pinguedinis ad coſtas habent.

§ 375. Hic verò fons omnium morborum acutorum deſcribitur, ergo hic cautè eſt procedendum, vidimus enim quod ad inflammationem requiratur obſtructio, nam nulla fit inflammatio primò, niſi ſit impedimentum fluxus humorum & ſecundò nulla fit quoque niſi ſit vita ſuperſtes id eſt motus, & ſi hic deſinat tum inflammatio ceſſat, ſed impletio ſeu materia obſtruens quidem manet, hinc ergo duo requiruntur ad inflammationem, 1. obſtructio, 2. attritus ſeu magnus conatus in locum obſtructum, cauſæ ergo hanc inflammationem facientes ſunt omnes, quæ cauſant obſtructionem, de quibus ſuo loco locutus ſum, 3. ſunt omnes, quæ validiſſimum impetum in locum obſtructum producunt; de priore egi *in capite de Obſtructione*, ibique omnes cauſas obſtructionis

tionis recenſui, ſed quia eſt res tanti momenti quædam hic repetam.

Stagnatio eſt impeditus fluxus in arteriis minimis, hæc dicitur obſtructio. Hæ ſunt cauſæ obſtructionis (nam ponas corpus ſaniſſimum) pone ſimul in pulmone fluxum eſſe impeditum per vaſa minima, inde fit inflammatio accedente motu.

Premendo. Poſtquam geometræ demonſtrarunt canalem eſſe ampliſſimum, ſi in circulari ſectione explicetur, & maximam capacitatem & diametrum habere; ſi verò illa figura ſphærica fiat ovalis, tum minus ſpatium continet, & quò magis lineæ ad ſe invicem accedunt & rectiores fiunt, eò fit capacitas minor, hinc in omni luxatione, diſtractione, ligatura compreſſione ſemper canalis fit minor, nam circularem figuram perdit, & ſi hoc modo cum hoc canali globulus ruber admitti nequeat, tum eſt inflammatio primi generis; quidquid ergo premit, id ſolâ preſſione inflammationem facere poteſt, ut illis ægris, diu decumbentibus, accidit, cui ſola oſſis coccygis preſſio facit inflammationem & gangrænam in eâ parte.

Diſtrahendo. Nam ſi canalis diſtrahetur flexilis, in longum tum complicatur, & puncta fixa ad invicem accedunt.

Intorquendo. Ut ſi canalis circa axin in ſpiram vertatur, ſicut in luxatione & fracturâ fit, nam intorſio detrahet de figura canalis circuli; canalis ſi ſit rectus, nil continebit, & planè claudetur, unde oritur ſtagnatio vel inflammatio, hinc cum carnifices intorquent membra, fit major inflammatio, quam ab extenſione.

Rumpendo. Ruptura vaſi contractionem permittit,

mittit, quod antea non contrahebatur, ſed coërcebatur à puncto fixo, hinc tertio, quarto, quintove die inflammatio vulneribus ſupervenit.

Contundendo. Quatenus vaſorum fit ruptura, & quatenus vaſa premuntur, ruptura enim in vulnere obtinetur, ſed preſſio facit, ut pars craſſior prematur in ora lateralium canalium dilatata, hocque modo fit duplex inflammatio.

Urendo. Ab ingenti igne arteriarum fines clauduntur, hinc inflammantur.

Erodendo. Medicamenta erodentia ſunt aggeries particularum acutarum quæ contundunt. Eroſio fit à menſtruo acri, quod omnia ſolvit, hinc agit ut prius ſeu effectus eſt idem, ſic etiam cauſa eadem, nam eroſio quoque ab igne fit, & non ſcio plures cauſas obſtructionis; ſi tum altera cauſa accedat, tum fit inflammatio.

Criſpando. Si chordæ muſicæ ſecentur, tum abeunt in circinnos, nec rectè reſiliunt, idem quoque faciunt partes nervoſæ, vel tendinoſæ; hinc incurvantur vaſa, ſimulac creſcit materia transfluens ſupra magnitudinem vaſis traducentis.

Calor. Dilatando & rarefaciendo facit inflammationem, quia vaſa magna & minima comprimit, ſic etiam motus facit, ut arteriæ impleantur & venæ depleantur, ſic etiam arteriæ in vaſis majoribus implentur, & minora vaſa comprimuntur, hinc magnis arteriis minimis diſtentis canales, ex quibus membrana fit, comprimuntur.

Ligaturæ. Forti homini ligatura applicari non poteſt, quin inflammatio oriatur, licet hic

hic venæ nudæ & arteriæ plus ſint reconditæ, tamen hic comprimere non poſſumus, quin fiat inflammatio.

Pondera. Medici ægro, cui gangræna eſt in cubitu peſſima mala prædicunt, quia eſt juxta illos malæ ſanitatis morbi indicium; hinc æger crure fracto quieſcere debet, licet aliter perfectiſſimè ſit ſanus, tamen hac quiete inflammationem & inde natam gangrænam ad calcaneum accipit, ergo calcaneus ſic eſt ponendus, ut preſſio ſit æqualis, ſed cur inflammatio, ſi pars aliquantulum moveatur, tollitur? Quia tum iterum influit liquor, ſi verò per ſeptem horas homo ſentiat moleſtiam, & ob metum os fractum iterum è loco fore ceſſurum, non movet partem, tum his magnis doloribus per ſeptem horis toleratis non magis dolent, hoc quoque potiſſimum in delirantibus, lethargicis, & qui oſſa fregerunt, obſervatur, nam tum non ſentiunt aliquando moleſtiam, ſed immoti jacent; hinc tum illæ gangrænæ, quæ non fiunt à malâ morbi causâ, ſed à ſolo pondere incumbente & compreſſione vaſorum.

Acria. Poſſunt eſſe vel ſal, vel oleum, vel ſpirituoſa, vel aromatica, & hæc omnia inflammationem in corpore ſaniſſimo faciunt, ſic pulvis adamantinus craſſus facit intolerabilem inflammationem, ſi cuti inſpergatur, ſi hauriatur, facit Dyſenteriam, quatenus hæ partes omnia deſcindunt, hic pulvis inter venena veterum recenſebatur, ſic omnia acria poſſunt facere inflammationes, ſic ſi quis inani ventriculo vitrum edat, ille ventriculum inflammatum accipiat, quia motus periſtalticus impingit in vitri fruſta.

Applicata. V: g. agunt ut ignis, vel ut inſtru-

ſtrumenta mechanica, ſunt verò nonnulli homines, qui acria pinguia ferre non poſſunt; quin partes inflammentur, ut ſæpe in vulneribus obſervamus, verum hoc non in omnibus obtinet, ſed hi certâ teneritudine à nativitate ſunt affecti, id verò hoc modo fit, quia oleum impedit perſpirationem & ſic vas in vas perſpirans & ſe evacuans obſtruitur, hocque porro fit uſque ad maximum, donec inflammatio fiat rubra, ſic ſi ab obſtructione adſit immobilitas, tum hæc curatur oleo cornu cervi, ſed vidi ægros inde topicâ gangrænâ eſſe affectos, ſic etiam videmus homines à conceſſu lardi vel hepatis piſcium febre laborare, hinc tum non accuſo acrimoniam, ſed hic forſan fabrica eſt eadem in viſceribus hominis ac in partibus exterioribus, in nonnullis enim hominibus ſi emplaſtra apponentur, tum fit corpus Eryſipelaceum ab his oleoſis & ſalinis.

Frigus. Carteſiani dixerunt frigus conſtare in partium quiete juxta ſe, ſed ſerior obſervatio docuit frigus eſſe ens reale, & ſummo in frigore in aëre naſci ſpicula quaſi ſalina vel clavi, quæ infixa partes conclavant. Frigus dicitur lethale ab inflammatione, quam facit (græcè τὸ πῦρ) & idem efficit ac inflammatio, nam Peſtis partem ſideratam facit plumbeam, nigram, inſenſibilem, frigidam, ſic etiam frigus, hinc *Virgilius* canit.

Ne —— rapidive potentia ſolis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat:

Id verò frigus facit, quatenus vaſa ſummopere contrahit & arctat, hinc etiam dicitur gelu urit, glacies urit; ergo optimè dixerunt veteres nam

nam actio ſumma frigoris & caloris producunt eundum effectum.

Frictio major derivat ſanguinem in vaſa aliena; reliquæ cauſæ jam dictæ ſunt. Hic habetis ferè Bibliothecam obſervationum, & ex uno vel pluribus harum cauſarum inflammationes oriuntur, qui ad has cauſas attendit, facile obſervat, neſcienti verò eſt difficilis v: g. in ægris valde decumbentibus fit vaſorum arctatio, hinc in iis partibus hic attritus minimus, unde partes deſtruuntur, quod ita facilè fit, quia ægri decumbentes ſunt plerumque macilentiſſimi. *Vide Caput de Obſtructione.*

§ 376. *Meatus* imprimis minimos, nam totum corpus omni puncto eſt vaſculoſum, & omni puncto tranſpirat, ut *Sanctorius* demonſtravit, ſi ergo hi canales ſeu horum fines obſtruantur, tum fit inflammatio.

Acria verò id faciunt & oleoſa, quæ aculeos acutos habent, qui vaſcula obſtipant, hocque modo ingens fieri poteſt inflammatio, ſed unde hoc? quia in corpore meatus interni & humores maximè moti ſunt, qui meatus acribus obſtipari poſſunt, imprimis ſi ſal iis humoribus ſit miſtum, quod tanto pejus eſt, oleoſa obthurant, ab oleo cornu cervi ſtillatitii rectificati ad partem paralyticam applicato cum ſuper impoſito linteo cerato, ne oleum exhalaret, intra paucas horas totus panniculus adipoſus gangrænoſus factus fuit, oleum enim abierat in meatus exhalantium, idem fit, ſi internè applicentur; ex g. homo ab aſſumpto ſale volatili oleoſo caryophyllarum vel ſimili largiori doſi laboravit febri, quæ durat brevius vel longius; prout aſſumptum magis ſaponaceum vel minus ſit; ſi butyrum nimium aſſa-

tum

tum ſumatur, tum manifeſtam producit inflammationem, & ſi quis unciam dimidiam aſſumet, ille inde in Diarrhæam, Dyſenteriam, vomitum, ſitimque incidit, nam oleum rancidum factum ex juglandibus veteribus pro peſſimo veneno habitum, idem facit lardum rancidum, caro, pinguedo, heparque rancidum; Chirurgi quidem dicunt ſua olea ſubrancida evaſiſſe nobiliora, ſic etiam de unguentis, ſed hæc augent inflammationem, ut hoc præcaveatur acidum debet miſceri, hinc patet diſtinctio inter balſama & unguenta, nam unguenta & olea cocta nullam aciditatem habent, quia ex iis expulſa eſt, hinc tanto facilius ranceſcunt, verum balſami ſpiritum acidum habent; ſic oleum ſanguinis humani & urinæ ſi partibus applicentur, faciunt inflammationem, & gangrænam inducere poſſunt, ergo videtis quam malè *Helmontius Pater de ortu medicinæ* ad paralyſin membrorum laudat oleum ex ſanguine humano, oleum ex cornu cervi, Emplaſtras de Opopanace, gummi galbano quæ omnia gangrænam & ſuppurationem faciunt.

§ 377. *Cöeat. Vide Caput de Obſtructione*, cruor enim nimis compactus in ſuis globulis accipit figuram planam & perdit ſphæricam.

Sudor eſt liquor ſero ſanguinis tenuior, ſicque inde liquidius à ſanguine ſeparatur, cum tamen inde non liqueſcat liquidum rubrum ſeroſumque, hinc ſudores nimis protracti ſanguinem inſpiſſant, ſudores quidem attenuant, ſed ſudor excretus id non facit, nam liquidiſſimum è corpore expellit.

Salivas. Ut in Lue Venereâ curanda ſeu in melancholica fit, illi ſemper exſpuunt ſalivam, unde in eorum corpore oriuntur inflammationes.

Diar-

Diarrhæas, ſi quis hoc morbo laborans vigeſies vel ultra de die aquam deponat fere meram, unde ejus ſanguinis pars tenuiſſima è corpore ſubducta craſſiſſima manet, quæ poſtea multas obſtructiones procreans inflammationem facit', putat medicus in initio eſſe Diarrhæam frigidam, & ſe abſtinendo à potu ſublaturum, ſed accidit poſtea febris acuta, tum dat diluentia, & miratur juvare, cum tantum aquæ ex corpore ægri abierit, *Vide de hac re Sydenham.*

Ichores. Dum hoc quondam legi in *Hippocrate* putabam eſſe erroneum, ſed mirum eſt, hunc virum hæc demum obſervaſſe, unde peſſimè in morbis inflammatoriis data ſunt & adhuc dantur ſudorifera illa calida, quibus tum diſſipantur humida & relinquuntur craſſiora; certè unum feliciter ceſſum dedit occaſionem tot errorum & malorum; matrona quædam ſaniſſima & negotiis ſuis domeſticis admodum incumbens movit corpus ſolito plus, unde nocte demiſerat urinæ copiam incredibilem; acceſſus deprehendi maximam debilitatem, & tamen febrem fortiſſimam, cauſam verò aſſequi non poteram, donec forte fortuna quidam ex adſtantibus dixerunt eam tot matulis urinæ emiſiſſe cogitavi facile corpus exhauſtum eſſe liquidis, craſſiora enim ad motum ineptiora nunc undique hærere, inflammationem fieri, & prædixi ægram toto corpore ſuppuratum iri, quod etiam factum eſt; miſera enim hæc à collo ad plantas pedum uſque panniculum adipoſum habebat ſuppuratum, antequam moriebatur.

Coagulantia. Ut ſæpe contingit in animi perturbationibus & peſte, ubi forte aliquid ex

aëre

aëre hauſtum eſt, quod ſanguinem in una parte coagulavit, in altera autem ſolutiſſimum reddidit, ut ſudore exeat, ſed fateor hic Medicina adhuc deficit.

§. 378. *Lymphaticis.* Hic quæſtio eſt, quomodo in vaſis arterioſis lymphaticis fiat inflammatio rubra, ſed cur non in ſeroſis dico? Sed quidem potuiſſem, ſed omnia ſub uno vocabulo complectere volui.

1. *Vide paragraphum de errore loci in Obſtructione.* Docuit *Lewenhoekius*, quod in corpore toto nulla pars craſſior ſit quam illa rubra, ſic enim canales primi generis tranſmittunt rubrum ſanguinem, & hi omnes in venam terminantur, excepto in ſplene & pene, illi verò canales rubrum globulum admittere non potentes oriuntur ex ultimis canalibus primi generis, ſuntque rami laterales, & omne quod rubro uno gradu tenuius eſt, id in his canalibus derivatur, & hi ſunt canales ſecundi generis, qui ſunt maximi inter minima vaſa, ut vas rubrum minimum eſt maximum inter minima, hocque vas mittit omnia liquida, ſic etiam vaſa ſeroſa exceptis globulis rubris omnia mittunt, ſed illa vaſa ideo ſeroſa dicuntur, quia illud os eſt anguſtius, qùam os rubri baſis, ſi verò hujus oris fiat amplificatio, tum in eo rubrum derivatur, ſed illa arteria tamen manet arteria, fitque anguſtior; ramoſque iterum dat, hinc illud rubrum in orificium hujus canalis adactum non pervenire poteſt ad ultimas, hinc ibi hærens manet, nec pergere poteſt, hinc obſtructio & omne rubrum dein quoque ad locum obſtructum uſque derivatur, & hæc dicitur inflammatio primi generis, & quidem error loci, ſicque porro, nam ex uno vaſe

vaſe arterioſo rubro omnia vaſorum genera per ſeries decreſcentes derivantur, ſi ergo cauſa hæc vaſa diſtendens creſcit manente eadem vi contrahente, tum fit inflammatio & contra; hinc proportio inter vim diſtendentem & contrahentem ad ſanitatem requiritur, ſi verò motus & proin cauſa extendens major, tum arteriæ nimis implentur, & ſic motus ſummus lethalem inflammationem facere poteſt, ſi verò motus ſit nimis lentus, tum ſanguis in venis accumulatur, fit Hydrops & morbus Chronicus. Clariſſimum eſt, ſi cutis ſit pallida, tum ſanguis non pervenit ad cutim, ſi fricetur cutis, tum oritur rubedo, quia hac actione in vaſa dilatata ruber ſanguis adigitur, ſi pugnum oculo infligatur, tum oritur oculi rubedo, quia pugni preſſione ſanguis ruber tranſit in vaſa lymphatica; ergo hoc malum non hæret in malâ diatheſi ſanguinis, ſed in diametris vaſorum id eſt in laxitate vaſorum, quæ aliena admittunt liquida, & hæc inflammatio eſt frequentiſſima. Hydropicis oboriuntur inflammationes ſanguineæ, tunc ferè deſperant Medici, nec ſciunt, quid agendum, ſed cauſa patet, nempe ob vaſorum laxitatem, ut ſanguis ruber ſe inſinuari poſſit in vaſa ſeroſa, hinc frequens eſt Hydropicis ſimilive morbo vel malo vexatis tandem oculos aliaſve partes inflammari, ſi manus pallida in aquâ calidâ retineatur, idem accidit ob eandem cauſam.

Motus. Cauſa enim cur ſanguis non eat in lateralia vaſa, primò eſt lenis motus, quo ſanguis in lateralia vaſa non pellitur, ſecundò vis contractilis, quæ ſuperat vim prioris id eſt vim liquidi moti, ſic ſi corpus ſanum ſit, & modo vaſa fiant laxiora vel motus major, tum

fit

ſit inflammatio, nam cogites in ſano corpore arterias laterales fieri duplo laxiores, tum eſſet idem ac ſi humor duplo fortius rueret in vaſa, ergo tum hæc vaſa ſic ſponte laxantur, ut admittant rubram ſanguinis partem, & quoque ſanguis ipſe fit rarior; ſic enim *Boyleo* viſum eſt ſanguinem illico è vaſe emiſſum & adhuc calentem minus ſpatii occupare, quam ſanguinem eundem jam frigefactum, cujus ratio jam neſciebat, cum aliter omnia corpora à calore rarefiunt, & à frigore contrahuntur, ſed ratio patet, quia ſanguis vinculo coërcente liberatur, ſi ergo talis raritas à canali laxato ſanguini accidat, tum per fines vaſorum tranare non poteſt, hinc impulſus facit inflammationem, ſic etiam ſi canalis in initio laxatus & ſanguinem naturaliter non admittens illum admittat, tum quoque fit inflammatio, ſi ergo idem fit à cauſâ contrariâ nempe à motu aucto & imminuto, unde *Hippocrates* notat maculas purpureas in morbis Chronicis eſſe peſſimi præſagii, quod à multis non intelligitur, ſed hoc fit ab inflammatione & laxitate. In ſanitate omnia vaſa in noſtro corpore habent proportionalem vim contractilem & conantem hanc vim contractilem ſuperare; hinc duplex cauſa, motus proportionalis eſt primò preſſio conantis liquidi, & ſecundò vaſorum contractio æqualis, ſicque ſi ſanitas ſit perfecta, tum talis proportio inter preſſionem & reſiſtentiam æqualis obſervatur, ſi verò major ſit impetus, tum fit inflammatio, ſic homini ſano fortiter currendo vel alio modo ſibi intra horam inflammatio ad mortem uſque conciliari poteſt; ſic vidi equi curſu ſummopere agitati pinnas narium rubeſcere, oculoſque ſanguine quaſi

ſuffuſos

ſuffuſos & inſtar flammæ apparentes, hic ergo ſanguis agit in lateralia vaſa, hocque à ſolâ auctâ circulatione *vide Caput de Morbis Spontaneis*, hinc ergo uti dixi tot eſſe inflammationes, quot eſt decreſcentium vaſorum numerus, ſi dupliciter numerentur, conſtat exceptâ unâ.

Arterioſi. Contractio vaſorum ſemper eſt proportionalis cauſæ dilatantis, ſic nunc vas dilatatur adeo, ut nunc liquidum peregrinam admittat, quod nil aliter efficere poteſt, quam inflammatio.

§. 379. Hic nil dicitur, niſi quod concedunt omnes, cum ex ovo demonſtrat *Malpighius* albumen dividi in tot genera diverſa partium, ſunt enim veſiculæ concentraneæ omnes in albumine, unde omnis nutritio venit. Antequam hunc libellum conſcriberem, nullibi de his actum ſcio, ut in minoribus lymphaticis & eorum ramulis oriatur inflammatio, quæ eſt alba. *Hippocrates* dixit Podagram profunda ſanguinis depurare ſenilis & hanc dedit definitionem, putabatque tale naturæ propoſitum, nam morbum habebat pro inſtrumento aliquid boni præſtante, ſi verò per profunda ſanguinis minimas hujus partes intellexit, tum erit inflammatio ſpirituum.

§. 380. *Phlegmone combuſtio vocatur rubræ partis inflammatæ* ſive ut dicit *Galenus tumor inflammatorius præternaturalis, calens, rubens, ſplendens, dolens cum dolore punctorio & partem extendens cum febre continuâ; vel eſt in natura ſanguinis rubri ſtagnatio in vaſis capillaribus, dum urgetur à ſanguine cordis propellente.* Ergo duplex eſt hujus inflammatio, vel enim hæret in vaſis ſanguiferis, vel in dilatatis vaſis ſeroſis, illa inflammatio rarò contingit,

tingit, nam ſanguis ruber vix craſſior & compactior fieri poteſt, quam eſt, hæc verò inflammatio eſt frequens ſcilicet ex errore loci. Illa inflammatio hæret ſemper in pinguedine adipoſa, nam aliter nunquam vidi, hæc verò membrana ubique ferè ponitur tam inter muſculos & ſupra quam infra cutim, dat quoque membranam ultimis fibris tendinibus muſculoſis, nam tendinis vagina eſt productio hujus membranæ pinguedinoſæ. Idem confirmat Hydrops Anaſarca, ubi pedes quaſi in aquâ ſepeliuntur quæ omnis aqua in hac membranâ hæret, dein etiam in Emphyſemate clarum eſt, ubi aëre repletur, hinc ratio patet, cur Phlegmone non adeo in viſceribus obtineat? quia modo in hoc membranâ fit, & cur macilenti non adeo Phlegmone obnoxii ſunt? quia hæc membrana in his eſt adeo parva.

Eryſipelas id eſt extenſio ſuperficiaria ſeu pannum extenſum, hinc *Eryſipelas* dicitur *inflammatio ſuperficiaria non in tumorem aſſurgens, latè ſe extendens, ſplendens cum calore, dolore colore flaveſcente potius quam coccineo*; hinc videtur oriri ex inflammatione ſecundi & tertii generis imprimis ſi in vaſis ſubcutaneis accidit, ſeu in vaſis ſeroſis, non verò in membranâ adiposâ, & poteſt æquè fieri à ſero, quam à ſanguine, ergo Eryſipelas cerebri ut & cutis imprimis accidit, cujus ratio ex dictis patet. Hic duplex ſpecies eſt Eryſipelatis vel Phlegmonodis vel Cholodis. vidiſtiſne enim, quod ſanguis humanus ſit ruber pro ut primò per Microſcopium in vitro conſpicitur, ſed tandem fit flavus, ſic in vivis animalibus v: g. piſcibus imprimis anguillis per Microſcopia patet, ubi ſanguis ruber it per majora vaſa uſque ad mini-

ma ſanguinea, & tum tandem in minora & minora. Sed quare hæc inflammatio eſt tam periculoſa? Quia tam facilè partes teneras occupat eaſque deſtruit, cæterum idem facit, quam inflammatio in membrana adipoſa, differt verò ab ea in eo, quod in longè minoribus vaſis obtineat; ſecundò, quod obtineat in vaſis minus extenſilibus ſupra panniculum adipoſum hærentibus, color verò flavus fit, quia *docente Lewenhoekio*, ſi unus globus admittatur, tum flavedo gignitur, ſi quinque vel ſex globuli in diametro canalis, tum rubedo, ſi plures ferè nigredo, hæc ergo ideo pejor eſt quam Phlegmone, quia obtinet in vaſis & membranis tenſis ut v: g. eſt Pia Mater dicitur belgicè *de Roos*, *Roſa Rubra*.

Ædematis. Ab οἰδάω *tumeo tumore molli*; hinc οἴδεμα *tumor mollis*, ſic apud Veteres Græcos Ædipo fuit funis trajectus per pedes, ut moreretur, hinc Græci eum tumorem Ædipum vocarunt id eſt *tumorem circa pedes*. Eſt verò duplex Ædema primò frigidum vel ſecundò Ædema Eryſipelatodes ſeu Phlegmonodes, quæ diſtinctio maximè eſt annotanda, nam inde multum commodi redundat, hinc hodie non ita annotatur, ſed olim maximè. Sic *Paracelſus in ſua Chirurgiâ majori* dicit Veteres Medici ſeu Chirurgi hunc morbum tam accuratè obſervarunt, ut nil addere potuerim, & quæ alii ſcholaſtici experimenta non callentes addiderunt, ego me à diſcrimine abſtinebo. Prima ſpecies eſt *Ædema Eryſipelatodes quod eſt tumor mollis*, *ſubalbus*, *ſubflaveſcens*, *ſat magnus*, *valdè calens*, *ille morbus recentioribus dicitur* belgicè *de Belroos*, latinè *Roſa Bullata* vel *Eryſipelas bullatum*, ſic facies ſæpe tota

tota tumore albo magno & ſæpe calido infeſtatur, Roſa quæ dicitur ignis Sacer, vel quod Eryſipelas apud Veteres non eſt æquè periculoſum, quam tale Ædema, nam Veteres dixerunt hunc morbum eſſe peſtiferum, & malum omen, putabant verò Eryſipelas & ignem ſacrum non eſſe adeo graves. In Ædemate verò non tantum ſunt conſiderandæ arteriæ ſanguinem vehentes, nec tantum arteriæ ſerum flavum, nec ſerum pellucidum neque illæ arteriæ vehentes lympham ad ignem concreſcentem, ſed omnium fere generum, nervis forſan exceptis, nam ſi arteria primi generis in ramum lateralem impellat ſanguinem rubrum, tum quædam ſeri copia pellitur ad lymphatica, & ſic porro; hinc inflammatio oritur in vaſis ſecundi, tertii, & quarti generis; hinc tum tumor mollis, pallidus, flaveſcens adeſt, & aliquando ruber, tum locus affectus dolet, quia vaſa à rupturâ diſtenduntur, calet ab attritu ſanguinis vel lymphæ, hoc verò eſt Eryſipelas Ædematodes, & aliter dicitur Ædema Phlegmonodes; ſi albus, tum ægri dolent quaſi infinitis aciculis pungerentur à vaſis minimis tenſis, hique de vitâ periclitantur, ſed quomodo hoc conſiderandum ſit? dixi arteriarum ſeries decreſcentes tot eſſe, quot ſunt ſeries decreſcentes liquidorum, hinc ſi arteria ſit obſtructa, tum ſuum liquorem accipere non poteſt, unde in canali laterali magna copia lymphæ tenuioris derivatur & craſſiſſimum accumulatur, & inde fit tumor, ruborque immaniter dolens. Secunda ſpecies *Ædematis eſt frigida, eſtque tumor mollis, æquabilis, albus, frigidus, aquoſus, digito cedens & impreſſionis tenax, pallidus, hærens in abolitâ mole corporis,*

ubi nullus humorum motus per vaſa, unde tumore, mole, pondere vaſa diſtenduntur, minora verò vaſa comprimuntur, & ſic hoc Ædema vulgare vel Hydrops à præcedenti tantum differt, quam Varix ab Aneuriſmate.

Scirrhus eſt tumor durus, non dolens, glanduloſus, inæqualis & ſcaber. Ergo ſi vaſa lateralia & folliculi infarcti humore incraſſato, diſcuſſo liquido & motus magnus non adſit, erit ſcirrhus.

§. 381. Quoties materies craſſior & vas anguſtius, quam ut liquidum tranſmittat, tum nondum eſt inflammatio, ſed tantum cauſa proœgumena inflammationis, nam obſtructio non facit inflammationem: verum quiete manebit, ſed accedit cauſa procatarctica, quæ eſt vis vitæ, hac causâ ablata morbus pro tempore nullus eſt, ergo vis vitæ facit calorem, ſemper autem tum febris accedit, & quò materies ineptior ad tranſmittendum, eò pejor & citior inflammatio, eòque citius ibit in Necroſin id eſt gangrænam. Hic verò cauſa efficiens inflammationum omnium tolli poteſt nempe Venæ Sectione, ſed materialis vix tolli poteſt niſi ope πεπασμȣ id eſt *coctionis*. Multi Auctores erraverunt putantes omnes obſtructiones eſſe inflammationes, ſed falluntur quam maximè, tum enim omnes morbi Chronici eſſent inflammatorii, ſed modo eſt cauſa materialis non efficiens, ſed vita eſt cauſa efficiens, id *Helmontius* licet perverſo vocabulo bene expreſſit, qui dicebat, ſi furorem Archæi vel vitæ coërcuiſti, tum morbum quoque ſubtraxiſti, & tum non poteſt fieri ſuppuratio nec gangræna, & benè dixit, licet circulationem ſanguinem ignoraverit.

§. 382.

§. 382. 1. *Arteriæ minutæ.* Ita ut per microſcopium ſexti generis videri non poſſunt, ſic ut opus ſit microſcopiis minimis, antequam has arterias videamus, ita ut lentes vix majores quam granum ſabuli ſint, nam Microſcopium primi generis convexitatem corneæ habet, ſic decreſcunt, hæc, ſi globulum rubrum non recipiant, tum non apparent per hæc Microſcopia, ſed tum fit vaſis dilatatio; quia ictus augentur & quia plus materiei capiunt, tum videri poſſunt, nam tum præterea hæc arteria novum globulum à vi cordis accepit, ergo dilatari debet, unde impetus manens urgetur, unde magis ac magis ictus fiunt, & plus materiei, qua vaſa diſtenduntur, ita ut arteriæ, quæ antea unum globulum accipiebant, jam verò quatuor, quinque, ſex, octo vel novem vel plures recipiant, ergo oritur tumor, qui à ſanguine vaſa diſtendente dependet; & rubor, quia ruber ſanguis in ea vaſa plus intrat & adigitur.

2. *Vaſa lymphatica.* Nam vas ſeroſum primi generis non capiebat globulum rubrum, ſi tum ille globus ex his ſeroſis pergat in ſeroſa minora, hæc vaſa tunc fiunt majora & capiunt globulos rubros, hinc cauſa tumoris rubri eſt duplex, primò quia arteriæ rubræ ampliantur, & ſecundò, quia in ſeroſis rubrum defertur, quia ſeroſa ampliata ſunt, putant verò Clariſſimi Viri hic fieri mutationem, cum non videant plus ſanguinis ibi adeſſe poſſe, ut v: g. in phlegmone totum brachium tanta plus tumeat ac ante, nam tamen non plus ſanguinis in corpore habetur; ſed ſi preſſio eſſet æqualis, tum nullus tumor adeſſet, ſic pars, per quam æqualiter ſanguis fertur, non apparet tumens,

 ſed

ſed ubi ſiſtitur, inflammationem facit, alii verò putant, quod quantum lucretur in una parte, tantum etiam perdatur in alia parte, ſed ſi hoc verum eſſet, tum animadverti non poſſet. Vas arteriæ primi generis non poteſt eſſe obſtructum, quin inflammetur vas ſecundi generis id eſt quin ramus lateralis diſtendatur, fiatque majus & ſic tertii generis atque porro, tum ſanguis ruber introibit & orietur inflammatio omnis generis.

Augmentum Rubedinis. Vaſa verò tertii generis flaveſcunt, & non ita tument, ac in vaſis ſecundi generis eſſet, nam quò inflammatio in minoribus vaſis obtinet, eò tumor minor, ſed inde non minus periculi.

3. Ultima vaſcula rubra id eſt maxima inter minima, ſi decem ſibi invicem apponantur, nullo modo accedunt ad craſſitiem capilli, & lymphatica vaſa quidem centies & plus minora ſunt, adeoque valdè parva, nec in corpore videri poſſunt; hinc ille apex nequidem $\frac{1}{10}$ aciculæ apicis partem admittit, ſi verò impellat in tale punctum impetus liquoris, & liquor nimis craſſus adigatur, tum hoc idem facit ac ſi tot aciculis premeretur, ſicque ægri ſentiunt, quaſi infinitis aciculis premerentur, hinc ille dolor punctorius terebratorius & dilatatorius ita dictus, quia cauſa acuta minima fibrillam minimam à continuitate ſolvit, jam ſi impellatur globulus, fit quaſi aciculis pertunderentur ægri ſic pleuritici clamant ſe ſentire puncturam in latere (belgicè *een ſteek in de zyde*).

4. Omnia fluida ſunt in arteriis preſſa & compreſſa, ſed in venis non premuntur, verum laxantur. Sanguis noſter non eſt ut aqua ſine elaſticitate, ſed eſt expanſilis compreſſilis

&

& aliquo modo elaſticus; ſanguis ægri febrĭcitantis eſt floccoſus & emiſſus extra corpus concreſcit in maſſam coreaceam, in phtyſicis verò concreſcit, quia in his motus eſt minimus, in illis verò maximus; docui clariſſime, quod poſt motum duorum corporum nil ſubſequi poſſit, niſi ignis, tunc hic in vaſe obſtructo eſt major motus vaſis & liquidi contenti inter ſe, ergo major ignis copia, pone eſſe tria vaſa, quæ habent in ſtatu ſano tres venas, quibus dant æqualiter ſuum ſanguinem, ſed fortè obſtruuntur duo ex illis, tunc neceſſariò ibi fieri debet attritus, nam ad motum cordis propellitur illud obſtructum, & vas diſtendit, motu verò cordis ceſſante vas extenſum nunc multo majorem facit renixum, quam in ſtatu ſano, ergo illud obſtructum retropellitur, ad motum cordis denuo pellitur, quia attritus debet eſſe maximus (ſupponimus hoc vas quidem eſſe diſtentum, ſed non adeo, ut ſit factum paraliticum) tertium vas adhuc liberum quoque talem attritum ſuſcipit, quia nunc huic eadem ſanguinis copia eſt recipienda & tranſmittenda, quæ ſanguinis copia à duobus obſtructis retropellebatur. Id quod hæret, cedere nequit, & ultra fit ingens impetus, nec ſtatim ſanguis in venas pergit, & ſi multa obſtructa ſint vaſa, hæreatque craſſior ſanguinis pars, plus agit & premit, quia nil cedit; hinc ſanguis preſſus denſatur & compingitur.

5. Hinc inter cor & locum obſtructum fit tumor, ſic ſi veſica ad $\frac{1}{2}$ aëris impleatur, flaccidum eſt corpus, ſed ad tenſionem uſque, tum quaſi lapideſcit ab impetu, ſic etiam ſi veſica vi aquæ impleatur, ita ut, ſi reverberetur, reſonantiam det & ſplendeat, eodem modo fit

 in

in noſtro corpore; hinc patet, cur locus dureſcens tactu renitatur.

Splendor verò fit, ſi cutis maximè tendatur eodem modo, niſi à pinguedine fiat, hic verò à ſanguine diſtendente, nam homines obeſi ſemper habent cutim ſplendentem à ſuppoſita pinguedine, ſed nigreſcunt exhauſti famelici, ſic ergo cauſa tumoris facit, ut replendeat, & ut lucem reverberet.

6. Cogitate arterias eſſe elaſticas & conicas, & in iis omni momento ſanguis impelli, tumque in omnem motum & directionem ſanguis ſolet mutari & atteri, indeque calor oritur, verum in venis nullus fit attritus, ſed in arteriis, & ſi ibi obſtaculum ſit, tum corde quieſcente novus fit attritus in arteriis, dum arteriæ ſe reſtituunt, & cum impulſus tranſire nequeat; hinc it & redit, ſicque attritus duplex, hinc canalis clauſus attritum auget plus quam canalis apertus & pervius, attritus verò quoque facit calorem, qui liquiſſima diſſipat, & reliqua compingit, aucto verò attritu calor augetur, ſic etiam hic, hinc æſtus in loco obſtructo obſervatur, ergo canales occluſi majorem tritum patiuntur, quam aperti, ſi verò ille calor eſſet duplo major quam in ſanitate, tum ebulliret ſanguis, hinc videtis, cur calor & æſtus adeo obſtruant, præterea quoque omnis arteria obſtructa impedit fluxum in aliis arteriis, venaſque comprimit, nam omnis arteria obſtructa hujus vena fit non vas, cum enim arteria ſe in venam appoſitam evacuare ſolebat, hinc arteriâ obſtructâ hæc vena nil accipit id eſt fit non vas, nam exhauritur & non impletur, hincque tum plus ſanguinis ad locum obſtructum defertur. Quo tempore cor pulſat, ſan-

ſanguine loca obſtructa vibrat validè, & neceſſariò debilitat vaſa ſupra obſtructionem, & facilè it per lateralia arterioſa, hinc vas arctatur, remittitur, & ab hoc attritu fit major calor. Calor ſolum eſt collectio ignis, ignis notus ſolum fit per attritum, quò major attritus, eò major calor, attritus augetur per reſiſtentiam & ſoliditatem; altera cauſa caloris eſt velocitas, quæ eò major eſt quò partes magis impingunt in latera; Tertio eſt, quod ſanguis retrogrediatur, unde (*een ſcheuringe* belgicè) pars urens fit; hinc neceſſariò oritur calor major in loco inflammatorio, unde ignis & effectus ignis.

7. Mirum eſt, in ſanitate nunquam ſentire pulſationes, hoc verò fit, quia nec humores nec vaſa ſunt compreſſa, & ab infantibus hunc pulſum aſſueti ſumus, quia omnes pulſus æqualiter pulſant, ſed ſimulac paululum obſtruuntur vaſa, tum pulſatio ſentitur, nam comprimite v: g. digitum, paulo poſt videbitur vobis totus digitus pulſari, hocque modo quando febre laborant ægri, tum ſentiunt pulſum per omnes digitos, & manus, ergo fit pulſus ſenſibilis, quia fines ultimi arteriæ plus impetus ſuſtinent, quam arteria libera; hinc *Hippocrates* dicit pulſus notat inflammationem, quia fines arteriæ plus impetus ſubſtinent, hinc ſentitur pulſus ſupra locum, infra eum verò non ſentitur, ergo eadem circulatio manet, ſed æquabilitas tantum ſublata eſt.

8. Puto hoc problema clariſſime ſolvi poſſe, cur ab inflammatione nata ſine febre, febris ſuccedat v: g. $\frac{1}{1000}$ arteriarum obſtrui, tum & $\frac{1}{2000}$ venarum ſanguinem non accipiet, ſed tamen deplebuntur; verum cur hoc? Quia venæ deplentur in cadavere ceſſante arteriarum motu

non à vi contractili elaſtica, & quia arteriæ non reſiſtunt repletioni, ſicque primo momento omnis ſanguis redit ad cor, ſed dein $\frac{1}{1000}$ pars ſanguinis plus in arteriis continebitur, momento poſt longe plus erit in corde; & vaſa erunt pauciora, hinc ſanguis qui fluit, incipit majori copiâ fluere, hinc arteriæ plus implebuntur, tumque omnis ſanguis reliquus ibit verſus cor, eritque circulatio aucta id eſt febris, hinc videmus non opus eſſe magna obſtructione, ut inflammatio & febris fiant, nam ſi ponatis $\frac{1}{100000}$ arteriarum partem eſſe obſtructam, tum intra horam fiunt 3000 pulſus cordis, & ſic ex illa $\frac{1}{100000}$ intra horam habebitis in arteriis tanto majorem copiam liquorum, & ſi hoc per horas duret, tanto major copia colligetur, ſic invenietis, quod $\frac{1}{100000}$ pars facilè febrim producere poſſit, nam tum ſingulis pulſibus augetur, hinc obſtructio erit tanto major, ſic ſi ſpinam ſentiamus in manu, tum poſt horulam accipimus febrim. Tres cauſæ ſunt, cur ſemper adſit febris, 1. quia fibræ irritatæ nervoſæ & dolentes trahuntur & mutantur, hinc major liquidi nervoſi expreſſio, & ad villos muſculoſi cordis hujus appulſio; hinc febris, 2. major movendi moles, quam antea erat, ſi una tertia viarum ſit obſtructa, primo pulſu tantum duæ ex tribus erunt apertæ, ſi jam illæ venæ etiam manerent plenæ, proportionaliter moverentur liquida, ſed id non fit, venæ motu muſculorum & partium circumjacentium exinaniuntur. Ergo pulſu circumlabitur moles movendorum, minuitur vaſorum copia, hinc major velocitas & febris, 3. ab eorum attritu quando ab acrimonia pungente hic fit, unde major velocitas & febris.

Sitis.

Sitis, homini, animali cuicunque, à naturâ providâ nequaquam pro delectamento conceſſa eſt; verum pro fideli cuſtode, ut conditionem humoris oris, ventriculi &c. homini patefaceret, & ipſi annunciaret: nam niſi ſitis adeſſet, quomodo quæſo conditionem, indolem, qualitatem humorum ſciremus; profectò vix, ut nunc vivimus, vivere poſſemus. Cauſa ſitis eſt multiplex, nam ubi ſitis, ibi non ſemper penuria liquidi, hoc eſt ſiccitas; patet contrarium in vetuſta hydrope, & maximè in fine aſcitidis: verumtamen cauſa ſitis ſæpe eſt ſiccitas, & poteſt eſſe acredo aliqua ſalſedinis, ſive alcalinæ, ſive bilioſæ oleoſæ vel muriaticæ; vel obſtructio emiſſariorum oris, æſophagi ventriculi &c. ut in aphthis &c. hiſce poſitis, ſi nunc quædam inflammatio exiſtat, illam ſitim producere debere patet, ex aucto motu, calore, & febre, nam hiſce liquidiſſima ex humorum maſsâ exprimuntur & diſſipantur, quæ tam facilè & ſubito regenerari & iterum readmiſceri nequeunt; ergo humorum ſiccitas; hinc in inflammatione prima cauſa ſitis: verum ſi liquidiſſima ſanguinis, oleum, ſales, terram diluentia, blanda avolaverint, quid ſupereſt, niſi ſalſa acredo in humoribus prædominans? ſive hæc ſit ſalſa muriatica, ſive alcalina bilioſa oleoſa, utraque ſitim facit, verum hæc vehementiorem illâ producit: ergo ſecunda ſitis cauſa. Emiſſaria oris, ventriculi &c. vel aphthis vel alia quadam de cauſa obſtructa ſitim producunt, quatenus illæ partes exſiccantur, vel quatenus novi liquidi readmiſtio impeditur: ergo tertia ſitis cauſa; hinc patet quam ſollicitè & citiſſimè ſuccurrendum ſit huic ſiti & quam malè illi medici egerint, qui ſuis æ-

 gris,

gris, morbis acutis laborantibus bibere, diluentia prohibebant interdicebantque.

Calor per totum corpus, quia celerior eſt circulatio.

Vigiliæ in inflammatione adſunt, quia circulatio augetur per totum corpus, adeoque & per cerebrum; tamen non tantâ cum vi, ut cerebrum inde obruatur, ſed ut inde plures ſpiritus ſecernantur, maximè in morbi initio: hinc plures ſpiritus quoque ad ſenſus externos determinantur. Quæ vigiliæ etiam à levi ſæpe inflammatione meningum oriuntur, unde ſæpe delirium: quæ inflammatio ſi increſcat, ſæpe & coma producit.

Debilitas hæc non in omnibus febribus adeſt, ſed è contrario robur, in inflammatione fit, vel à nimia repletione humorum, vel à diſſipatis liquidiſſimis ſubtiliſſimiſque, hoc eſt nutrientibus.

Moleſtia, eſt illa inquietudo, ubi homo per duo momento in uno ſitu manere non poteſt, quin doleat & alterum quærat; quæ adeſt in inflammatione, quoniam æqualis preſſio humorum ſublata eſt, quæ in hominibus cum morte luctantibus, maximè ſublata, intolerabilem ſæpe inquietudinem producit.

§ 383. Hæc eſt prima ſpecies, hiſce ſignis præſentibus inflammatio in primo gradu verſatur, quod bene notandum; nam craſſus eſt error, quod vulgariter huic morbo ſemper idem nomen imponitur, cum altero die longe alius ſæpe ſit, & aliam planè curam requirat: in quo caſu Empyrici, non attendentes ad gradus inflammationis; ſuis generalibus & ſpecificis medicamentis liberaliter peccant, nam gradus ſunt attendendi, ſi morbus ſit talis, ut gradus

Jam eſt deſcriptus, tum eſt in adſcenſu ſeu ἀναβάσι.

§ 384. Si ſanguis mittatur tempore inflammationis ex gr. in Phrenitide, Ileo, Rheumatiſmo &c. eductus ex venâ majori, in initio morbi inflammatorii, quando morbus non eſt adultus, hoc experimentum obtinet, & oritur hæc vis coagulandi eò fortior, quò major & diuturnior fuerit inflammatio, modo putreſcentia humorum abſit.

Pleno ſaltu. Non impingens in obſtaculum niſi in pelvim qua excipitur, nam ſi juxta brachium decurrat, tum non patet, talis ſanguis, ſi per microſcopia ſpectetur, flocculentus apparet.

Latè non ex parvo vel ſcarificando, ſed largo vulnere miſſus.

Exceptus ex tali phlegmonico corpore.

Albam. Vel flaveſcentem.

Duram. Sic ut ſæpe ex pleuritico febre ardente vel Rheumatiſmo laborante eduxerim, ut cultello diſcindere non potuerim.

Rigidam. Ita ut ſupra orbiculum extendi poſſit, tam fortiter, ut inſtar tympani reſonet.

§ 385. Hoc verò fit ab obſtructione, nam cogita arteriam rubram minimam, hæc in venam ſe evacuat, & ſi tum cogites obſtructionem eſſe in fine arteriæ, tum hæc arteria ſanguinem eo derivari nequit, ſed ſubtiliſſimum remanet, hinc obſtructio nata augetur, & quò diutius hoc durat, eò major erit obſtructio & inflammatio.

Ruber. Si enim à ſanguine ſerum & lympha ſeparentur, tum multo craſſior evadit parte liquida orbatus, & licet partes ſeparatæ iterum

jungantur & confundantur, tamen non fit idem ſanguis, ſic enim quoque chemia ſi ex ſanguine ſpiritum, aquam, & ſal eduxit, tum his omnibus iterum inter ſe miſtis non redit idem ſanguis, ſed liquor à ſanguine toto cælo diverſus, hoc etiam in aliis corporibus obtinet, nam ſi omnia vini. Chemicè tractati producta reamiſceantur ſibi invicem, tum idem vinum non redit, ſed hæc omnia in ſeparatione permutantur, & ſic de reliquis.

§ 386. Jam exitus inflammationis, quæ eſt Phyſica ejus mutatio explicare conabor. Hic conatus ſum omnia ex veterum doctrinâ deducere quo ad reſolutionem ſpectat. Hæc verò vox continuò in ore Chirurgorum verſatur, ſemperque dicunt conabor reſolvere, ſed plurimi neſciunt, quid ſit reſolvere; hinc videamus.

Reſolutio ergo eſt talis mutatio naturalis vel artificioſa partis inflammatæ, ubi partis inflammantis materia ducitur in circulationem & redditur meabilis per partem inflammatam ſine ulteriori corruptione, & ſine alio morbo inducendo. Naturalis dico nam natura modò reſolvit, ars imitatur, quod aliquando etiam egregiè fit, & ibi materia non abit in pus, nec ichorem, ſed materia manet ſana, & vaſa quoque non læduntur, ſed manent, ut erant, nec pars ſcirreſcit, nec in ſuppurationem abit, ergo reſolutio facit, ut pars ſine ulteriori corruptione ad ſtatum naturalem redigetur, tum verò ut hoc fiat humor debet eſſe blandus, nam humores corporis humani ſunt adeo lenes, ut nudum nervum nec oculum lædant excepta bile (nam urina non eſt humor corporis ſed excrementum) ſi verò requiratur, ut ille humor

mor non lædat vaſa, tum blandus eſſe debet, ſi verò acer ſit, tum impingens in vaſcula tenuiſſima ſemper gangrænam facit, & credo, quod ſi acredo adſit, tum nunquam fieri reſolutionem, ſicque primò ad reſolutionem requiritur, ut ille humor appellens ad locum obſtructum ſit blandus non acer, nec alcali, nec acidus; hinc patet, cur in peſte non fiat reſolutio, ergo reſolutio fit, ſi humores arterioſi omnis generis per vim vitæ appellentes ad locum inflammatum non ſint acres, ſeu ſit acrimonia oleoſa vel alcalina, vel ſcorbutica vel venerea nil refert qualiſcunque ſit acrimonia, ſed ſi humores ſint blandi, tum eſt ſpes reſolutionis. Humor blandus eſt talis, cujus partes acumina vel ſpicula vaſi adhærentia non habent.

Motus ſedatus. Nam in motu ſedato conſiſtit ſanitas, motus verò præternaturalis major eſt febris, hinc tum rumpuntur vaſa à motu, parteſque deſtruuntur, & non fit reſolutio.

Obſtructio parva. Intelligo talem, quæ humorum fluxum retardat, ſed non plane impedit, nempe ſi v: g. canalis ante quatuor globulos ſanguinis tranſmitteret, jam verò modò duas tum inflammatio adeſt, ſed tamen tranſmittitur ibi ſanguis vel in uno vaſe ſi talis ſit, tum ſpes eſt vas tranſmittere poſſe vel materiam attenuari, vel utrumque, vel ſi partes obſtruentes non ſint craſſæ, cauſa obſtruens non velox non violenta, uti in initiis arteriarum lymphaticarum; magna obſtructio dicitur, ſi corpus craſſum & profundè infixum ſit, & dein quoque indicatur, pro ut plura vaſa obſtructa ſunt, tum fiet $\frac{1}{1000}$ pars major vis &

$\frac{1}{1000}$

$\frac{1}{1000}$ parte citius ſanguis derivabitur verſus cor, hinc tum febris à ſtimulo oritur, quia arteriæ obſtructæ eorumque venæ nil tranſmittunt, unde numerus vaſorum minuitur, & tamen non minuitur copia liquidi, inde cor plus irritatur, ut fiat major motus id eſt febris, ergo ubi obſtructio parva, ibi ſpecies eſt reſolutionis, ſed ubi magna, ibi nunquam fiet reſolutio.

In arteriis. Credo ad obſtructionem reſolvendam eò majorem ſpem eſſe quò majora vaſa ſunt obſtructa & puto in arteriis primi generis facilem eſſe reſolutionem, ſed in minimis difficillimè, ſi enim vigeſima ſeries vaſorum eſſet obſtructa, tum reſolutio non eſt exſpectanda, ſi verò obſtructio in arteriis primi generis, tum vel per miſſionem ſanguinis vel per Frictiones, vel per Fomenta aliquid ſperari poteſt, & quò plus vaſa in ſeries minores eunt, eò difficilius reſolvuntur obſtructa, hæc eſt ratio, cur omnes obſtructiones in vaſis minimis ſunt irreſolubiles, nam omnia medicamenta modò agunt in primum vaſorum genus nempe venæ ſectio & alia, tumque arteria fit vena, & ramus lateralis accipit materiam obſtruentem, & ſic tum facile reſolvi poteſt; ſic, *Sydenham* dicit ſe venæ ſectione, purgantibus & abſtinentia variolas ſuſtuliſſe, ultimò verò non potuiſſe, ſic ex litteris ex *Gallia* & quidem *urbe Maſſilienſi* ad me datis intellexi, quod illi, quibus nulla morbi ſigna paulo ante aderant, ſed illico corripiebantur, hi deſperati erant & certè moriebantur, ſi verò inflammatio Ædematoſa in vaſis ſeroſis obtineret, tum caſus erat dubius, ſi verò in vaſis rubris accideret, tum omnes evaſiſſe, & vix

unus

unus ex centum tum perditus fuit, his verò tum anthraces vel bubones erupuiſſe; in primo vaſorum genere motus à corde eſt maximè variabilis, ſed qui in inflammationes & obſtructiones detinebant, in ultimo vaſorum genere non ſolvebantur, ſi verò Venæ ſectio inſtitueretur ad uncias tres, tum æger moriebatur, ſi ad uncias decem, tum eo citius, anteqam vena clauſa eſſet, idem accidebat, ſi ægris his vomitoria vel purgantia darentur, & clyſmata injicerentur, ſi verò hæc omnia in inflammatione rubra adhiberentur, tum non ægros occidebant, ſed tamen hæc ſemper nocebant, hinc videtis, cur poſuerim hoc eſſe debere in arteriis lymphaticis.

Canales mobiles, dicuntur, qui facilè ſe dilatare patiuntur, ſi vis dilatans accedat, & hac vi deſinente ſe iterum in priſtinam figuram contrahunt; rigidus canalis verò dicitur, qui ſe non facile dilatat, nec dilatatus iterum contrahit; qui verò mobiles habent canales, hi enim facilè ſuppurationem aut gangrænam patiuntur, ut *Hippocrates* quoque dicit, quod in Peripneumonia vel Pleuritide vel Febre ardente, & in omni morbo inflammatorio corpora, quæ admodum laxa ſunt, ut otioſorum hominum, vel qui à naturâ valde laxa, quod hi in his morbis non multum diſcriminis patiantur, ſic fæminæ & pueri valde laxi, ſi hi obſtructiones patiantur, tum per urinam craſſam obſtaculum deponunt, & ſic materia fit iterum meabilis per vas dilatatum, hocque modo obſtructio tollitur, quod tantummodo fit à facili canalium dilatabilitate; hinc *Hippocrates* dicit Pleuriticos valde exercitatos & proin rigidos non curari poſſe.

Di-

Diluens. Noſter enim ſanguis eſt illius naturæ, ut ſubductâ parte dilutiore tum quaſi caleſcat, & obſtructiones faciat, ſi verò hæc concretio illico fiat poſt miſſionem ſanguinis quò citius eò pejus tum periculum eſt, ſi verò adhuc utcunque dilutus ſit, tum ſpes eſt, ſi modò tum dentur diluentia, futuræ reſolutionis, ſi verò huic ægro dare vellem calefacientia hydragoga, ſudorifera, tum periculum eſſet, nam hæc omnia circulationem augent, quantum ex *Hippocrate* legendo & relegendo potui intelligere, ipſe circulationem ſanguinis ignoravit, ſed tamen has reſolutionis conditiones annotavit, & hæ conditiones à peſte uſque ad febrem lentam inflammatoriam requiruntur, ut morbus ſine criſi ſolvatur, hoc eſt vera ſanatio, ſi verò alio modo hoc fit, tum morbus modo tollitur inducendo alium morbum, ut ſi ſuppuratio accidat. Ponatis ergo caſum vos vocari ad ægrum inflammatione laborantem, tum reſolutionem tentare debes, hinc ſi quid deficiat de conditionibus ad reſolutionem requiſitis, tum hoc eſt ſupplendum, ſi v: g. humor non ſat blandus, tum blandum reddere debes, dentur Emulſiones ex Tritico, Avena, ſeminibus papaverum, ſeminibus quatuor frigidorum, olea Amygdalarum dulcium, Decocta Malvæ, Althææ, Verbaſci & Parietariæ, ſi motus ſit nimius, tum Venæ ſectio convenit; hinc patet, cur hic Diluentia, Balnea, fomentaque adeo laudantur, quia nempe canales mobiles faciunt & vehiculo inſerviunt; hinc ſi vocemur ad ægrum morbo inflammatorio laborantem & æger dicit ſe ſudoribus deffluxiſſe, vel Diarrhæa laboraſſe, tum non reſolvitur, ſed plerumque moritur, ſi verò nil horum

horum ſit tum ſpes eſt. Hæ conditiones tales eſſe debent, ut fiat reductio materiæ ſine læſione canalium & degeneratione humorum. *Paracelſus* & *Helmontius* cum viderent quoſdam reſolvendo curari morbos, putarunt omnes ſic ſolvi poſſe; hinc quæſiverunt fortiſſima reſolventia, ſed fruſtra ſuſceperunt opus, nam niſi hæ conditiones adſint, inflammatio non reſolvitur, ad quod illi non attenderunt.

Reducto. Quando vis ſanguinis adeo minuitur, ut non urgeat ex maxima arteria in minimas, tum omnia extrema vaſa minima evâcuantur motu retrogrado: ratio hujus rei eſt, quod ſi urgeatur ex vaſis maximis in minima, tum vaſa minima evacuantur, ut videmus in homine puſilanimo, qui nullum vulnus videri poteſt, quin incipiat angi, mox ſudare lividum ſudorem, accipit lividum circulum circa os, omnis color abit ex oculis, ſe ſuſtinere non poteſt, pallet inſtar mortui, & ſic fit animi deliquium, quia cordis vis deſinit, & hoc deſinente ſanguis arterioſus retroivit ad cor, hinc pallor, nam quod facies & os rubeant, hoc fit ab arteriarum repletione, ſed ſimulac repletionis vis hic deſinit, omnia vaſa ſanguinem retropellunt, & nil ſanguinis fertur ad illa loca. Hæc ſunt ſigna infallibilia, quibus prudens Medicus ſcire poteſt; an inflammatio in talem benignam reſolutionem abitura ſit: nempe ſi temperies ægri ſit laxa, quò laxa eò melior, vaſa non rigida, color hominis inflammatione laborantis non fuſcus, flavus, niger, ſed albus pallidus; corpus ejus non multum obſeſſum pilis, non gracile, agile, robuſtum, calidum; ſed contra molle laxum: ſi motus humorum non vehemens ſit, calor non magnus, febris non nimia, ſitis

ſitis tolerabilis, urina non nimis flammea; obſtructio non ingens, hærens præcipuè in arteriis inter minimas maximis vel in initiis lymphaticarum; ſi tempeſtas anni non valde æſtuans ſit, regio non valde calida. Hæc ſigna ſi adſint & inflammatio ultra triduum non duraverit (niſi victu vel aliis medicamentis &c. in hoc caſu non convenientibus turbata ſit) magna & quidem certa ſpes eſt, illam reſolvi poſſe.

§ 387. *Suppuratio eſt talis partis inflammatæ per quam mutationem materia inflammans, & canalis parvus obſtructus ſic mutantur per vim vitæ, ut materia obſtruens & vas obſtructum conterantur in pulticulam homogeneam lentam, inſulſam, albam* & dicitur *pus*, quod fit vi vitæ, per quam liquida nova afferuntur, cogita ad partem inflammatam v: g. decem canales eſſe obſtructos, & ſanguinem in loco obſtructo impingere, ſicque tum à vi ſanguinis impingentis hos decem canales abſcindi, tum his partibus canaliculorum miſtis cum materiâ obſtruente faciunt particulam puris, & quò plus canaliculi ſe conterunt, eò major copia puris generatur, quæ verò conditiones requiruntur, ut fiat ſuppuratio. Omnis inflammatio, quæ ſine febre eſt, nunquam abibit in ſuppurationem.

Humor blandus, nam ſi ſit acer, nunquam abibit in ſuppurationem, ſed ichorem.

Motus citatus. Nam hic febris non eſt tollenda, ſed tamen febris non ſit nimis urgens, hinc motus adſit, aliter fit gangræna, ſic *Hippocrates in libro de prognoſi* dicit, ſi omnia ſymptomata febris, ſed non nimis magna in inflammatione adſint, ut ſi calor adſit, ſed non nimis magnus, ſi dolor; ſed non ingens,

tum

tum fit ſuppuratio intra quinque dies, hinc poteſt quidem adeſſe humor acris ſed non acerrimus, motus velox ſed non velociſſimus, & ſic hic majores cauſæ adeſſe debent, quam cum fiat reſolutio, & minores, quam cum fiat gangræna, tumque fit ſuppuratio.

Potens. Nam ſi Medicus potuiſſet reſolvere inflammationem non ſuppurationem promoveret.

Obſtructio magna. Si enim eſſet nimis parva tum reſolveretur.

Cum dolore Tum enim major dolor quam in reſolutione major calor, major tenſio, major ſplendor cum ſuccedente pulſatione, nam omnis ſuppuratio ſignificat rupturam, ſed vas, ubi rupturæ proximum eſt, tum nervi irritati trahuntur, & ſunt in periculo ruptionis, hinc tum fit ingens dolor, & validiſſima pulſatio, hinc vaſcula omnia minima ibi poſita, vi vitæ, vel à diſtenſione vel levi putrefactione abſcinduntur æquè rubra quam ſeroſa lymphatica, non verò hic magna fit putrefactio, per quam liquores abirent in ſalem ammoniacum alcalinum oleoſum, ſed inchoamentum putrefactionis hic fit.

Fluidis miſcent. Verum hoc multis offendit, quod vaſa ſolida hic abeant cum materiâ obſtruente in unum purum liquidum pus dictum ex vaſis & liquidis factum, ſed qui talia cogitat, ille non intelligit, qualia hæc ſunt vaſa, nec quomodo vaſa poſſunt atteri, ut in Phtyſicis obſervamus, ubi ægri primò ſanguinem ſpuunt dein pus, hocque modo totum pulmonem ferè exſpuunt; hinc etiam arteriæ & venæ hic quoque ſpecie puris exſpuunt, ſed unde fit, quod ſanguinem non exſpuant? quia ſup-

ſuppuratio non fit in maximis, ſed in vaſis capillo capitis decies minoribus, ſic ut pars detrita vix centeſimam grani partem æquet, ſed præterea ſæpe ex loco ſuppurato mea ipſa manu pannos quaſi eduxi, qui erant vaſa nondum ſatis commolita, vel nimis magna, quam ut conteri poſſint. Hæc verò actio eſt actio vitæ, ſic minima vaſa deterens, hæc veteribus dicebatur πεπσις, πεπασμὸς coctio ſeu maturatio, hinc *Hippocrates* dicit *in ulceribus annoſis, pus generantibus ſi quadam de cauſa maneant ſicca, ægri brevi moriuntur*, quod etiam in Phtyſicis verum eſt, nam aliquot dies ante mortem ſputa vix deſinunt, hoc fit, quia vis naturæ hic deficit, nam eſt ſolum naturæ opus, ſic enim eſchara à ferro candenti aduſta non ſecedit (niſi abſcindas, ſed tum ſana ſimul lædis vaſa) hoc ſolius ſuppurationis ope fit, ergo eſt benignum illud naturæ auxilium, quæ ſe ab omnibus heterogeniis liberat, hinc non ita timenda, niſi pars inflammatione affecta ſuppurari non poſſit, quia mors inde ſequatur, tum maximè caveri debet.

Pus. Nonnulli dixerunt puris materiam eſſe ſanguinem, alii lympham, alii ſerum, ſed ego puto eſſe *aggregatum omnium generum liquorum in corpore contentorum & vaſorum fractorum & concoctorum.* Pus autem non propriè fit ex ſuppuratione, ſed per moram & calorem in loco ſuppurato, nam humor immediatè fluens eſt limpidus non purulentus. Hæc & priora non dixi, quaſi deberent intelligi de inflammationibus externis tantum, ſed etiam de internis id eſt omnibus morbis inflammatoriis per criſin ſolvendis v: g. in febre continua inflammatoria tertio die æger ſe incipit paulo melius

melius habere, altero die adhuc melius, tertio die verò erumpit urina turbida inſtar potus Coffè, erumpit ſudor & dicitur criſis, hinc in his morbis ſemper talis ſuppuratio fieri debet, ut in præcedenti paragrapho annotavi; ſed ſi reſolutio fieri poſſet, ſemper eſſet optanda: at quoniam pus ſemper exitum habere debet; hinc in interioribus, ut in pulmonibus, membranâ pleurâ, hepate, liene, cerebro &c. admodum periculoſa eſt; in quibus mortem ſæpiſſime inducit, licet morbum tollat, hinc ſemper in illis partibus, ſi poſſibile ſit, præcaveri debet.

§. 388. Tertius gradus eſt *gangræna, quæ eſt talis cujuſdam partis corruptio, ut intercepta ſit communicatio influentium & refluentium humorum una cum incipiente putrefactione.*

Motus impingens magnus, ut in valida febre.

Obſtructio. Tanta, ut obſtruentia corpora transfluere planè nequeant.

Vaſa Rigida. Ut æquè citius vaſa ſanguifera rumpantur, quam minora, vel ut liquidum per motum in illis acrius fiat, quod in robuſtis aliquando fit, ut *Hippocrates* quoque dicit, in quibus calor ſummus, tenſio maxima, rubedo, ſplendor maximus, & dolor acerrimus, in his fit gangræna.

Ichor. Hinc in peſte & morbillis non fit inflammatio, ſed ſemper putrefactio.

Liquida putreſcunt, quando olea & ſalia fiunt rancida acria & volatilia, quæ talia fiunt per motus violentos; hinc ibi erit putrefactio.

Epidermide. In omni morbo inflammatorio, ubi vidiſtis poſt magnos apparatus parvas bullulas elevatas, ſub quibus hæret liquor flavus vel

vel ſubrubellus, tota ſuppoſita pars erit mortua, tum eſt peſſima peſtis, ſi à topica inflammatione ſit prægreſſa, tum gangræna adeſt, æger enim dicit, antea acerrimè dolui, jam dolor eſt tolerabilis, tum his bullis uno die pertuſis, altero die pars ſuppoſita nigra erit hinc ſi poſt inflammationem videatis bullam flavam, tum ibi pars eſt mortua. & ſi bulla decidat, tum apparet nigra, ſic etiam ſi clarum ſubrubellum inſtar loturæ carnis liquorem variolæ continere videantur, tum ibi ichor ſupponitur, eſtque tum tota Epidermis modo una bulla, hæque ſunt variolæ confluentes dictæ propriè ex quibus raro evadunt ægri.

Saniei. Hæc eſt ingens diatheſis in gangrænam, & omnes qui *Maſſiliis* mortui fuerunt, hoc morbo laborarunt.

Color primo ferè ſemper eſt cineritius, qualis in combuſtione fit, poſt palleſcit, quaſi pus dein fuſcus, ultimo ater, ubi huc pervenit, gangræna eſt perfecta.

Dolor. Multi non mediocriter in medicina verſati crediderunt gangrænam adeſſe, quamdiu pars dolet, ſed gangræna poteſt eſſe & tamen dolor, nam margo ſemper inflammatur; hinc limbus dolet, ideo in gangrænâ perfectâ tamen adeſt dolor, hicque poteſt eſſe acutiſſimus in loco vicino adhuc vivo.

Rubor. Quia in limbo partis gangrænoſæ adhuc ſanguis irruit, hinc tum ibi fit inflammatio, & inde accidit dolor, licet jam gangræna adſit, qua in re ſæpe juniores Medici errant, ſic gangræna eſſe poteſt cum acutiſſimo dolore, ubi modo cutis adhuc viva.

In vicinis. Nam ſi gangræna ſit in aliqua parte, inficiet partes vicinas, ſed tunc illæ

vicinæ infectæ tamen reſolvi aut ſuppurari poterunt.

Mors eſt circulationis finis, & mors partis eſt finis circulationis in illa parte, ſic ſi in digito v: g. ſit circulationis finis, tum ille digitus eſt mortuus, quia tum arteriæ non poſſunt adferre ad partem, nec venæ deferre, his animadverſis amici ægri ſunt monendi, partem affectam ſervare non poſſe.

Gangræna verò eſt talis in corpore vivo & parte molli degeneratio, ut vitales humores in hac parte influere non poſſint, nec perfuncti ſuo munere iterum effluere, qui ſphacelus dicitur, ſi ad os vel perioſteum uſque malum communicatum ſit; hinc eſt conditio corporis viventis.

In parte molli. Nam in oſſe non obtinet, ita ut in parte hac molli ſuccus arterioſus non admittatur, nec per venam emittatur, per ſuccum verò arterioſum hic intelligo omnem liquorem; omnis verò gangræna fit ab inflammatione præcedenti, ſed an in peſte tale quid ſit, dubito & neſcio, numne ibi modo in liquidis nervoſis inflammatio fiat, nam in atrociſſima peſte omnia tamen liquida bona inveniuntur, & hinc non puto tum gangrænam eſſe, nam hi uno momento cadunt mortui, ita ut ſi velitis hoc gangrænam vocare, tum caſum unum excipiam, aliter gangræna non fit niſi inflammatione prægreſſa. Cauſæ ergo gangrænæ ſunt, quæ impediunt influxum & effluxum humorum in parte, ſic ergo ſuppuratio eſt gangræna reſpectu vaſorum, quæ deſtruuntur & conteruntur, nam ſi gangrænoſa pars ſeparetur, tum inter partem mortuam gangrænoſam & ſanam fit ſuppuratio, hæcque hic limes, hinc ergo videtis magnam eſſe affinitatem inter ſup-

purationem & gangrænam; ſigna inflammationem in hanc gangrænam abituram eſſe ſequentia ſunt; ſi humores aliqua acredine, ut ſcorbuticâ, Venereâ, uno verbo quâcunque, ſint infecti & ſimul valdè moti; ſi corpus ſit ſiccum, rigidum magnis laboribus fractum; ut in ſenibus & valdè exercitatis corporibus, ſi omnia ſymptomata febrium adſint valdè vehementia & ſubito aucta, ſi tempeſtas ſit valdè calida & urina maximè flammea; hinc patet, quam ſollicitè Medicus in inflammatione, in qua ſigna enumerata adſunt, præcavere debeat, ne illa applicentur, quæ hunc exitum id eſt gangrænam, & inde in ſphacelum accelerare poſſunt.

§. 289. *Compreſſio.* Omnes Auctores obſervarunt, quod ſi Eryſipelas vel Phlegmone comprimantur, valde cito Gangræna naſcatur. Verum hoc à nonnullis corporibus diu ferre poteſt, nam podagrici per menſem in dorſo jacere poſſunt, & tamen non inflammationem pati, ſed inflammatorio morbo laborantes ne quidem per duos dies uni parti inhærere poſſunt, quin inflammatio & gangræna ſequantur; aliter non tam cito gangræna fit ab incubitu; validiſſima calefacientia ſubitò inflammationem convertunt in gangrænam. Gangræna ſerpit, quando pars gangrænoſa exſiccata vicina vaſa comprimit & ſuffocat.

Pars mortua. Pars affecta gangrænoſa erit exſiccata, arida, dura, & ita compacta, ut novaculo diſcindi vix poſſit, vocatur eſchara; interiora ſub gangræna corrumpuntur, & fit nova gangræna & putrefactio, quia aditus & reditus liquidi vitalis tollitur.

§. 390. *Frigida actu.* Ut nix glacies, ſunt illa,

illa, quæ inducunt frigus ipſi loco v: g. ſuffocando vaſa, unde perit motus. *Galenus* verò ad partem inflammatam aquam frigidam applicari juſſit, quæ ſemper tamen nocet, niſi in uno caſu, ubi nempe inflammatio rubra ab errore loci in vaſis ſecundi generis obtinet, ita ut à contractione vaſorum materia obſtruens poſſit retrogredi, & in vas majus referri, aliter hoc frigus maximè nocet, nam ſi omnia vaſa contrahantur, & magis impediatur fluxus ſanguinis in partem, materia obſtructa profundius infigitur.

Potentia. Ut ſunt quædam venena, quæ faciunt liquidum quieſcere in loco vel coagulando vel conſtringendo vaſa; notum eſt, ſi omnes partes noſtri corporis, in Alcohole vel oleo Therebinthinæ vel ſimili ſpiritu immergantur, quod tum dureſcant inſtar lapidis, ſi ergo Chirurgi applicent talia calefacientia, & liquidum abſorbentia, tum omnia inferiora ſuffocantur, & vaſa comprimuntur, hocque nempe imprimis fit, ſi per ſales volatiles igneos (ut ſolent Chirurgi) gangrænam curare velint quæ partes valdè dureſcunt.

Repellentia. Quæ vaſa minima ſic conſtringunt, ut ſanguinem rubrum appellentem retropellant.

Pinguia acria. Talia tamen in paralyſi laudantur, & ſæpe ſummo cum ſucceſſu adhibentur, ſic oleum tartari ſemel cohobatum hic maximè laudatur, ſed ſæpe gangræna in parte fit, quia omnis perſpiratio in loco inhibetur, ut mihi aliquando accidit, ubi ægra, ut citius curaret partem hanc oleo oblinitam panno cera obducto involverat, ut medicamentum eo melius operaretur, ſed inde gangræna facta eſt.

Narcotica. Quia influxum ſpirituum cedunt, & ſopiendo dolorem Medicum faciunt ſecurum, ut malum non æſtimet, ſed omnia in vado eſſe credat, ubi tamen nihilominus curatur, ſed narcotica, ut vulgo putatur, gangrænam non inducunt.

Mutationem. Quæ differentia eſt inter gangrænam & inflammationem? In inflammatione pars incipit diſponi, ut liquores vitales non admittantur; in gangræna verò pars jam diſpoſita eſt, ut admittatur, ergo quidquid in inflammatione facit materiem minus reſolubilem, vaſa minus laxabilia & circulationem magis auctam id facit gangrænam.

§. 391. *Sphacelus eſt mors partis uſque ad perioſteum necroſi affectum*: nam quantum ego novi, gangræna ſemper hæret in panniculo adipoſo, ſed ſi ultra hæc proſerpit, dicitur ſphacelus, ſic ut tantum gradu differat à gangræna, unde *Hippocrates* hæc duo mala confudit, hæc eſſe poteſt quartus modus quo terminatur inflammatio; ſi gangræna augeatur, tum oritur ſphacelus, qui eſt perfecta mors partis, ſic ut nullum amplius influxum humoris vitalis habeat, ſed omni motu ſenſuque caret, & hinc ſphacelus dicitur, ſi pars mortua ſit ad os uſque, ſed dicetis forſan gangrænam quoque eſſe mortem partis, hoc verum eſt, ſed non puto tamen veteres in gangræna totam partem mortuam ſtatuiſſe, ſed modo panniculum adipoſum & cutim, ſed ſphacelus eſt mors partis ad os uſque; ſic digitus v: g. habet Epidermidem, Cutim, & nullam membranam pinguedinoſam, quia ibi nullus muſculus hæret, ſed potius mucoſum, hinc mucoſo-pinguedinoſa vocari licet, quia tamen aliquid pinguedinis

ānis habet. Vel ſub hac celluloſa tendines erectoris, flexoris, abductoris, hærent & expanduntur, & dein ultimo perioſteum; hinc ergo digitus habet perioſteum, expanſionem tendinoſam, membranam celluloſam & cutim; ſi verò videas digitum inflammatum, ille poteſt increviſſe in magnum tumorem, ita ut in hoc tumore ſepultus videatur, ſi tum ille digitus ſat profundè incidatur, tum modo cutis & hæc tunica celluloſa perſcinduntur, nam hic nec cutis nec tendines nec perioſteum tumet, ſed omnis tumor hæret in ſolâ hac celluloſâ membranâ, ſi ergo tum ibi gangræna fiat, tum cutis & membrana manet viva, hinc ſuffocatur cutis, ſed perioſteum manet adhuc vivum, nam æger adhuc ſentit dolorem, ſi ſcalpellum ad os uſque adigatur, ſi verò diutius duret, tum perioſteum perit, & æger nil ſentit, licet pes ad os uſque perſcindatur, tum eſt verus ſphacelus, ſic & ad pedes quoque facile fit ſphacelus nempe ad oſſicula carpi, Metatarſi & phalangi digitorum, ſed & ad manus in reliquis corporis partibus difficilè ſphacelus fit. Sed qualis eſt veterum gangræna, vidi multoties in tumoribus in nervi puncturis totum intra paucas horas mortuum, quia cutis premitur & ab inflammatione muſculi premuntur & reprimuntur, & quò vis vitæ tum major, eò quoque major dolor, ſed dein poſt unum diem cutis moritur, ſi tum perſcindatur uſque ad tumorem, tunc nil doloris ſentitur, nec Hæmorrhagia oritur, licet muſculi adhuc vivant, & hoc Veteribus dicebatur gangræna; verum hinc in partibus carnoſis non facilè fit ſphacelus, ſi verò ſphacelus uſque ad muſcu-

los perveniat, muſculoſque mori faciat, tum æger brevi moritur, niſi ſphacelus ſit à causâ externâ ſine inflammatione prægreſsâ, ergo *ſphacelus eſt perfecta mors omnium partium ad os uſque contingens in locis muſculis deſtitutis*, ſed in partibus muſculoſis gangræna eſt, hinc ergo non facilè exſtirpatio in parte carnoſa indicanda ob gangrænam ſeu ſphacelum falſo dictum, ut vulgò fieri ſolet, qui error inde natus videtur, quod putent ingentem hanc molem eſſe carnem, ſed non eſt caro muſculoſa, ſed modo panniculus adipoſus, qui in talem molem intumuit. Hic latini non habent vocabulum proprium, nam ignis ſacer etiam ſphacelum complectitur, hinc *Latiniſſimus Celſus* hanc græcam vocem retinuit, nam proprie eſt vox græca; ex ſupra dictis non mirum eſt, quod *Hippocrates* confuderit gangrænam cum ſphacelo, dicit ſphacelatum ægrum intra tres dies mori, ſed ſi verus ſit ſphacelus v: g. in capite, non ita diu vivere poteſt.

§. 392. *Glanduloſa.* Nempe ſi ſit glandula conglomerata, ut eſt Parotis ſublingualis, Pancreas, Inguinalis, Axillaris, Mammæ Ovaria mulierum & teſtes Virorum.

Magnus. Ut ſæpe fit, quando Medici in inflammationibus ad glandulas calida ſpirituoſa applicant, hæc enim indureſcunt & faciunt verum ſcirrhum, nam quando materies in folliculo glanduloſo contenta à calore orbatur ſuo liquidiſſimo, fitque craſſior, tunc continuo novum accedit, folliculus diſtenditur, quoniam nil amittit, & deſinit in cancrum v: g. ſit hepar inflammatum, quam facilè inde non fit ſcirrhus, qui à motu ab accumulato liquido degeneratus in cancrum tandem conſumit integrum

tegrum hepar, ut ſpecie ichoris per alvum deponatur, hic eſt quintus finis inflammationis.

Glandulosa quia materies ibi ſtagnat extra vaſa, hinc non reſolvi nec ſuppurari nec gangræneſcere poſſit, ſed ſcirrheſcit, & hæc eſt ſcirrhi idea.

Materies. Hinc Veteres dixerunt in ſanguinolentis & bilioſis ſcirrhum non generari, ſed in quibus terreſtre abundat, ſic enim videmus gypſum vel calculum hærentem maximè in renibus & veſicâ felleâ & quoque in glandulis Aſperæ Arteriæ & ſublingualibus, quod non riſui à recentioribus eſt habendum, nam benè dixere, ſi enim à bono ſanguine pars aquoſa & volatilis exhalaverit, & reliquum terreſtre cum oleo piceo remanſerit, nonne hic tum humor atrabilis vocari liceat? Maximè, ergo vera dixerunt, nam ſi tale liquidum ad locum glanduloſum inflammatum afferatur, tum fit ſcirrhus, nam ſi materies mobilis, tum non fit ſcirrhus, ſed vel ſuppuratio vel gangræna glandulæ, ſed ſi ſit craſſa immeabilis, tum fit ſcirrhus, & ſi in folliculis hæreat, ſic enim calculus durus in ductibus uriniferis facit inflammationem ſi in veſicam deponatur, tum non fit inflammatio, ſed augetur calculus, hinc etiam folliculos conſiderare licet.

Emunctoria. Nam glandulæ extra circulationem poſitæ ſunt, quod in aliis partibus non obtinet, ſed hoc liquidum in talem locum immiſſum per emiſſaria non emittitur, tum fit ſcirrhus, nam tum ibi exſiccatur, dureſcit, & ſic multa talia loca vel folliculi tali materiâ implentur, nec per emiſſaria emittitur, tum fit ſcirrhus, non verò ſuppuratio vel gangræna, quia illi folliculi extra circulationem ſunt poſiti,

ti, cogitate v: g. glandulam ex mille folliculis conſtare, pone ibi materiam, quæ non poteſt exire, tum ductus glandulæ exſiccabitur, inde repletur, quia nec inflammari, nec ſuppurari nec gangræneſcere poteſt, tum ibi oritur ejuſmodi fomes.

Scirrhus eſt tumor præternaturalis, glanduloſus, major, durus, ſcaber, non dolens, frigidus, nam nullibi verus ſcirrhus niſi ad glandulas, & quò glandula major, eò facilius ſcirrhus generatur, nam raro oritur in parvis glandulis, ſic ut plurimum obſervatur ad glandulas axillares &c. ſic etiam ſcirrhus lienis fieri poteſt, ſic etiam ſæpe fit, ubi parvæ glandulæ modo ponuntur ut ad palatum, quæ pars quidem non eſt glanduloſa, ſed habet folliculos innumerabiles, qui ſi obſtruantur, tum fit unus ſcirrhus in totum palatum ſe extendens. Nullus ſcirrhus fit ſine inflammatione prægreſſa vel ſuppuratione, nec quoque fit in ullo alio loco corporis quam glanduloſo, hinc ubi in tali parte eſt inflammatio tum ſemper ad finem uſque prudenter eſt agendum, & emollientia ad finem uſque applicanda, ut pars ſponte quaſi diffluat, hic verò maximè peccare videmus in mulierculis, qui in inflammatione mammarum à materia lactis permittunt reſolutionem, quæ agris adeo placet, ut ſe ipſis committant, hæ tum pannos calidos ad mammas applicant, & ſpiritu vini calido mammas ſupra ignem fricant, ſicque ſuppurationem cavent, quaſi bene factum eſſet, nam ſic liquidiſſima parte materiæ obſtruentis diſſipata naſcitur ſcirrhus; ergo Phlegmone, Eryſipelas, Contuſio, Suppuratio, omnia hæc quatenus inflammationem faciunt, ſcirrhum generant;

his

his intellectis patet hunc morbum eſſe obſtinatiſſimum ſic non magis ſuppurando educi & ſolvi poſſe, quam calculus in veſica.

§ 393. Hic inquiritur in prognoſin inflammationis, licet in paginâ oppoſita modò de ſcirrho videatur agi.

Cauſa. Ex iiſdem prægreſſis facile videtur, quid temperies ſicca, rigida, calida? quid tempeſtas calida, regio fervida, prægreſſus labor? quid medicamenta calida faciunt in prognoſi pronuncianda? & cur periculoſior inflammatio in corporibus annoſis, & illis, quorum membra laboribus ſunt fracta, quam in junioribus & otioſis? cur periculoſior in hominibus ſcorbuticis cacochymicis, corporibus atrabiliariis &c. quam in illis, his morbis non obnoxiis? & quam variet prognoſis pro diverſitate cauſarum, quibus inflammationes productæ fuerunt, ſi venenum vel materia ſuppurari non poſſit, ut in Variolis & Peſte ſæpe fit, tum peſſima indicaat, porro his, qui naturam humorum & vaſorum intelligunt, non difficile erit ſcire, quænam inflammatio, an rubra, flava, lymphatica, &c. vitæ periculoſior ſit, & quamnam ſumma ſubſequi debeant ſymptomata.

Pars affecta. Magna etiam pars prognoſios deſumitur ex loco affecto nobiliori vel ignobiliori; ſi interiora occupet, tum curari nequit, quis unquam vidit ſcirrhum uteri reſolutum, ſi verò valida inflammatio plus externas partes afficiat & acceſſus detur, tum inde non eſt periculum vitæ, nam licet gangræna fiat, tamen hæc bene tractata facile ſeparatur, ſi verò locus talis ſit, ut detergeri non poſſit, tum inde fiunt Phtyſis & Mors; hinc pars affecta eſt

conſideranda ex gr. in pinguedine raro abibit in reſolutionem, nam difficillimè regrediuntur pinguia.

Magnitudo. porro verò ſcirrhus judicatur à magnitudine molis, duritiei, inflammationis febrim facientis, unde eò plus humores agitant, ab irrupta ſcabritie ſcrupea ſuperficiei.

Profunditas. Quò profundius inflammatio hæret, eo pejus, ita ut nec manus nec emollientia accedere poſſint, vel ſi ſub panniculo adipoſo hæreat, tum plerumque fit ſphacelus, quoniam arteriæ in hæc membranâ hærent flaccidæ, compreſſioni & frigori externa expoſitæ, & affluxus humorum hic omnium minimam patitur reſiſtentiam, inflammatio in viſceribus vitali functioni inſervientibus eſt periculoſiſſima; in partibus ligamentoſis, nervoſis, oſſeis pertinax & ſæpe ſummopere dolorifica, in glandulis pertinacior; quo citior inflammatio ſuas periodos abſolvit, eo periculoſior.

Velocitas. Nam qui lente creſcit, diu fertur, qui verò ſubitò oritur, ille eſt periculoſior. Sic vidi ſcirrhum mammæ Domicellæ ab Empirico tractatum, tantum ſumpſiſſe incrementum, ut incredibile ſit; ſic ſæpe intra diem in pleuritide latus liveſcit & ſphaceleſcit, tum moritur æger, ergo velociſſima inflammatio ſemper abibit in gangrænam, ſi lentius agat ſæpe ſuppurando ſolvitur.

Natura ægri. Omnis æger, qui lue Venerea laborat, omnis melancholicus peſſimè fert ſcirrhum, uti & omnes, quibus bilis fervida, calor ingens, hic maximè in inflammatione inclinant.

Symptomata. Quò hæc vehementiora, eò prognoſis pejor; ſi pars ſit dolens, gravis & tor-

torpens, tum eſt inflammatio ſuppuratoria; hinc patet, quid inflammatio, ſpecies, ſedes, phæmomena exitus, ſed hæc æquè ad morbos internos quam externos pertinent, nam omnes morbi acuti fiunt ab inflammatione; ſic etiam morbi ex acutis orti Chronici oriuntur male curata inflammatione vel ſuppuratione viſceris unde fiunt fiſtulæ, quibus homines conſumuntur, ſi ſit ad genu, ubi ligamenta ponuntur, ſic ut ſcirrhus externus in principio faciat dolorem tandem in ſuppurationem id eſt in cancrum exeuntem, ſic ſcirrhus pancreatis ultimo facit materiam tabidam, & ſphacelum, ut conſolidari nequeat, ſic etiam à fiſtula pulmonali in Phtyſi homines conſumuntur, & idem in cancro mammarum obtinet. Ex hac doctrinâ conceptum omnium morborum tam acutorum, quam chronicorum diſcimus, uti & horum morborum exitum, ſic ſi v: g. homo toto corpore horreat, ſi ſitiat, caleat, & febrim habeat, altero die iterum ſanus eſt, hæc febris fuit Ephemora, quia materia inflammans febrim faciens eſt reſoluta, ſic etiam peritus Chirurgus, ſi videat inflammationem externam, bona medicamenta emollientia ſeu fomenta applicat, hocque modo ſi inflammatio non ſit nimis magna, intra paucum tempus reſolvitur hic ſimul dabo fundamentum omnium morborum acutorum, quatenus curabiles ſunt, ſed omnes non curari poſſunt, ſic etiam Chirurgus non omnes inflammationes externas curari poteſt, verum *Hippocrates* dicit ille Medicus mihi æquè eſt laudandus, qui ſcit morbum curari non poſſe, quam qui curat morbum curabilem.

§ 394. Hic omnia ſupra dicta ad memoriam

ſunt revocanda, nam maximè fallimur, dum adhæremus uni methodo & remedio, cum natura ſit mutata, omni enim momento mutatur, inflammatio vel in pejus, vel in melius; ſic ut altero die ſæpe nomen inflammationis vix mereatur; hinc alia requiritur cura, nec medici in inflammatione pleuræ, quæ aliquamdiu duravit, debuiſſent dixiſſe, eſt inflammatio pleuræ, ſed ſuppuratio vel gangræna &c. pleuræ. Venæ ſectio ferè ſemper conducit, niſi homo ſit ſummè Phtyſicus.

§ 395, In omni morborum curâ ſemper debemus illi viæ inſiſtere, quæ eſt tutiſſima, jucundiſſima, & perfectiſſima: ſic & in hoc morbo qui valde cito & non ſine periculo decurrit, hominemque ſæpe ad plures mittit, vel ad minimum in magna diſcrimina enim poſtea conjicit, quæ ut plurimum in initio à prudenti medico præcaveri poterant. Illa via tantum unica in hoc morbo invenitur; nempe benigna reſolutio, quæ ſemper quærenda eſt, licet non ſemper eam obtinere poſſimus: ſed aliquis forte dicet; nonne inflammatio etiam ſuppuratione ſanatur? imo ſanatur quidem inflammatio producendo alium morbum, quod præcisè non eſt ſanare; nam ſanare eſt materiem morboſam in ſanam mutare, ita ut nulla functio inde morboſa reddatur, nec ullum liquidum præternaturale producatur; quod tantummodo reſolutione obtineri poteſt; ideoque hunc proponere mihi animus eſt. Ponamus vos vocatos eſſe ad inflammationem cognitam, & videtis eam poſſe reſolvi, tum ad hæc ſigna ſunt attendenda, id eſt ſigna reſolutionis, ut ſunt laxa temperies, ſed non calloſa, nec nimis fortis, aliquis febris ſed moderata, lenis calor, non magnus;

gnus, nec nimium frigus, non acris humor, tumor parvus, ſed non durus, nam tum fit ſcirrhus, quidam rubor & tenſio, ſed non magna, dolorque tolerabilis, & pars affecta ſit cum dolore, ſatis mobilis, ſi nullum vitium circa cerebrum, ſi urina non valde inflammata tum eſt ſpecies reſolutionis, excipitur tamen peſtis, ubi omnia bona apparent, ſed tamen lethalia ſunt, ad hæc omnia ſunt attendenda, nam uſum habebunt in Phrenitide, Pleuritide, Podagra & Rheumatiſmo.

1. Nam ſi vaſa non lædantur, tum nil metuendum, ſed hæc inflammatio eſt in vaſis minimis, quæ brevi vaſcula deſtruit, ergo faciendum, ne ulterius lædantur; nam reſolvere non poſſum, ſi vaſa ſint ſoluta, ergo primo hoc efficiendum, ut pus vitæ adacta non magis deſtruat vaſcula.

2. Si vaſcula illa adhuc reſolubilia, tum adhuc integra ſunt & reſolvi poſſunt, ſi modò inflammatio ulterius impediatur. Læſio hic eſt cum vaſa ad fines ſunt obſtructa, & ultimi fines nimium ſunt dilatati.

3. Ut ire poſſit per loca obſtructa, ſed ſimul lenitas requiritur, ne minima & tenera vaſa ab acrimoniâ lædantur, & vaſa jam jam labefactanda rumpantur, non autem ſufficit humorem reddere fluidum, nam in gangræna & ſphacelo quidem fluidus fit, tum non lenis eſt, ſit acerrimus; ſi materia acris circa locum hæreat, tum quidquid agis, fit tamen ſpecies putrefactionis, & proin non perfecta reſolutio, verum hanc reſolutionem multi promovere tentarunt per ſalia volatilia, ut v: g. ſpiritum ſalis ammoniaci, ſalis tartari per deliquium, ſed male, nam hæc reſolutio non eſt promovenda

per acria, ſed lenia, aliter non fit, licet cæteroquin reſolutio eſſet facta ſponte à materia.

Conſervare id eſt putredinem inhibere, ergo multa blanda adhiberi poſſunt, vidi per lac, Malvam, Althæam reſolutionem eſſe factam, & ab aromatibus gangrænam ortam eſſe.

4. Si materia obſtruens fluida reddi non poteſt, tunc retropellendo debet in majora vaſa agi; hæc eſt methodus Veterum, quam *Hippocrates* excoluit, ſicque arteria fit vena, ergo ſi inflammatio oriatur ex errore loci, Venæ ſectio inſtituatur, tum preſſio fit ab anguſtiori ad latiora; hæc quatuor deſignant remedia & quid fieri debeat in quacunque ſectione. Hæc methodus primò apparebit difficilis, quia vulgò dicunt, tantum Miſſionem ſanguinis aut fomenta eſſe adhibenda, ſed non deſtinguunt, & reſvera hæc eſſe obſervanda patebit in praxi; revulſio verò fiat pro magnitudine inflammationis plus minuſve, tum miſſio ſanguinis inſtituatur, nam nil eſt, quod melius reſolutionem faciat; hinc *Hippocrates* dicit, ſi pars inflammata ſit, ſtatim molliſſima, liquidiſſima tepentia fomenta applicentur, & quod ſi quid turgeat, tum fiat Venæ ſectio in initio, & *Galenus* addit, ſi neceſſitas poſtulet, tum inſtituatur miſſio ſanguinis ad animi deliquum uſque.

§ 396. Impetus cordis urgens in vaſa obſtructa minuatur, ſi v: g. ligatura inflammationem facit, hæc tollenda eſt, ſi frigus nimium tollatur, ſi videamus emplaſtrum calorem conciliare per totum corpus, tum tollatur & ſic porro.

Cauſæ notæ. Id eſt tumores vicini tollendi

Si

Si ad hominem febre ardente laborantem & uni loco per duodecim horas incumbentem advocatus videbis eum locum rubere, calere & paulo dolere, eſtque tum inflammatio primi generis, ſi tum non moneas ægrum, ut locum mutet, tum altero die gangræna aderit, ſicque ad hæc advertere debemus, loca verò quam maximè periclitantur ab incubitu; quæ imprimis ſunt ad ſcapulam, os coccygis & calcaneum, ſi ergo æger uni lateri vel dorſo immoto inhærere debeat, tum facere debemus, ut omnes partes æquabiliter pondus ſuſtineant, quod linteis vel lecto fieri poteſt; & hinc Medicus ſi os fractum ſit, hoc ruditer tractari non debet, nec nimis comprimi aliter fit gangræna.

2. *Minuendo.* Sed quare? impetus ſanguinis arterioſi eſt cauſa ſuppurationis vel gangrænæ vel ſcirrhi, ſi hæc evitare poſſim, erit reſolutio; ergo miſſio ſanguinis ad animi deliquium uſque requiritur, quæ facit, ut impetus deſinat, & puto hoc ſemper fieri debere in initio morbi acuti ſeu inflammationis primi generis, & nil plus juvat, credo, quod ſi initium pleuritidis ſentire poſſit, tum hoc medicamento morbus prohiberi poſſit, ſed hoc non obſervatur, verum tamen maximi eſt momenti, nam ſi in corpore decem horis ante mortem ſunt tales conditiones, quæ mortem faciunt, tum hæ conditiones prima hora non ſunt peſſimæ, ſed fiunt pejores, & pejores uſque ad decimam horam, tumque æger moritur, ſed ſi initium tollatur, tollitur & finis, verum ſi medicus ſic in initio morbum tollit, tum homines non putant illum medicum multum feciſſe, nam morbus vulgò

vulgò à magnitudine ſymptomatum dijudicatur, ſic ergo ſi videamus hominem plethoricum fortiter anhelantem, nec interim à causâ internâ ſit, vel non à motu muſculari, tum Pleuritis eſt futura, & ſi tum illico miſſio ſanguinis inſtituatur, tum ſanatur, ſed hoc non ab hominibus conſideratur, ſicut ferè ſemper nimis ſero morbi gravitas dicitur. Utinam verò practici non negligerent, hunc torporem inflammatorium in primo initio reſolvere miſſione ſanguinis unâ vice, ſi ſufficiat, aliter duabus vel tribus vicibus, prout neceſſe videtur, nam per hanc vim vitæ id eſt impetum ſanguinis poſſumus adeo imminuere, ut nulla fiat hoc eſt mors; ſi nunc tantum ſanguinis educam, ut debilitas, quæ gradus eſt ad mortem, accedat, homine interim vivo, tunc certiſſimè unam cauſam, imo primariam tollo, hac enim ſublatâ ulterior vaſis deſtructio impeditur: hinc in tota Medicinâ in his morbis (cæteris paribus) nullum efficacius remedium invenitur: nam non tantummodo quantitatem ſanguinis imminuit, ſed etiam denſitatem & preſſionem, unde vaſa laxantur; hinc fruſtra *Baſilius Valentinus*, *Paracelſus*, *Helmontius*, *Bontekoe* ſimileſque clamant contra venæ ſectionem.

Purgationem. Quia viſum fuit purgatione poſt venæ ſectionem magnum gravemque morbum inflammatorium eſſe ſublatum, ſic etiam *Sydenham* in praxi quaſi fractus dicit paucis ſeptimanis ante mortem, datur purgans poſt venæ ſectionem Antiphlogiſticum quod alvum laxat, illud verò purgans non debet eſſe ininflammans vide *Materiem Medicam*, ubi has proprietates habet 1. ut ſanguinem ſolvat, 2.

ut

ut ſolutum ſanguinem per vaſa meſenterica ad inteſtina deducat, 3. quod reddit ſanguinem nec acriorem, nec magis mobilem, ergo maximè curat hos morbos, ubi nimium impetus eſt metuendus v: g. Tamarindi, Manna, Syrupus Roſarum, Decocta prunorum, Tartarus ejus cremor & cryſtallus, Sal Polychreſtus pulpa Caſſia fiſtula, Tamarindi; Rob Sambuci, Ribeſiorum, Syrupus Cichorei cum Rheo, Solutivus, Mel, Saccharum, Caſſia, Stibium Antimoniatum; quæ omnia continuentur, donec in artificialem Diarrhœam incidat æger, ſicque curatur unâ methodo, quæ aliter diverſas requiſiviſſet, lene Narcoticum veſperi prodeſt, omne quod *Sydenham* nos docuit eſt, 1. mittere ſanguinem, 2. dare purgans, quod laxam alvum ſervat, & ſit remedium antiphlogiſticum, 3. motum cum mollibus Diacodiatis vel Narcoticis tollere; ille verò in primâ ſuâ praxi putabat febrem quamlibet eſſe aliquid ſubſtantiale ſeu ens ſingulare, hocque ſua ſingulari methodo curandum eſſe, ſed paulo ante mortem in ſcedulâ monitoriâ hæc tria nos monet, peſtem verò ab hac methodo excipit. Multa verò purgantia febrem faciunt, ut eſt Aloë, Trochiſci Alhandal, Turbith, Colocinthis, alia non ſunt moventia, ſed liquefacientia, alvumque ducentia leniter ſine motu, ut hic recenſui, ſic Tartarus eſt acidus primas vias purgans & putredini adverſus, ſic etiam Nitrata hic conveniunt, ut eſt ſal polychreſtus, optimum verò purgans acidum eſt Tamarindus maximè ejus pulpa; hinc in India tam frequens eſt ejus uſus. Hæc verò in *Materia Medica* vobis recenſeo ut ſalina ſubacida & ſalina contra putredinem vel antiſeptica ſeu ſapones

ſub-

ſubacidulos, hæc danda ſunt tantâ copiâ, ut alvus ſit laxa, non verò (ut dixi) debent eſſe inflammantia; tum dein injiciatur Clyſma, hocque modo inflammatio jam præſens tolli & futura præcaveri poteſt, ſed tum non videmur magni quid feciſſe, nam curatio vulgò à magnitudine mali menſuratur, quod malum tum nondum eſt præſens, ſed hæc tamen non ſunt negligenda, ſed omni cura obſervanda, hinc credo inde factum eſſe, ut ultimis temporibus (ut ſine jactantia dixerim) non tot ex ægris meis febre acutiſſima laborare viderim, quia hac methodo proceſſi. In inflammationibus oculorum diuturnis fortis alvi purgatio, quæ impetum humorum à parte inflammata ad inteſtina derivat, convenit, ſed illa purgantia ſunt eadem, ut hic ſupra deſcripta ſunt, quæ ſatis fortiter purgant, modo augeatur doſis, ſi v: g. cryſtalli Tartari dragma una non purget, dentur tres aut plures, ſi Decoctum Tamarindorum uncia una non moveat, dentur tres aut plures, & ſic de cæteris: nam fortioribus, ut Helleboro, Colocinthide, Aloë &c. hic non uti licet, quoniam febrim excitant, antequam purgant.

3. Venæ ſectio non tantum agit, quatenus impedimentum tollit, ſed etiam quatenus copia minuitur ſic etiam purgatio.

4. *Revulſio eſt derivatio copiæ liquidi circulantis à loco dato verſus locum datum*, dolui me videre in Clariſſimorum Virorum Profeſſorum publicis ſcriptis, quod ſcribant veteres deliraſſe, cum de revulſione locuti ſunt dicentes hæc omnia jam vana falſaque eſſe circulatione detecta, quæ docet ſanguinem fluere ad extrema, & ab extremis per venas iterum ad cor, ſed errant

errant hi viri in his, nam ſi venam vel arteriam aperiam & ſanguinem mittam, tum fit revulſio, & hoc tamdiu continuare poſſum, donec ſatis revulſum eſſe videam, nam hoc ad mortem uſque facere poſſum, ergo poſſum revellendo in iis morbis impetum ſanguinis à loco maximè nocente ad locum minimè nocentem derivare, ſi prius locus foveatur, tum ibi fluxio orietur, quia ex laxitate erit minus reſiſtens, ſic impetus & copia minuuntur. Si v: g. venâ ſectâ & purgationibus in ægro laborante morbo inflammatorio inſtitutis tamen inflammatorias Diatheſis adſit, tum ad partes inferiores variis in locis applico cucurbitas, quæ impetum ſanguinis à loco inflammato obſeſſo in alium locum derivant.

Frictiones lenes applico ob eandem cauſam, tunc venæ in uno loco citius evacuantur, & arteriæ iterum citius deplentur, & ſic motus eo determinatur, *Hippocrates* cui circulatio ſanguinis latebet, dixit, omnis pars trahet, quo plus calet; de frictione *Galenus* totum librum conſcripſit, Græci *docente Celſo* curaturi per reſolutionem ducentes ægrum in balneum linteis fricabant in loco adverſo.

Suctu. Hic intelligo cucurbitas aëre vacuas ſugentes ſine ſcarificatione; & ſic reſiſtentiam minuunt in loco juſſo, & derivant ex aliis locis huc verſus, quod feliciter omnem impetum avertit, hæ cucurbitæ multum proſunt v: g. quando cerebrum eſt inflammatum, nam in his morbis acutis capitis ſex, ſeptem vel octo cucurbitas ad jugulum femora & brachia applicui, & inde maximè levatus fuit æger.

Epiſpaſtica ſunt attrahentia, quæ partem in certo loco reddunt laxiorem, quam in alio lo-

co, vel ut humores plus ad ea loca vergant, ubi vis, optimum epiſpaſticum eſt aqua tepida, fortiſſimum Epiſpaſticum eſt vapor aquæ tepidæ, & incredibilis efficaciæ, quia partes laxant, & minorem reſiſtentiam producunt; vel lac dulce ſolum vel cum emollientiſſimis herbis incoctum, & forma fotus vel cataplaſmatis parte applicatum; nonnulla ſunt fortiora, quæ etiam laxant & acribus componuntur, ut Oxycrata ex aceto, & aqua, tum agit ſtimulando, laxando, & aperiendo, ſi tale quid applicetur pedi, pes tumebit, ac ſi Eryſipelate Ædematoſo laboraret, talia applicavi homini ab initio Variolis laboranti optimo cum ſucceſſu, ſed partes aliquid deturbat, id eo non facilè capiti applicarem. fermentem panis nigri cum ſale & aceto miſtum vel Emplaſtrum de Galbano applicatur plantis pedum, talis, poplitibus &c. quod in curanda inflammatione cita optimè conducit.

Veſicatoria. Vulnuſcula parva in loco faciunt; rumpuntque tenues fiſtulas & attrahunt, *Hippocrates* hæc attrahentia vocavit, & conveniunt, ubi lentor eſt ingens, & calor requiritur, & ablata Epidermide applicari non debent, quia ei parti ſemper febrim cauſant, ſunt nimis acria, ergo iis non commodo.

Fomenta & Balnea, hæc laxant unam partem plus quam aliam; ut magis deriventur humida & minus reſiſtant ſolida; ut fit aqua tepida.

Fonticulus dicitur vulnus inciſum Epermidi & cuti uſque ad panniculum adipoſum, cui corpus durum ut Piſum imponitur, ne concretio fiat; hinc convertitur hoc vulnuſculum in ulcus, unde continuò ichor effluit, fonticulus

culus convenit in omnibus morbis inflammatoriis.

Setaceum fit hoc modo, acus trajicitur per Epidermidem, cutim & panniculum adipoſum, relinquitur filamentum in vulnere, quod ſi concreſcere incipiat, tum movetur, ſicque locum ulceratum retinet, aliquando materia acri relinquitur filamentum, quod convenit in morbis ex lentore non à calore oriundis, hæc ſetacea humores determinant & evacuant, verum videmus nonnullus homines ita obſequoſos eſſe revulſioni, ut ſi à quadam cauſâ externâ, inflammatione oculorum ſeu Ophtalmia laborarent, quod ſtatim curarentur, ſi modo eorum pedes ſudarent, quod ſæpe in laxis corporibus obtinet.

Forti alvi ſubductione. Ut omnia exire poſſint ſine reſiſtentia, quod omnium optimè fit per clyſmata ex ſolo lacte, ſaccharo cum ſyrupo Althææ Fernelii & Melle, quod intra ſex horas ter vel quater injiciuntur, tum avertitur motus inflammatorius ab inteſtinis. Medicamenta hæc non debent eſſe nimis acria v: g. dentur cremoris tartari dragmæ ſex, tum æger purgabit fortiter ſine magna acrimonia.

5. *Aëre ſubfrigdo.* Aër enim penitus frigidus conſtringuendo vaſa facit rigida; quæ & liquida compingendo craſſiora reddunt: calidus verò humidiora diſſipat, craſſiora relinquit, putredinem auget, & vaſorum rupturam accelerat; hinc aër debet eſſe ſubfrigidiuſculus, ut in initio menſis Maji, qui eſt optimus, & omni anni tempore in cubiculo ægro tantum ſic obtineri poteſt.

Sicco ſed moderatè aliter vaſa fiunt nimis rigida, licet ad locum obſtructum, & inflamma-

matum aër non appellatur, quia ibi fomenta ſimiliaque applicantur, ſed aër ille ſiccus ad pulmones appellitur, ubi nocet, ſi modò febris adſit, quod hic ſuppono, aliter ſiccus ad ægri ſanitatem multum facit.

Affectibus animi nullis. Nam homo, qui perfectâ utitur ſanitate (nam ira furor brevis eſt) tum anhelat, rubeſcit, cum verò hic æger periclitetur à nimio impetu, hinc ergo cum affectus augeant impetum; hinc ab his ſe abſtinere debet.

Quiete naturali. Sine confabulatione, omnia quieſcant circa ægrum, tum ſi homo in tali quiete verſetur, ſi ſomnus naturalis fieri non poſſit, tum arte eſt conciliandus per anodyna, laxantia, humectantia, acre emendantia, vel paregorica, demulcentia, vel narcoſin inducentia ut opium; ſed diſputatur; an per artem liceat conciliare quietem, dico maximè, ſi lenioribus id fieri poſſit, non illis anodynis & narcoticis, quæ ſanguinem incitant, rareſcunt, ſenſumque obtundunt, imprimis ſi inflammationem non negligamus, putantes ægrum ſe bene habere, dum æger non conqueritur de dolore, hinc medicamentis leniter anodynis ſomnus eſt conciliandus, ut externè inungendo tempora, carpos manus &c. ubi arteriæ fere nudæ jacent Unguento populeo & ſimilibus; interne aſſumi poſſunt aqua ſtillatitia florum Rheados, Syrupus ejuſdem, Syrupus Papaveris Albi, Diacodii &c: ſed ſemper in parva doſi & ſæpe repetitis vicibus, donec quieſcat æger, non ultra; impoſſibile enim eſt aliquid boni in parte inflammata efficere, ſi non quieſcat, ſi verò pars ita ſit affecta, ut intra octo horas deſtruc-

tio-

tionem producere poſſit, tum datis Opiatis dolor quidem tollitur, ſed deſtructio non prohibetur, ideo fallit Medicum, quia æger conqueri non poteſt; hinc puto licere quidem ſomnum conciliare, modo Medicus cogitet ſe modo indolentiam induxiſſe, ſed non cauſam doloris ſubtuliſſe.

Victu tenui. Qui quam maxime accedit ad aquam, ſic *Hippocrates* in tali caſu laudat hordei crudi non mundati decocta, quod per multas horas coctum & dein contuſum iterum plus coquebatur, & hujus colatura ipſi fuit dicta Phtyſana, ſi plus Gelatina, ſi adhuc plus cremor, vel puls; Diæta ſit ex Avena, Milio, Oryza &c. cum aqua in Phtiſanam decoctis; ex quibus etiam ut ex ſeminibus quatuor frigidorum majoribus & minoribus &c. quoque emulſiones parari poſſunt; huc etiam ſpectant decocta panis cum pauxillo vini vel ſucci citri poma, ceraſa, pyra, ribeſia, bene matura, in aqua cum parvâ vini copia decocta, vel aſſata &c. quæ omnia ſunt optima, quoniam ſanguinis motum nec ejus impetum augent, nullum pondus faciunt obſtructis, & interim pro vitâ ſuſtentandâ ſufficiunt: ſi verò craſſa dentur, tum inflammatio augetur; ex hiſce & adhuc pluribus aliis tot varia edulii genera cum eadem indicatione à Medico præſcribi poſſunt, ut, ſi æger ab una abhorreat, facilè Medicus alteram formulam præſcribere queat. Potus debet eſſe aquoſus tepidè aſſumptus ex avena tenuiſſima; vel ſerum lactis, quod eſt optimum nutrimentum à *Sydenhamo* laudatum in Rheumatiſmo. Lac ebutyratum, & quoque lac cum aquâ ſeu hydrogala nempe aquæ pintæ tres & lactis pinta una, vel partes æqua-

æquales, ſi hyems ſit, ſi æger ſit debilis, tum lac ebutyratum eſt egregii uſus, qui eſt refrigerans & nitroſa aciditas adeſt, ſicque reſiſtit putredini; cæterum decocta farinoſa quoque hic bona ſunt, uti & decocta Ceraſorum, quæ multâ aquâ cocta per Setaceum tranſmittuntur, unde fit quaſi puls, poſtquam pauca farina eſt admiſta, craſſior tamen eſt quam lac recens; qui verò eſt valdè debilis, huic uti licet ovis & jure carnium, hæc dicta vobis in memoriam imprimite, ne res ita ſeſe vobiſcum habeat, uti cum pleriſque junioribus Medicis, qui formulis quibuſdam ſunt inſtructi, ſed ubi ſeniores Medici quærunt, qualis victus ſit inſtituendus, tum hærent, ſed ſi æger ſit in èo ſtatu, in quo nondum ſuppuratio adeſt, tum his uti poſſumus, hæcque ſimul loco potulenti ſunt adhibenda.

Antiphlogiſtico. His tamdiu uti debemus, quamdiu inflammatio eſt adhuc in ſtatu, ubi ſuppurari vel gangræneſcere poteſt; tum hæc dicta danda ſunt, quæ quoque poſſunt loco potulentorum adhiberi, nam aliter obſtructio augetur, nam per nullum locum difficilior eſt tranſitus, quam per locum, ubi inflammatorium ſpiſſum hæret, ſi verò hoc attenuare poſſet, & interim non augere motum, tum curo inflammationem, ſed hoc eſt difficillimum, nam hæc, quæ attenuant, plerumque motum augent, hinc verò danda ſunt Antiphlogiſtica id eſt quæ inflammationi oppoſita ſunt, φλογὼσις enim ſignificat *inflammatio*, hinc φλογιστικον *inflammatorium*, & hæc medicamenta attenuant & ſimul refrigerant, ſi æger his utatur, tum imprimis vaſorum læſio impeditur.

Diluens

Diluens eſt aqua, quæ multo levior ſanguine inflammationem nec calorem procreare poteſt, nam ſi homo eſſet calidiſſimus, & unico momento ſanguis ejus aqua fieret (ut per impoſſibile loquar) tum illico frigeſceret, quia aqua in vaſis fluere non impeditur, omne ſtrictum laxat, craſſum diluit, & in venas non reſiſtentes facile abit.

Refrigerantia, quæ calorem minuunt effectu phyſico, uti & denſitatem in liquidis, ſtricturam in vaſis & impetum cordis, quæ ſanguinem attenuant, ſi jam humorem diluere, vaſa laxare & impetum minuere velis, tum Venæ Sectione & purgatione hoc corpus refrigeratur; refrigerantia ſunt primò, quæ diluunt, ſecundò, quæ vaſa laxant, tertiò, quæ humida laxant, quartò, quæ mitificant, hic ergo aqua, aceſcentia, Nitroſa, Emulſiones oleoſæ & oleoſa laxantia ſummi uſus ſunt, aqua ſola refrigerat: verum ſunt nonnulla, quæ aquæ admiſta aquam plus refrigerare faciunt, ut eſt ſuccus limonum, Ribeſiorum, & hi cum ſint aciduli, Nitroſi & molles leniunt, & acre ſupprimunt, quod alcaleſcere poteſt; hic verò in *Materiâ Medicâ* tale refrigerans medicamentum præſcripſi, non verò volo, ut adeo compoſitum medicamentum ſumatis, ſed potius unam omittere plantam, & alterius doſin multiplicare, ſicque variationes habere poteſtis; hæc medicamenta refrigerantia ſunt Decocta ex Radicibus Scorzoneræ, Graminis, Tragoponis, Acetoſæ, Siſari &c. ex Foliis Becabungæ, Endiviæ, Lactucæ, Dentis Leonis, Cichorei, Acetoſellæ, Agrimonoides, &c. ex Floribus Bugloſſæ, Violarum, Borraginis &c. Emulſiones ex ſeminibus Bardanæ, Cichorei;

quatuor frigidorum, majorum & minorum, Petroſelini, Hordei, Avenæ &c. quibus Decoctis & Emulſionibus addi poſſunt Syrupi Radicum quinque aperientium, Violarum, Rob Sambuci, Ribeſiorum, Sal Prunellæ, Nitrum, &c.

6. Hæc Methodus Veteribus famoſa fuit, ſed apud recentiores exploſa eſt, Veteres quam maximè laudarunt repellentia, & adſtringentia in obſtructione & inflammatione, ſed recentiores id neglexerunt, quia putabant hæc coagulare humores, ſed videamus, quid veri ſubſit, ſi v: g. fiat obſtructio in arteriæ fine, ut ſemper fit, ſi ibi aqua frigida nitroſa, vel ſal ammoniacus applicari poſſit, tum materia obſtruens retroſilit, quia vaſcula inde ſe contrahunt, & ſic materiam obſtruentem repellunt, ſic ergo ſi ad vaſorum apices accedere poſſimus, tum talis effectus eſt ſperandus, ſi verò hoc non ita citò ſuccedat, tum non inhærere debemus, nam tum gangrænam procrearet, ſic etiam Veteres hoc fieri quoque voluerunt modo in initio, quod eſt impetus in loco minui, arteria ad finem obſtructa plus impetus patitur quam non obſtructa, quia non nimis ad hanc affertur, quam antea, ſed non tranſmittitur, ergo jam quæro, quid ſit impetum ſedare, ſeu fluxionem Veteribus ſeu Catharrum græcis, recentioribus circulationem? Hoc fit faciendo, ut vaſa non extendantur, nec impetus in iis fiat, hæc verò fiunt, 1. per refrigerantia, quæ vaſa arctiora reddunt & liquidum pellunt in locum magis patentem; refrigerantia verò porro ſunt talia, quæ attritum minuunt, nam caloris incrementum eſt, ut attritus incrementum, & decrementum attritus

eſt,

eſt, ut incrementum frigoris, & ſic omnia, quæ minorem attritum faciunt, dicuntur refrigerare, ſic Miſſio ſanguinis eſt refrigerans, ſic etiam quoque ſi æger febre putrida alcalina laboret, tum ſuccus citri eſt refrigerans, hoc in caſu etiam omnia, quæ cauſam doloris tollunt, ſunt refrigerantia, ergo omnia 1. quæ acre tollunt, 2. quæ impetum minuunt, 3. quæ obſtructionem tolluat, ſic enim ſi quis v: g. valida manus inflammatione laboret, tum ponantur ad locum fomenta aquæ tepidæ vel lactis, tumque miteſcit inflammatio, calor & impetus minuuntur, ſed modo hoc lac humectando ratione olei agit, ſic etiam ad locum podagricum applicari poteſt lac mulſum recens cum flore tritici cocti adde parum croci, hocque puls applicetur loco dolenti, raro fallitur, quin dolor tollatur, hæc ſunt refrigerantia.

Repellentia ſunt, quæ conſtringunt vaſa, & faciunt ex arteriis venam, idem adſtringentia faciunt, quæ ſi externè adhibeantur, tum ligatura eſt primarium adſtringens, hinc Chirurgi circa locum inflammatum lenem ligaturam circumducunt, ſi videant reſolutionem poſſibilem; Veteres talia repellentia adhibuerunt, nempe applicabant parti inflammatæ aquam frigidam, Phreniticis affundebant frigidam aquam capiti, calidam pedibus in initio morbi; tamen non auderem hæc ſola adhibere, ſed prius internè cæteris adhibitis; illa medicamenta ſunt aqua ſimplex, aqua florum Sambuci, Plantaginis, Roſarum, Acetum Sambucinum, Roſaceum, Scilliticum; Nitrum, Sal ammoniacus, Sief albus, Tutia præparata, Saccharum Saturni, Vitriolum album; hæc & multa alia ſimilia magnâ copiâ harum aqua-

rum diluta, tepidè applicata, optimi uſus ſunt, ſi in initio morbi cum prudentia applicentur, præcipuè prægreſſa Venæ Sectione & cæteris; in initio Variolarum obvolvo pedes ægri fomentis emollientibus, ut vaſa laxentur, & mollia reddantur, tum capiti lenia frigida applico; ſed hæc fomenta magnâ cum prudentiâ ſunt applicanda.

Anodyna ſunt eadem, quæ refrigerantia, 1. ſunt acre rodens mitificantia, 2. tenſum laxantia, 3. humorem diſtendentem diluentia, 4. motum ſeu impetum vitæ minuentia, hinc applicetur fomentum humectans & oleoſum ſi locus doleat, ut *Hippocrates* ſuadet.

Aperientia ſunt vaſa laxantia, quæ ſuperficies lævigant, quaſi obliniendo, & quæ materiem obſtruentem tollunt, hæc generalia ſunt, ſed videatis in exemplo, quantum hæc methodus juvet, ſit v: g. æger calore rubore per totum corpus ſiti & febre laborans & doloribus hinc inde obnoxius, ſed tamen ſine ſtupore inflammatorio, ne quid maligni adſit, quomodo hic morbus vocandus ſit? An inflammationem cum febre dicerem? Imo, tum hac methodo ægrum curare poſſumus, ut ſi quis v: g. ultra vires deambulet, tum veſperi ſentit dolores circa artus, & tota nocte ſitit, calet, rubet, & urinam habet rubram, ergo febricula & levis inflammatio adſunt, ſed quid tum faciendum, legite *Hippocratem* & *Celſum*, qui ſuadent ægrum in balneum ducendum, vel pediluvia adhibenda, & potus aquoſi tepidaque magnâ copiâ dandi, ut eſt Coffè, quod ferè idem potus eſt, ac tempore *Davidis* milites ſui ſunt, ut in ſacris legitur, quod erat ex tritico toſto, ſi verò medicamenta moventia ciboſque

bosque craſſos ſumat, tum tota nocte æger eſt inquietus, aliter felicitur hiſce ſupra dictis à febre liberatur, ſic quoque in Rheumatiſmo obtinet, ubi ægri calore, ſiti, & febre laborant, ſi verò tum ſpiritus vini aduſtus vel aquæ Theriacales dentur, hiſque medicamentis quieti ad ſudandum componuntur, tum ſæpe ex hoc morbo fit morbus acutus multo gravior; ergo jam huic quæſito ſatisfactum eſt, ubi quærebatur, quot modis læſio vaſorum impediatur; hæc verò æquè vera ſunt in morbo interno quam externo, hocque modo in Pleuritide & Phrenitide læſio futura eſt tollenda.

§. 397. *Laxata.* Simul verò cauſa obſtructionis & cauſa obſtructam materiam urgens tolli debet, ſic ſi diſtractio nimia ſit, tum pars eſt laxanda, ut liberum ſit iter, & hoc vas paraliticum factum, hinc ſe non iterum contrahit; verum hic de paralyſi non ago, ſed pono vires contractrices vaſis nondum eſſe diſperditas, tum diſtractione laxata ſe reſtituit, vaſque redit in naturali ſtatu, ſed primo modo fit ſemi-paralyſis.

Vis. Niſi ita diſtenta ſint vaſa ut elaſticitatem omnem amiſerint.

§. 398. Hæc tertia indicatio hic magnam difficultatem facit, nam quid eſt materia obſtruens? Eſt lentus, viſcoſus inflammatorius ſanguis, per quem lentorem ſanguis ſeorſim in flaccos concreſcit, dein in majores & minores, & tandem fit homogeneum corpus, nam non eſt terra, ſed ſanguis inflammatorius, & illa materia eſt ponderoſior, denſior & durior materie ſanâ, quæ plerumque eſt orta à nimiâ ſanguinis compreſſione, hæc verò à nimiâ ve-

locitate, hinc hic longè alia reſolutio requiritur, quam in morbis Chronicis.

Attenuare eſt partes quaſi ſcindendo reddere tenuiores; hinc ita attenuatur, ut non plus increſcat, nec moveatur.

Diluere eſt materiam ex globulis concretis compoſitam liquido interpoſito reſolvere; de his vobis multa dixi in *Capite de Obſtructione*, ſi enim poteſtis facere materiam tam tenuem, ut transfluat, tum reſolviſti.

1. *Vaſis* &c: uti in obſtructione dixi, omne vas, ubi obſtructio fieri poteſt, eſt arterioſum, ſed omne arterioſum reciprocè expanditur & contrahitur, hoc motu materia contenta atteritur, & dividitur, hinc vaſa nimis diſtenta amittunt elaſticitatem & motum; hinc non conteritur liquidum, ergo cauſa diſtendens eſt minuenda.

Miſſo ſanguine. Nam cui perfecta eſt arteria magna, ex hac exit ſanguis, æger fit debilis, frigeſcit, palleſcit, anxiè obruitur, & cadit in animi deliquium, & tum ſanguis retrogreditur; dicunt verò alii, quod ſi ſemel in arteriâ retroiret ſanguis, quod tum non eſſet circulatio, ſed tamen hoc pro momento fieri poteſt, nam ſi ſanguis incipiat deficere, tum retroit & ad partes non derivatur, ſed modò ad cerebrum, quia ibi (ut dixi) minima fit reſiſtentia; hinc *Galenus* dicit, quod miſſio ſanguinis ad animi deliquium fieri debeat, quia tum vaſa per frigus contrahuntur, & hinc ſanguis retropellitur, putavitque ille illo temporis puncto, quo fit animi deliquium, ſanguinem retropelli, hoc ſummum remedium, ſed ſæpe nocet alteræ indicationi; hæc verò methodus ſola ſufficeret, ſi non quandoque aliquod eſſet obſtaculum, nam me-

medicinam noſtram non tradere poſſumus niſi ad circumſtantias, univerſale enim remedium non habetur, ſi verò quæratur, an miſſio ſanguinis ſit bona? ſi nil aliud adeſſet quam obſtructio, tum ſufficeret, ſi nullum eſſet contraindicans. Venæ ſectio prodeſt in eo, quod etiamſi oſcillatio ſit amiſſa in aliquibus arteriis, ſed non in omnibus, tum facilè reſtituitur hac operatione; hinc ſanguine ex venâ quadam detracto, ſubſequenti pulſu ſtatim reſtititur oſcillatio. Vide *obſervationes Severini & Bartholini in Anatome de Arteriotomia*, nam ſimulac arteriarum fines ſunt infarctæ, ut venæ ſectio non profit, tum inſtituenda eſt Arteriotome v: g. ex arteriâ temporali.

Per ſtimulum. Hæc quoque eſt antiqua methodus, ubi reſolutio cito maximè fieri debet, ut notat *Baglivius in capite de Pleuritide*, qui ſolum hoc animadvertit, ſed tamen ſub conditionibus præmiſſis, at tantum in hoc caſu ſufficient decocta tenuia leviter aromatica internè calida aſſumpta; quæ præparari poſſunt, ex tribus lignis Santalinis, Saſſafras &c. ex Radicibus Imperatoriæ, Graminis, Petroſelini, Eryngii, Carlinæ &c: ex Herbis Scabioſæ, Rutæ, Betonicæ, Parietariæ &c. & ex variis pluribus leviter ſtimulantibus, in *Materiâ Medicâ* dedi tutiſſimas & ordinatiſſimas formulas; hæc ſi largitur potentur, vi illius aquæ dilutæ ſolent ad illa loca venire & facere ſtimulum, ut motus oſcillatorius reſtituatur; idem fere efficitur per ſyrupum de Acetoſa *Fernelii*, de Althæa vel citri, hæc omnia magnâ copiâ ſunt aſſumenda, ſi hæc pertranſire poſſunt, tum bona ſunt, ſed ſi acre vel acrimonia oleoſa adſit, ibi ligna & reliqua in *Materia Medica* recenſita meliora ſunt; hæc

tutò uſurpari poſſunt, licet ſint Aromata, quia ſunt lenia, quæ à Veteribus fuerunt laudata.

Fomentis. Hæc nunquam ſunt omittenda, & hæc eſt regula univerſalis quod nunquam ſingularia debeamus adhibere & univerſalia omittere & vice verſâ, ſic ſi homo ſit pleuriticus, tum omnia, quæ in pleuriride ſingularia & ſimul generalia applicentur, ut fomenta; ſic ſi quis in crure inflammationem habeat, tum fomenta adhibenda ſunt, & ſimul venæ ſectio, quod à multis Chirurgis non obſervatur.

Frictionibus, mollibus nempe & lenibus, qui olim fiebant per ſervos Alyptas dictos, quando redibant Domini ex balneis; fibræ enim hôc modo roberantur & humorum fluxus promovetur.

2. *Diluendo.* Diſſolutio fit diluentibus tantum aquoſis, nam omne, quod diluit ut ſerum lactis, lac ebutyratum, Cerevifia Neomagenſis *Mol* dicta tantum diluit, quatenus aquam admiſtam habet, hiſce diluentibus utantur forma balnei, fotus, vaporis, Clyſmatis, potus &; hinc diluens generale eſt aqua, nec novimus aliud, oleoſa conglutinant, ſpirituoſa conſolidant, ut alcohol ſummum eſt conſolidans, ſalina deſcindunt. Aqua calida laxat, frigida verò contrahit, ergo obſtructionem majorem creat, ut *Galenus* optimè annotavit, hinc ſi Medicus poſſet invenire modum diluendi ſanguinem per aquam, & immiſcendi eam ſanguini, tum ſanguinem ſolâ aquâ dilutum retineret, & ſanaret utique omnes morbos inflammatorios, ſed jam obſervavit *Galenus* aquam in ſanguine non remanere, niſi admiſceantur ſaponacea ut mel aquâ dilutum, quod per totum corpus penetrabit, nempe ſi intra viginti

viginti quatuor horas libra una & dimidia mellis magnâ aquæ copiâ diluti potentur, & addatur ſuccus Limoniorum, vel decocta farinoſa ex Althæis Malvis ſimilibuſve, quæ additis levibus ſalibus & ſaponaceis maximè juvant; ſi urina ſit ruberrima, tum aqua ſola nil juvat, ſed adhiberi debet ſapo ſuboleoſus acidus ut Mel cum aceto & aquâ; in omni cura Antiphlogiſtica primo ſubminiſtrentur Clyſmata mollia, poſtea potetur æger Decocta Tamarindorum, vel decocta mollia cum pauco aceto vel ſale Prunellæ, præmiſſâ venæ ſectione, laxatione, tum dare poteſt Decoctum lene aromaticum ſuperius deſcriptum.

3. *Attenuantibus.* Singularis enim phlegmones tenacitas in ſanguine hæret, hæc verò alia eſt quam in morbis Chronicis & frigidis; hinc quæritur, quid tenacitatem inflammatoriam reſolvere ſeu tollere poſſit 1. Nitrum, 2 Nitrum fuſione paratum, Nitrum cum ſulphure ut ſale Prunellæ & Polychreſto, Tartarus, Tartarus vitriolatus, idem quoque Saccharum, Mel, Manna, hæc omnia conveniunt, ſed quia putredo ſimul adeſt, hinc ſumatur Oxyſaccharum, quæ ex Aceto & Saccharo paratur, Oxymel, omnes ſucci horæorum maturi recenter expreſſi, ut Uvarum, Pomorum, Caraſorum, Ribeſiorum, qui ſunt veri ſapones; hæc Hippocratica in diverſis modis propoſui, ut ſciatis, quid ſumendum ſit, Vide *Caput de Obſtructione.*

Genio. V: g. ſi ex ſalino concreto, tum aqua ſufficit, ſi ex acido concreto, tum alcali cum aqua ſumptum ſolvit, ſi verò materies impacta inflammatoria, tum ſal Ammoniacus, Nitrum, ſalia utpote leviſſima cum aqua ſunt

potanda, ſi à terreſtri tum ſaponacea acida ut Rob ſambuci, de Ribeſiis, & Syrupus ex hiſce compoſiti, Oxymel tam ſimplex, quam ſcilliticum, ſi æger ſit acida laborans acrimonia & pallidus, tum ſal Corni Cervi, urinæ vel ſanguinis; nam Medicus obſtructionis genium plerumque videre poteſt; in inflammatorio morbo raro muriaticum peccat, ſed fere ſemper alcaleſcentia ſalis &ranceſcentia olei, ut & utriuſque indolis alcalinæ volatilis; ſi ſit viſcoſa iners, tum aquâ tepidâ cum aromatibus convenit.

Externè. Hinc apud *Swalve de quærelis Ventriculi* Ventriculus conqueritur, ſe medicamenta aſſumere debere, ſi digitus Podagra ſit affectus, ſic etiam hic externa quandoque ſufficiunt, interna verò efficaciſſima ſunt; hæc tantum cognita à Medicis remedia novi, unde jure quodam Medicus exſpectabit reſolutionem aliquam, ſi enim materiem reddat meabilem, corrigit id vel ope vaſis vel ope liquidi; in morbis inflammatoriis potus optimus eſt ſequens.

℞. Aurant. Curaſav, ſucc. ℥j.
Nitri puri ℈ß
Aquæ hordei ℥x.
—— Roſarum ℥j.
Syr. Capillorum veneris ℥ij.
M.

& ſi æger ſit valde pauper, tum

℞. Aquæ tepidæ & coctæ ℥xx.
Aceti ℥j.
Mellis ℥ß.
Nitri puri ℈ß
M.

Quod eſt oxymel *Hippocratis.*

§ 399. *Aquoſo.* Quoniam ſtatim tranſit per vaſa, imprimis ſi potus ſit tepidus, niſi adſit

nimia

nima laxitas, ſed in inflammationibus eſt rigiditas frequentiſſima, ergo fere ſemper conducit.

Blando. Vix verò ullus victus in genere blandus vocari poteſt; hinc ſemper debet eſſe reſpectivus ad materiam peccantem, ſi illa non eſt oleoſa, tum omnis generis Emulſiones conducunt v: g. ex Avena, Hordeo, Tritico, Amygdalis, ſemine Papaveris, quatuor frigidorum majoribus & minoribus coctis & tritis; victus ſit ex oleoſis & farinoſis. De Obtundentibus dixi, ubi de corrigentibus acrimoniam egi.

Acri. Sic ubi acre peccat ibi veteres laudarunt maximè terreas medicatas, ut Bolus Armena, Terra Lemniæ, Terra Sileſiana, hinc in ipſa peſte hæc medicamenta adhibuerunt, ſi verò acre biliosum adſit, tum mellita conveniunt, & Syrupi aceſcentes vel aciduli, verum multi à melle acidum in corpore timent, ſed hoc acidum in corpore non tam cito fit, quia longum tempus requiritur, antequam aceſcat.

Oppoſitá. Si v: g. bilis ſit acerrima, tum oleum Amygdalarum Dulcium recenter expreſſum in copià conducit, ſi fœtidum, acida & aceſcentia, ſi acidum, blanda carnium jura conveniunt, ut corrigat illud acidum.

§ 400. Veteres vocabant retropulſum, quando inflammatio hærens in fine vaſis vaſe hoc integro manente nec deſtructo fiebat evacuatio liquidi arterioſi ex arteriâ, ita ut hæc arteria fiat tunc pro hoc tempore vena; ergo dixerunt, materiam eſſe reſolvendam vel retropellendam, & effectu, licet ſanguinis circulationem ignorarent, optimè dixerunt. Ultima indicatio eſt, ut inflammatio non abeat in ſuppurationem nec gangrænam; melius ſane remedium Medicina invenire vix potuit; quam hanc retropulſionem,

ſionem, licet nonnullis videatur impoſſibilie: ſed videant modo experimentum in ala Veſpertilionis contuſa à *Leewenhoekio* captum in qua nimirum deprehendit motum ſanguinis ſeſe bene habere, niſi quod particula craſſa in contuſo loco hæreret, quæ motu oſcillatorio majori tunc fortius adigebatur in vas illam continens; tunc ab illo fortius retropellebatur, tandem uno ictu fortiſſimè in vas impulſa, validiſſimè ab illo retropellebatur in vas majus, & ſanguinis per illud vas, antea obſtructum illâ craſſa particulâ, liber tranſibat. Præterea certus ſum, neminem eſſe, qui hanc retropulſionem non ſæpiſſime viderit: v: g. homo ſanus habens omnia vaſa proportionaliter plena, faciem vividam & roſeam, cui triſte aliquod nuntium adfertur, ſtatim palleſcit; ſi tunc omnis rubedo ſit à ſanguine arterioſo tranſparente, uti re verâ eſt in noſtro corpore, tunc ille ſanguis, qui antea faciebat colorem roſeum, in arteriis amplius eſſe non poteſt, nec tamen tam cito tranſiviſſe in venas (fit enim uno momento ille pallor) ſed neceſſariò debet retroiviſſe, imprimis cum in animi deliquio, quod in his caſibus fit, appulſus ſanguinis à corde, ſi non tollatur penitus, maximè tamen imminuitur, ſicut arteriæ ultimæ non ſolum non accipiant ſanguinem, ſed etiam quaſi venæ illum in vaſa majora retropellant: quod idem obtinere poſſumus.

1. De hac veritate dubitare poſſumus, quia ſanguis non agit per omnia vaſa eodem impetu, eodem modo, nec æqualiter, ſed in his ſemper variant, eſt tamen quædam pars, per quam liquor ſine mutatione adigitur, ut fit per cerebrum, cerebellum, medullam oblongatam & ſpi-

ſpinalem, nam hæc intra cavitatem oſſeam ſine muſculis, pinguedine, & mutabilitate hærent, & vaſa elaſticitatem non habent; hinc ſanguis licet motus minimus modo ſit ſuperſtes, tamen adhuc pellitur in caput, quamvis ad partes ire non poſſit, ut in Phtyſi videmus ubi tota ſyncroſis externa perit, ſed ſenſus manent, & vix pedibus inſiſtere poſſunt, quin cadant in animi deliquium, ergo hic tamen circulatio per cerebrum manet, nam omnibus ſenſibus tam internis quam externis gaudent, nunc ſi reliquæ partes premi poſſunt, facilè patet, quod, ubi ſanguis non premitur ut in cerebro, fluxus ſanguinis maneat, ſed contrarium accidit, ubi vaſa elaſtica premunt in contenta & retroagunt, hoc enim non à venis fieri poteſt, quia illæ ſemper ſanguinem ex anguſto in latum ferunt, ergo verus retropulſus fieri poteſt, & hæc eſt ratio, cur Veteres tantam ſpem poſuerunt in revulſione in initio adhibita; hinc mittatur ſanguis ad animi deliquium uſque, vel tamdiu, donec æger palleſcere incipiat; quam miſſionem ſanguinis ad animi deliquium uſque tam optimè laudavit *Galenus*.

2. De hac materia ante dixi *in capite de morbis rigidis*, ibique demonſtravi, quod intra octo dies corpus ſic reddi poſſit laxum, ut æger ſtare nequeat, ſi modo illi detur decoctum Malvæ pro cibo potuque aſſiduo, vel ſerum lactis imprimis cum emollientibus oleribus vel farinoſis incoctis, injiciantur omni horâ talia clyſmata & balnea tepida continuò adhibeantur, ſicque omnia laxantur, hinc vaſa fiunt laxiſſima & patula, nam vaſa lavando, ea capaciora reddo: ergo laxare poſſumus prout requirit;

hinc omnes morbi inflammatorii conſiſtunt in rigiditate, & non poteſtis nimium laxare, quamdiu calor & febris adſunt, ſi verò hæc non adſint, tum ab hac cura eſt deſiſtendum, aliter novus fit morbus.

3. Frictione topica partis affectæ; nam hac retropello ſanguinem ex minoribus in majores canales; dum enim v: g. ab inferiori parte manus duco ad ſuperiora, tum arterioſum & venoſum ſanguinem ad cor pello; hæc ergo eſt veterum Medicina, nam hi poſt miſſionem ſanguinis ægros ducebant ad balnea, & quando in balneis partes erant emollitæ, tum frictiones adhibebant, ſed quod dolendum eſt, hæc methodus hic apud nos eviluit, & à nullis magis excolitur, niſi in Aſia, ſed videmus quidem ex centum Medicis vix unus, qui non dedit antimonium diaphoreticum cum nitroſa & acetoſa vi præditum, hæc quidem reſolvere poſſunt, ſed tamen priora felicius, & optandum quidem eſſet, quod hæc methodus reſuſcitaretur; Vide *Celſum.*

§ 401. *Reſolvere in omni morbo eſt, totâ ſanitate intactâ manente ſtagnans reducere in fluentem materiam & minus acrem reducere in mitem*; hoc raro fit in majoribus vaſis, ſed ſæpiſſime in lateralibus *vide de hac re exemplum Leewenhoekii in veſpertilione in obſtructione enarrata.* Reſolutio tamen hic ſola eſt perfecta curatio, *ergo reſolvere eſt maturare materiam, emollire vaſa & retinere vitam*; & ſi his omnibus ſatisfecerimus, tum eſt videndum, quo natura inclinet, tumque eo eſt deducenda, hodie verò ille, qui chemiæ edocti ſunt poſt *Paracelſum* putarunt hic medicamenta ſudorifera eſſe adhibenda, ut v: g. Theriacam, Antimonium

nium Diaphoreticum tenue, ſic etiam *Helmontius* dicit, quod ſi Sulphur Veneris ſeu Sulphur Narcoticum accedat ad linguam, quod tum illico reſolvatur, & hoc nulla ratione nec experimento firmari poteſt; hinc hæc ſunt omittenda.

Sanatio perfecta eſt corporis ægroti talis mutatio, ut ſalvâ vitâ omnes functiones reſtituantur integrè, ergo eſt ablatio morbi & conſervatio vitæ, & ſic ſanatio eſt perfecta, ſi ſanando nullus alius morbus inducatur, talis ſanatio eſt reſolutio. ſed ſemper reſolvere non poſſumus; ſi v: g. Clyſma injiciamus, demus purgantia, & ſalivationem inducentia, tum hoc modo morbum curamus, ſed hinc curando alium morbum inducimus.

Criſis eſt talis corporis ſtatus, in quo magna mutatio vel in morbum vel in mortem, vel in ſanitatem accidit, vel in quo natura & morbus ſibi invicem oppoſiti & contrarii magnam mutationem faciunt, vel in bonum vel in malum; ſic eſt quaſi judicium morbi, an ſanitas vel vita integra futura, vel an aliquid ſuperfuturum, vel an mors futura ſit, & ſic hi duo ſtant ante tribunal, ubi judicatur: Criſis verò fit vel per vomicam, vel per urinam, vel per ſudores, vel per alvum deponitur, tum dicitur criſis naturalis, ſi verò in certum locum deponatur, tum fit metaſtaſis ſeu abſceſſus, ergo alius morbus; reſolutio verò fit ſine criſi, hinc ſi quis in peſte v: g. inertem poſſit reddere materiam vel inſenſibiliter expellere, tum reſolutio eſſet facta, ſi verò Anthraces vel bubones oriantur, illi quidem liberantur à peſte, ſed alium morbum accipiunt. Hinc ergo cognoſcendum eſt, an à ſtimulo, vel in materia,

quæ

quæ non ſine alio morbo curari poteſt, hæreat. *Helmontius Pater* dicit optimè, quod non ſit bonus Medicus, qui criſin non exſpectat, ſed ſi reſolvere interdum non poſſimus, uti *Helmontius* ipſe non potuit, tunc omnino hac contenti eſſe debemus, melius enim eſt, quam gangræna perire hominem; *criſis enim vocatur materiæ morboſæ à ſana ſeparatio.* Pone Medicum vocari ad ægrum decumbentem, ſentit dolorem, niſi dormiat, ſi tum ſimul ſitis excitetur, & urina ſimul valde ſit rubra, tum puto, hunc hominem circa viſcera accipere inflammationem eodem modo, vel externè de brachii inflammatione dixi; ſi tum miſſio ſanguinis, balnea & frictiones applicentur illico, tum urina evadit paulo craſſior, vel ſecretio augetur, hacque reſolutione factâ hoc opus melius feliciter perficitur à naturâ, ſi verò tum ſpiritus Theriacales, Confectiones Alkermis, vel de Hyacinthide, Tincturæ Bezoardicæ vel ſimilia Bezoardica adhibeantur, tum motu aucto fit febris, & ſic quandoque levis morbus evadit incurabilis. *Hippocrates* quoque eadem ſuadet, & dicit, ſi homo cepit τὸ πῦρ, tum quies imperanda, nil niſi Ptiſana aſſumenda cum aceto, & aliquando, ſi neceſſitas urgeat, venæ ſectio, dicit Clyſmata Emollientia hic nunquam eſſe omittenda mane & veſperi, his adhibitis magnus ille Vir ad dies criticos maximè attendit, ſi tum videat materiam ad quandam locum determinari, ut ſi alvus ſolito plus flueret cum levamine, tum clyſmata dabat, ut materiam porro eo determinaret; ſic chemici hic multa mala induxerunt, ut ipſe *Paracelſus* dicit Alchemici (ſic Chemicos vocabat) multa mala & bona fecerunt; ex hiſce apparet,

quam

quam facilè ſæpe (modo Medicus, apparente inflammatione, ægro adeſſet) inflammationem reſolutione curare poſſet, quæ aliter abitura foret in ſuppurationem & gangrænam &c. ex præcedentibus etiam patet, quodnam ſymptoma in inflammatione maximè urgeat? febris nimirum; quò enim illa eſt major eò difficiliorem habebimus curationem; hinc æger male ſtragulis obruitur; male cogitur feneſtris & cortinis clauſis in ſuâ propriâ Atmoſphærâ, ægro ſæpe tam moleſtâ & noxia hærere, deinde etiam focus nimis non inſtituatur. Sudoriferæ nunquam in inflammatione proſunt, niſi obſtaculum unico impetu abigi poſſit, ſi nimirum ſit valde ſubtile ut in Peſte &c. in quo morbo aliquid calidum magnâ aquæ copiâ dilutum ſæpe profuit, aquâ verò omiſsâ fere ſemper obfuit. Omnis morbus externus inflammatorius eodem modo Chriurgo eſt tractandus, ac medico morbus internus.

Abſceſſus.

§ 402. Hujus vocabuli Auctor eſt *Hippocrates*, nomen abſceſſuum derivatur ab ἀποχω- ἀποςαυτέω *abſcedere*; hinc ἀποςεσὸς, ἀποςὲμα, *quod ſignificat, quod materia hactenus fluxa per vaſa incipiat abſcedere in loco, ubi eſt extra legem circulationis.* Recentiores verò putant abſceſſum ſemper notare ſuppurationem topicam, quod non ſemper verum eſt, ſed eſt modo propriè tranſmigratio vel receſſus, verum quia ut plurimum fit ſuppuratio; hinc in

hanc

hanc ſententiam devenerunt, in quo vulgato ſenſu illud quoque accipimus.

Fruſtrâ. Nam ſæpe omnia ſupra dicta adhibemus, ubi tamen nil efficimus, ſic vidi aurifabrum, qui febre & horripulatione cum levi delirio laborabat, & circa femur magnam inflammationem accepit, licet omnia in inflammatione dicta adhibita fuerint, tamen tertio die ulcera gangrænoſa fiebant, hoc vero accidit, ſi in liquidis talis ſit diſpoſitio, quæ nulla arte nec revulſione, nec aliâ Methodo in inflammatione deſcriptâ averti poteſt, dein quoque in panniculo adipoſo plerumque fit inflammatio, ubi tamen difficulter reſolutio fit, quia vaſa ibi minus elaſtica in tam molli pulvinari jacent.

Non. Tum hæc inflammatio ſuam naturam ſequitur.

Sero. Si Medici omnia bene conſiderent, tum milleni forte ægri ſupervixiſſent, ſed lenem inflammationem negligunt, tum materia obſtruens abit in vaſa minima, ita ut tum reſolvi non poſſit, quomodo verò ſciamus inflammationem non poſſe reſolvi, ſed eam in abſceſſum abituram. α Si tumor ſit magnus, ſi parvus ſit, raro ſequitur ſuppuratio. β Valdè tenſus & elaſticus non mollis, ſed renitens. γ Si pars affecta magis magiſque calida, rubens, pungens & dolens fiat, & hæc ſymptomata per tres dies maneant. δ Si febris augeatur & pertinaciter perduret. Suppuratio verò ſeu pus non fit ſine inflammatione prægreſſa, ſed dicetis forſan in Phtyſi non eſſe inflammationem, hoc non eſt verum, nam inflammatio hanc febriculam producit, qualibet veſperi, & ſi febriculam non habeant ægri, tum ſequenti die

lie pus non ſpuunt, ſi hæc ita ſeſe habeant, um reſolutio non eſt tentanda, nam ſic materia condenſata ſolidiori liquido privatur; ſæpe vidi Chirurgos tractantes mammarum & uteri nflammationem, quam reſolvendo curare non poterant, curam tamen ad ſuppurationem dirigere nolle, unde diſſipatis liquidiſſimis ſcirrhus natus eſt; tumque putabant ſe ægrum curaſſe, quod minimè verum, nam in pejus periculum conjecerant; *Helmontius* verò vult ſuppurationem eſſe morbum, quod negari nequit, ſed amen ægrum liberat à majori morbo. Hæc quatuor cum ita ſeſe habeant, tum metus eſt ſuppurationis, ſi verò ſubitò hæc omnia augeantur, tum breviſſimè ſuppuratio eſt exſpectanda, ſic etiam ſi materia violenter ſit mpacta, tum non reſolutio ſeu ſuppuratio eſt exſpectanda, ſi verò tum quis vellet pertinaciter diſſolvere, tum fit ſcirrhus, hoc enim modo ſæpe imperiti Chirurgi ſuos ægros majus malum conciliant, ſed hic nulla eſt occaſio ad reſolvendum, licet multi Medici tamen tentare velint, ſed fruſtra, nam tum reſolutio eſt impoſſibilis; hinc tum modo ſuppuratio eſt promovenda, quæ fit ſex modis.

1. Crudum ὠμὸν græcis dicitur, omne id quod recens eſt, & functionem impedit Medici crudum vocarunt, ut id, quod per vaſa fluere debet, transfluere nequit, tum ſi tale quid hæreat in mille vaſis, hæc omnia cum materiâ contentâ ſunt conterenda; *conterere* verò dicitur *macerare*, *coquere*; 2. recens Medicina id tentare volebat per exſiccantia, ideoque applicaverunt ſpiritum vini Camphorati & reliqua calida, ſed quid illis faciebant? Conſtrinxerunt vaſa, fecerunt majorem motum, diſſiparunt flui-

fluidiſſima craſſioribus interim relictis, & ſic præcavebant quidem ſuppurationem, ſed indureſcebant partem in ſcirrhum millioneſies pejorem, ſed aliud quid faciebant interioribus v: g. laborat quis inflammatione hepatis, ſtatim dabant Medici Spiritum Theriacalem, Cornu Cervi, Tincturas Bezoardicas, putantes ſe nunc reſolvere partes, certè ſi talia ita agerent, ut illi putant, indureſcerent partem in petram, uti probant Anatomici, quando his ſpiritibus ſua præparata indureſcunt & conſervant, ergo Emollientia hic ſunt optima; hinc id quod nunc pro parte ruptum eſt, ad rupturam magis eſt aptandum. *Hippocrates* ubique ubi agit in ſuis ſcriptis de morbis materiei, loquitur de Apoſtemate, quod idem eſt ac abſceſſus, *qui eſt collectio materiæ morbum facientis, prius diſperſæ, nunc in unum locum collectæ*, unde intelligitis, quod aliud ſit ſuppuratio & aliud ſit abſceſſus ſeu ſeceſſus materiæ, nempe hac collecta primo ſuppuratio fieri debet v: g. ſuſcipit quidam venenum aut aliquid peſtiferum, laborat vehementiſſimè, tertio die erumpunt maculæ, tum abſceſſus eſt factus ſed nondum ulcus, ergo hæc prius fieri debet metaſtaſis ſive tranſmigratio materiæ in alium locum, quæ ſi ſupprimatur, dicitur abſceſſus ſcirrhoſi, gangrænoſi, cancroſi, & tandem purulenti, de quibus hic eſt noſter ſermo.

3. Ut materies quæ ex vitalibus partibus ſeceſſa ducatur extrorſum, ne vergat ad interiora, quæ materies cum acris ſit, & abſorbeatur in ſanguinem, inducit Cacochymiam; ſi materiam ſemper ad exteriora ducere poſſemus, tum in omni ferè inflammatione hanc methodum curandi per ſuppurationem eligeremus, ſed

ſed hoc non ſemper ſuccedit, at hic quidem naturæ viam quodammodo ſæpe parere poſſumus, ſic enim *Hippocrates* in Pleuritide in ſuppurationem cedente jubet externè fomenta applicari, & inuſtiones & inciſiones fieri, idem quoque dicit de Peripneumonia, quæ tranſit duodecimo quarto die in ſuppurationem, & ubi vigeſimo primo die pus eſt factum & maturum, tum corpus præparat, dat vinum molle & vapores haurire jubet, vectiones in curru præſcribit, ita ut pus in veſiculas ſibi aperturam faciat, & ſic per aſperam arteriam derivatur extra corpus, præterea ægros multum edere & bibere jubet, ut ventriculus impleatur, & diaphragma ſurſum prematur, tumque corpori ſic præparato currui imponit, & per aſpera & inæqualia loca vectiones facere jubet. *Hippocrates* per apoſtema intelligebat materiam in ſanguine non coctam ſed hæterogeneam, quando autem illa materia abibat ex ſanguine & recedebat, ut v: g. quando pus abibat per renes, tum dicebat materies abivit ἀποςάσει, cum verò in morbis inflammatoriis hæc materies abeat in quaſdam corporis partes, hinc apoſtema vocatum eſt, dein ab omnibus Medicis abſceſſus; abſceſſus igitur hodiernus ſive ſuppuratio eſt ſpecies illius generis ἀποςατεῶν *Hippocratis*.

4. *Puri cocto.* Dum maturatum eſt, nam aliter tenuius & acrius it facile in vaſa reſorbentia, & ſanguinem facit Cacochymicum; cutis raro vel nunquam ſuppuratur & conſumitur, ſed panniculus adipoſus, qui eſt multo tenuior, pari ratione hepatis ſubſtantia eſt friabilior ejus membrana.

5. Omnis locus ſuppuratus ſemper eſt impurus

purus & ſordidus, plus minuſve, tum eſt ulcus, quod differt à vulnere in eo, quod ſit antiquum, purulentum vel ichoroſum, & nunquam conſolidetur, niſi prius rubens & mundus ſit factus.

6. Tunc enim relinquitur vulnus, ſed cum ſubſtantiâ perditâ, hinc eodem modo eſt tractandum, ſed quomodo hoc nunc fiat, eſt difficillimum; poſſum enim in externâ cute aliquid efficere, quod magnam difficultatem haberet, ſi fieret in hepate. Omnis abſceſſus ſuppuratus habet, 1. vomicam, quæ eſt materia in vaſis collecta, tum dicitur vomica clauſa, 2. inflammata labia, 3. ſi vomica aperiatur, tum vocatur ulcus apertum, 4. ſi mundetur. Si hæc ſex fieri poſſint, tum ſuppurationem curare poſſumus.

§. 403. *Maturatio eſt omnis materiæ obſtruentis & vaſculorum obſtructorum per vim vitæ auctam communitio in pus.*

1. Hic generalem Methodum præſcribere eſt impoſſibile, nam in nonnullis motus nimius & nimis calor, qui paulo eſt coercendus, in nonnullis verò, qui v: g. febre quartana vel morbo hypochondriaco laborant, hi inclinant in Scirrhum; hinc tum Cataplaſma ex cæpis aſſatis ſub cineribus cum fermento panis & paulo aceti & gummi galbani ſubactis applicare licet, nam tum motus ibi plus eſt augendus, ſi verò medium obtineat, tum medicamenta media adhibamus; ſi v: g. mille vaſcula obſtructa, hæc ut ſuppurantur, febrim requirunt, nam ſi pus fiat, tum febris & dolor adſunt, ſi verò factum ſit pus, vix dolor & febris adſunt.

Calefaciendo. Nam pars maturando debet eſſe calidior, ac pars ſana; aliter ſcirrheſcit: attritus

itus enim eſt faciendus, quo ſolida cum flui-
is melius miſcentur, falſo ergo dicunt Medi-
i calorem debere eſſe talem in parte ac eſt
aturalis calor, ſed *Hippocrates* optimè notat
alor, ſitis, dolor, febris, ſed longe majora
uando pus naſcitur, quam quando adeſt,
dem ac ſi diceret, ſi ſuppurationem promove-
e velis, calorem majorem conciliare debes;
am in omni parte inflammata, ubi frigus a-
deſt, ibi non fit ſuppuratio, hinc calefacientia
um applicanda ſunt, ut Emplaſtra calefacien-
ia nempe Emplaſtrum de Meliloto, de Cu-
nino, hocque modo calorem & motum au-
gemus.

Febricula. Id fiat motus major, ergo qui
Medicus ſcit locum eſſe ſuppurandum, & ta-
nen imminuit febrim, ille ſcirrhum inducit
ebre longe pejorem, niſi febris vehementiſſi-
na, quæ gangrænam minitatur, adſit, ergo
non in omni morbo febris eſt tollenda, con-
ducit enim maximè ad ſuppurationem, uti vi-
dimus, maturantia talia optima ſunt gummi,
quæ conſtant duabus partibus, altero ſubtiliori,
quæ ſe in vaſcula minima inſinuant, & mate-
riam movet, altera tenaciori & vi plaſticâ
prædita, quæ hos poros occludit, unde ejus
calor optime fovens & prægnans eſt; hinc
nulla ſuppuratio fit ſine febre, etenim v: g. Phty-
ſicus, quando mane exſpuit ſuum pus ex ſuo
pulmone, credit ſe bene habere, ſed poſtquam
ſumpſit cibum, tum materiâ alimentorum
coctâ fit novum pus, quod iterum excreat,
cum ob virium vitæ debilitatem hanc materiam
concoquere non poſſit.

2. Qui verò ſola calida & ſicca adhibent,
illi ſcirrhum & gangrænam faciunt; hinc debe-
mus

mus modo facere, ut calor & motus redundent in partibus affectibus, ut ibi fiant attritus & digeſtio, eodem modo ut Chemici ſua menſtrua cum parte ſolvenda indunt in vaſe, & huic ignem ſupponunt, ſicque motum faciendo materiam ſolvendam ſolvunt.

Motus nempe redundatur & reflectatur in loco, tum fit prægnatio eodem modo ac gallina ovo incumbit, quod belgæ optimè exprimunt *broejen*, nam in aliis linguis non habetur melius vocabulum ſic ſenſum exprimens.

Exhalationem. Si verò ſpiritus vini vel alcohol applicetur loco affecto, hæc nimium diſſipant, ſi verò parum ſal ammoniacus imponatur, cui ſupponit gummi, Galbani, bdellium & ſimilia; hæc enim obthurant, vel fiat Cataplaſma ex farinâ Secali cum pauxillo Allii vel Cœparum vel cum pauxillo ficuum, hæc calida in loco retineantur, acris cœpa dividit, farina determinat, alii ſumunt in hoc caſu butyrum recens, in quo magnam copiam acetoſæ decoquunt cum farina lini, quod eſt optimum maturans.

3. Nam qui vellit magnam febrim excitare, ille gangrænam faceret, ſi verò inflammatio per nimis ſiccantia tollitur, tum fit ſcirrhus, ſic qui incipit laborare Variolis, ſi accipiat febrem infeſtiſſimam, tum non fit ſuppuratio, & ille tum habebit Variolas confluentes dictas, in quibus nullum pus, ſed ichor oritur, totumque corpus fit nigrum, ergo hic ſumma eſt Medicorum ſapientia ut febrim faciat, ſed non nimis, febremque etiam nimiam tollat. Emplaſtrum de Mucilaginibus adhibeatur ad maturationem ℞ gummi ammoniacum, applica ad locum inflammatum, tum fit attritus partium

ad

d locum & hæc eſt maturatio, ſi verò adver-
at Medicus nimium eſſe calorem ab Emplaſ-
ro, tunc oportet adhibere lenius; ſi autem in
norbo inflammatorio magno ut Peſte ſuppura-
io fieri non poſſit, tunc adhibenda ſunt emol-
entia, ut farina lini, avenæ cum pauco aci-
o, ſi corpus ſenile ſit, & deficiat motus, ti-
neaſque ſcirrhum, tum adhibenda ſunt calefa-
ientia, ut gummi ammoniacum &c. ſi autem
nulier lactans & febriculâ ſimul laborans acci-
iat malum in mamma, ut plerumque accidit,
nde timeatur Cancer, tum oportet adhibere
arinam avenæ cum pauco melle, non autem
pplicanda ſunt Emplaſtra de Galbano, Opo-
anace & ſimilia calida, niſi mulier fuiſſet laxa
x debilis, nec febrim haberet.

4. Hoc verò nullibi majori cum periculo
egligitur, quam in mammis & glandulis in-
uinalibus à lue Venerea, nam ſi talis ſuppu-
atio nimis cito aperiatur, tum medicamenta
ortiſſima ſunt adhibenda, ut per vim reſolva-
ur, aliter maturatio hic ſufficeret, hæc ultima
nethodus eſt optima, ſi nempe talis locus ſup-
urans clauſus maneat per tres, quatuorve dies,
ro ut tota materia obſtruens & vaſa obſtructa
nagis minuſve ſunt, ſi verò aperiatur, ante-
uam omnia in pus ſunt converſa, tum omnia
eſſima fiunt, hujus ratio eſt, quia ſi ſub cute
lauſa v: g. mille vaſa ſuppurare incipiant, &
emidia pars horum jam ſuppurata in pus abierit,
um hæc pars, ut bonum menſtruum reliquum
onvertiſſet quoque in pus, ſed ſi aperiatur,
um omne illud pus effluit, ſed tum reliqua
aſa cum humoribus indureſcunt, fitque ſcirrhus,
nam ſi Chirurgus aperiat, pus effluit, aër ac-
cedit, omnis illa pars exſiccatur, contrahitur,

non ſuppuratur, ſed materies ichoroſa effluit; verum ſcio, quod aliter ſcriberent ex urbe Maſſilienſi, ubi crudi Bubones & Anthraces illico exſciderunt, ſed dum conſulo litteris ad me inde delatis, & video hæc omnia peſſimè habuiſſe eventum, ſed pars maxime eſt emolliendа, ſi hoc fiat, nil tum oritur mali, idem quoque in lue Venerea obtinet, ſi bubones erumpantur, tum per Emollientia & macerantia tolluntur, ſi ſuppurationi ſufficiens tempus concedatur, & puto, quod tum ſimul venenum è corpore tollatur.

Pus. Alii dixerunt eſſe à ſero, alii à ſanguine; verum Chirurgi norunt, quod ſi omne pus abſorbeatur, & poſt horam iterum ulcus aperiatur, tum ros appareat humidus, quo ſublato ſi poſt duas horas aperiant, lympidâ aquâ tenuius apparet, & ſic ſemper per moram in loco (ſi non abſtergeatur) ex tenui fit craſſius, & ſi per ſex horas relinquatur, fit aliquid puri ſimile, hinc non puto in vaſis pus generari, ſed ichor tenuis, inde fluit, ex quo parte liquidiſſimâ ſeparatâ fit pus.

§. 405. Hic recenſeo ſigna, quæ docent, quando abſceſſus eſt aperiendus.

Mollities. Quamdiu materies eſt in vaſis duris, tum pars eſt dura, quaſi ſpinis ferreis vel ligneis conſtaret, ſed cum materia eſt ſoluta, tum pus eſt mollis, quia vaſa in unum liquidum abierunt; hinc tumor debet eſſe mollis digitis cedens.

Fluctuatio. Undulatio Chirurgis dicta ſi v: g. magna ſuppuratio vel bubo, tum digito explorat Chirurgus, an ad omnes partes, ſi in lateribus oppoſitis prematur, tumor æqualis vel fluctuatio adſit, quæ ſi adſit totus locus eſt ſuppuratus.

Remiſſio doloris. Nam omnia hæc ſunt minuenda, ſimulac pus factum ſit, careatque pars affecta his malis, neque rubeat, neque doleat, neque magis dura ſit pars.

Vertex mucronatus. Ut ab Anthrace furunculo, Carbone, ubi pus ſub cute hæret, ibi in medio liquor in cuſpidem mollem adſcendit, tumque attenuari incipit, & hoc eſt bonum ſignum, nam omnis locus, quamdiu eſt inflammatus, tum tenſus & dolens eſt.

Febris. Nam omnis pars, ſi benè procedat, ſe ita habet, & ſi ita non ſit, tum nondum eſt apta, ut aperiatur, idem fit internis, ergo febris jam abeſſe debet.

Vertex, qui ſemper deprehenditur, & ibi aperire poteſt, ſi in circumferentia ſe bene habeat, idem fieri deberet in internis, ſi Chirurgi manui daretur acceſſus.

Gravitas. Id eſt in parte, nam id ponderat, quod eſt extra vaſa. Hæc ſunt ſigna jam maturati puris, verum ſæpe latere poſſunt in loco varices vel aneuriſmata, quæ pro ſuppuratione habentur, nam ſigna ſuppurationis quoque adeſſe poſſunt; hinc *Hippocrates* dicit, ut ſcias ſuppurationem eſſe, inflammatio debet eſſe prægreſſa; jam ergo dictum eſt, quid ſit maturare, qui ſunt effectus, quæ cauſæ, & quæ ſunt ſigna maturationis, & hac occaſione monui, quod ſi inflammatio ita ſit diſpoſita, ut in ſuppurationem vergat, tum hæc ſit promovenda tamdiu, donec omnis pars affecta ſit facta pus, & hinc quoque ſigna dedi, quando abſceſſus eſt aperiendus. Omnis inflammatio non poteſt diſſipari, ut perperam exiſtimavit *Helmontius*, nam ſi tunc iſtud tentetur, tum ſpirituoſum & tenue reſolveretur, re-

 mane-

maneretque craſſum; ergo apponenda ſunt medicamenta ſuperius allata, & tamdiu ea relinquenda & apponenda, donec pus viam ex ſe ſibi aperiat, quando ſibi parare viam poteſt, nec obſtet craſſities integumentorum aut loci profunditas, idem dicendum eſt de bubonibus, quando nimis cito aperiuntur.

§. 406. Si verò pus accuratè perfectum & maturatum diutius in loco relinquatur, tum ibi attenuatur, fitque iterum tenuior, cæterum ſi modo ad illud punctum temporis perventum ſit, ubi eſt bonum pus, tum eſt inſtar cremoris lactis recentis ſeu quaſi liquati butyri, & ſpiſſitudinem albuminis ovi habens, ſed ſi tale pus diutius in loco affecto retineatur, tum ex ſpiſſo pure fit tenue, quæ res vobis non mire videbitur, qui noviſtis, quod ſanguis miſſus illico concreſcat, ſed poſtea iterum reſolvatur per eandem cauſam, nempe per Aërem, ſic etiam per diſſipationem partis liquidioris fit pus craſſum, & dein per ſpeciem putrefactionis fit tenue, ut quoque in omnibus noſtris liquidis obſervatur, quæ omnia, ſi ſtagnent & foveantur leni calore, ſemper evadunt tenuiores & acriores, ſic ſi ſanguis blandus ullo modo acris fiat, tum cuti impoſitus Epidermidem ſua acrimonia deglubit.

Putreſcit. Eſt illa conditio, per quam olea & ſales antea blandi, nunc acres, antea ſal ammoniacus, nunc acriores, antea ſapones, jam ſales ſimplices non fætentes, jam fætentes, antea ſales ammoniaci, nunc volatiles, ſic etiam quandoque olea ex blandis acria, & minus volatilibus, volatilia, ex minus fætentibus fætentia evadunt, & ſic hic quoque fit, pus verò fieri & in frigore admodum diu hærere

poteſt,

poteſt, antequam putreſcat, ſed ſi aër & calor accedant, illico putreſcit, aliter eſt tam blandum, ut oculo inſtillatum nullos dolores faciat.

Vicina. Pus verò ſemper ferè hæret in panniculo adipoſo, ubi ſtagnando putreſcit, & ſic vicina rodit, & atterat, ſimulque in pus abire facit; ſicque parvum Apoſtema fit maximum, quia materia purulenta ſibi materiam ſanam jungit, eodem modo internè accidit, ubi homo internè accipit ſuppurationem, v: g. ſi quis ex pulmone ſanguinem ſpuat, tum ſi inde fiat uſcuſculum, hoc non detergeri poteſt, ſemperque hic manet vomes, unde tum ſemper pus exſpuunt, ut in Phtyſicis fit.

Erodit. Inflammati vaſorum parietes ſuppurantur & abeunt in pus, hoc vocant Chirurgi pus ſerpere vel rodere.

Pondere. Dum incumbit in quendam locum, atque etiam motum excitat in vicina, nam pus propellitur pulſu arteriarum vicinarum; unde pus circa inguem propter arteriam inguinalem & circa femora & brachia à motu muſculari vel arteriis vicinis ſemper movetur & excitatur, unde tam facile ibi oriuntur fiſtulæ.

Sinus dicitur in Chirurgicis locus capax, ſeu intercapedo in parte molli facta, quæ pure ſanie & ichore eſt impleta: ſemper verò hi ſinus hærent in panniculo adipoſo Veterum ſeu membrana celluloſa *Ruyſchii*; ſed tamen hic maximè notandum, quod hæc membrana ubique muſculos, eorumque tendines inveſtiat, & inter eos ſe inſinuet, ſic ut licet profundè hæreat, tum hærere poſſit in hac membrana muſculis tamen illæſis.

Fiſtula eſt ſinus ſtatim deſcriptus, qui parvum Emiſſarium requirit; hinc fiſtula & ſinus non differunt, niſi quoad emiſſaria, hæ quoque in locis pinguedinoſis hærent, ſinus verò & fiſtulæ fiunt *mole* materiæ purulentæ, quæ ſic locum dilatat, quam occupat, ut capacitas fiat major, & *pondere* quoque fit, tum deorſum deſcendit, at ſi v: g. pus colligatur circa verticem, tum deſcendit uſque ad os coccygis & ſic decidit juxta gravitatem, ſicque ſubjectas fibrillas dilatatas dilacerat, ſibique locum facit. *Motu* ille ſemper internus & externus eſt, ſic motus muſcularis promovet quoque motum internum, & ſanguinis circulationem hacque ratione etiam fiſtulas promovet, ſic v: g. ſi ad finem muſculi Deltoidis hæreat ſuppurata pars, tum ſi brachium multum moveatur, ſuppuratio augetur, facitque ſinum, hocque modo ſinus & fiſtulæ fiunt, 1. ſi materia extra vaſa poſita ſit ichoroſa, & ſic partes rodendo fiſtulas facit, 2. per molem materiæ accumulatæ vel per pondus, vel per motum, hocque modo materia ſuppurata partes dilatans ſibi viam facit.

Varias. Hæ peſſimæ ſunt in locis laxis v: g. in utero, vagina & inteſtino recto, quia in his locis partes cedunt, nam ibi fere nunquam ſanies vel ichor repurgari poteſt, quia partes hic adeo laxæ, ut omni impetui cedant imprimis verò inteſtinum rectum, in quo aliud quid obtinet; nam habet ſacculos ita capaces, ut, quandoque dragmam unam muci contineant, à quo muco acre & durum ſtercus oblinitur, ne partes lædat, ſi verò hic talis fiſtula fiat tum redditur anfractuoſa ob nixus, qui fiunt in egerenda alvo.

Circa

Circa Glandulas. Tum in illis glandulis fit tophus, vel quaſi germen cornu futuri, hoc fit præſertim circa mammas & uterum. Doluerunt ſæpe Chirurgi, poſtquam habuerunt ſuppurationes bonas, tum fieri ſcirrhum, ut ſi circa inguina, vel ſub axillis ſint bubones peſtilentiales vel venerei & non maligni, nam horum tres ſpecies ſunt, tum fit ſcirrhus in tali loco glanduloſo, 1. hoc fit, ſi materia incipiat lenteſcere, 2. ſi humores cum vaſis concreſcant, & ſic vaſa quoque inter ſe conſolidantur, ſi pus tenue factum abſorbeatur venis tum eſt tertius exitus loci ſuppurati, ſi clauſus teneatur, vel ſi aperire nequeat; ergo in hoc tertio caſu hæc tria ſunt annotanda primo puris abſorbtionem, ſecundo permiſtionem cum ſanguine, tertiò metaſtaſin.

Vel denique. Inde verò intellectus Phtyſeos pendet, ſi v: g. in quocunque loco hæreat acris purulenta & tenuior facta materia, tum quia ubique (uti demonſtratum eſt) ſunt venæ bibulæ, quæ tum hauriunt hoc tenue pus, proin etiam id acre & ſemi-putrefactum, hoc deferunt in majores venas, & ſic tandem ad cor & pulmones deducitur, ubi reliquo ſanguini miſcetur, hoc tum facit purulentam cacochymiam & diatheſin ad Phtyſin, nam ubi hic ſanguis cacochymicus factus per pulmones tranſit, ibi tabem imprimit, ſic omnis ſanguis degeneratur ex natura bona in ichoroſam purulentam, inde multi,& varii oriuntur morbi imprimis *Phtyſis, qui eſt conſumptio corporis totius per acrem tabem purulentam toti ſanguini impreſſam, ita ut loco boni ſanguinis, ichoroſus, purulentus per totum corpus circuletur & eſt propriè Cacochymia purulenta cum cachexia*; olim ſæpe miratus

 ſum,

ſum, quare homines ſani illico tali modo afficerentur, & Atrophia & Febre Pomeridiana exſtinguerentur, ſic vidi mulierem, quæ circa perioſteum oſſis femoris, ut ex morbi exitu patuit, inflammationem habuerat, ſed primo animadvertere non potui, ubi malum hærebat, ſed dein bonus Chirurgus accerſitus putavit ibi pus hærere, & quoque undulatio ſed valde profunda avertebatur; hinc ille conſiderandum dedit, numne eſſet aperiendus abſceſſus, quod tandem concluſum eſt, tum loco aperto multum puris prodibat, ſed reliquus ſanguis jam erat infectus, ut verò Phtyſi non multum poſt mortua ſit, quia locus nimis ſero erat apertus; ſic etiam fuit aliquis vulneratus magno vulnere ad os humeri, ita ut ibi locus vacuus magnus in ſubſtantiâ abſumptâ relinquebatur, ergo etiam laxitas ibi adfuit, & ſi magna copia puris ibi generati abſtergeretur omni die, tum omne nutrimentum eo vergebat, ſi non, tum faciebat febrim hecticam, ſic etiam in exſtirpatione mammæ toties accidit, hinc hæ operationes non tam temerè (ut in Gallica fit) ſunt adhibenda.

Collectionibus. Contingit ſæpe, ut pus in loco collectum ſubitò diſparens abeat in venas, tum oritur febris, & pus illud ruit vel per venam meſeraicam, & hinc venit in hepate, unde fit poſtea apoſtema in hepate, vel determinatur ad emulgentes arterias, & tunc felici cum ſucceſſu emingitur, tum oritur febris, quando venit in pulmones; *Hippocrates* & *Galenus* dixerunt, quod homines, qui ſolebant habere pus alicubi collectum, & ſecerni conſuetum, ſi illis pus non pergat ſecerni & diſpareat, tunc pulmonum vomicam acquirant,

ſi pus quotidie ſecernatur & abſorbeatur in ſanguinem, tum fit febris hectica quotidiana; ſi pus reſorptum veniat in pulmonem hominis hectici, tum fit febris, quo febri pus deponitur ut plurimum ad hepar, ſi verò inde exire non poſſit, fit apoſtema, ſi exeat per vaſa biliоſa in duodenum, tum fit Diarrhæa ſalutaris, ſi verò ad renes determinetur, tum oritur mictus purulentus & ſalus ægri: Vidi ægros, variolis ſuppuratis laborantes, ſanatione factâ, totum ſanguinem habuiſſe pure infectum, qui tum abſceſſus accipiebant à metaſtaſi ad multa loca, verum peſſimum eſt ſignum, ſi tales abſceſſus in viſcere quodam fierent, ſic vidi illico ægrum inde mortuum, in quo purulenta materia magnâ copiâ ad pulmones ſeceſſerat, ſæpe etiam ad caput, ad hepar; ſed ſi ad loca exteriora, tum bonum eſt ſignum, collocutus ſæpe ſum cum Chirurgo, qui diu *Pariſiis* praxin exercuerat, qui dicebat, ſe vidiſſe ſæpe, quod in omni magnâ aperturâ omnes fere homines in Phtyſin incidebant, & non mirum, nam ſic ſæpe quoque accidit, purulentam materiam in ſanguinem abire: ſi ingens Aneuriſma ſit extirpandum, tum arteria ſupra & infra Aneuriſma ligatur, & ſupra aneuriſma inciſio eſt facienda per longitudinem uſque ad arteriam ſupernè, tum ſemper pus generatur, quod abit in ſanguinem, vel in viſcus pleruinque deponitur, & ſic Phtyſis fit; hi homines in febrim hecticam incidunt, tuſſiunt, & tandem moriuntur, cadavere verò aperto invenitur pus in hepate vel in pulmone, vel in toto ſanguine hærens; curavi fabrum ferrarium magno vulnere & ſuppurationem laborantem; qui procul dubio Phtyſin accepiſſet, niſi tam fortis fuiſſet ad

E 5 multa

multo aquoſa aſſumenda, ut pus ex ſanguine alluereter.

407. Partes vicinæ ſunt emolliendæ & pertundendæ, quia quò molliora eò minus ſe contrahunt, eadem adhibenda, quæ in ſuppuratione commendantur, aut eadem, quæ attenuant; uti tetrapharmacum, quod eſt obſtipans & paululum laxans, & vocatur emolliens & ſuppurans per eandem cauſam.

§ 408. Si ergo pus non expurgetur tum hæc tria ut in antecedenti vidimus) inde ſequi poſſunt, vel 1. generantur ſinus & fiſtulæ, vel 2. fit ſcirrhus, vel 3. fit abſorptio puris à venulis reſorbentibus; quæ ſunt ſigna ad aperiendam ſuppurationem, jam videamus, diſputatum diu fuit inter veteres & recentiores. Veteres partem ſuppuratam aperiri noluerunt, ſed tamen quandoque partem non ſat emollire poſſumus, ſi verò faciunt, ut ſponte aperiatur, melius eſt, ut ſi applicetur vulgare illud medicamentum ex farinâ ſecali, lini, vel avenæ cum lacte dulci cocta ad craſſitiem pultis vel cataplaſmatis, adde oleum liliorum alborum, vel amurcam olei vel butyri inſulſi, hoc facit pultem emollientiſſimum, & illud cataplaſma ſemper teneatur calidum, ſub quo cataplaſmate integumenta mortua ſeparantur, quorundam magnum eſt arcanum, ſi acetoſa latifolia coquatur in butyro cum farina lini vel ſecalis in pultem, quod eſt egregium medicamentum emolliens, tamen ut prius additur oleum, horum uſu, ſi aër non accedat, plerumque ſponte rumpitur; hinc credo in locis glanduloſis ſemper ſpontaneam aperturam per emollientia & maturantia eſſe exſpectandam, idque multo melius eſſe, quam lanceolâ Chirurgicâ

rurgicâ aperiri, ſic vidi ulcera ad mammas lanceolâ aperta, quæ vix conſolidari potuerant.

§ 409. *Acria.* Ut v: g. Panis butyratus ſalivâ ſubactus, ficus paululum uſtulatæ, unguentum baſilicum, cæpæ ſub cineribus aſſatæ, vel ſemen Synapi illis aliquantulum permiſtum; his ſuper impoſitis & perpetuo calefactis fiunt integumenta tam mollia, ut fere ſint inſenſilia, uti lotrices per calorem perpetuum lixivii decoriantur, ita ut inſenſibiles fere fiant manus; ſi habere velis medicamentum acre adde acetum cataplaſmatibus prædictis hæc ſæpiſſimè uſurpavi in multis annoſis ulceribus v: g. circa crura, ubi Mercurius & decocta Guajaci nil proderant, adhibui talia cataplaſmata, & maceravi tamdiu, donec caro viva incipiat apparere in fundo, hoc idem fit in locis glandulofis & ulceribus venereis; cum ulcera annoſa v: g. mammarum tractanda habes, ſume emollientia, & ſponte ſuppurabuntur, ſed ſi non ſuccedat apertura, tum acria Emollientia & ſubpinguia ſunt adhibenda.

Queant. Requiritur, antequam abſceſſus aperiatur, ut in blandimentum ægri & commendationem artis poſſit aperiri abſceſſus ſine magno dolore; nil enim magis gratiam Chirurgo comparat, quam quod nullo dolore perſcindat; hinc tota ars in eo hæret, ut integumenta ſic macerata & emortua ſponte fere rumpantur; hæc operatio ideo tantum eſt inſtituenda, quando pus profundè in corpore hæret, vel quando reſorptionem intra venas timemus, vel quando integumenta ſunt nimis craſſa ad macerandum.

§ 410. Si Chirurgus ſciat abſeſſum aperiri

debere; tum quærunt, ubi ſit aperiendus, & dicunt ibi, ubi pertuſio fit facillima, quod eſt ubi contuſio eſt facta, & in parte inferiori, ut pus pondere extrorſum vergat; denique abſceſſus eſt aperiendus in loco, ubi cutis in apicem aſſurgit, ubi eſt albiſſima & molliſſima, ubi ſentimus tenuitatem & ſubtilitatem maximam, non verò ſemper opus eſt eligere partem infimam, nam hoc ſitu mutando fieri poteſt; hinc diſſectio fiat in parte, quæ minimè dolebit, & minimè vivax, hæc ſemper eſt eminens & albiſſima, in vicinia verò color eſt ruber, & cutis craſſior, ſi ergo concluſum ſit, quali in loco apertura eſt facienda, tum Chirurgus debet ad latera premere, ut elevetur apex, ut pars ſuppoſita nec vicina lædatur, hocque fit tali preſſione, nam ſic nec muſculi nec vaſa elevantur, ſed hoc facit, ut eo profundius hæreant.

Scalpellum. Pungendo eo uſque intrudatur, quo uſque requiritur, nempe ut cuſpis eo uſque perpendiculariter introeat, ut exeat pus juxta latera ſcalpelli, cur verò hic tam ſæpe erratur? quia pars non ſat profundè pertunditur, nam panniculus adipoſus eſt laxus & non cedit, licet cutis pertundatur, tamen ſæpe non pertundunt Chirurgi panniculum adipoſum, ſed ſi fortius premant, tum facilè tranſit, ad hoc opus perficiendum verò nulla vis requiritur, nam hic panniculus preſſione cutis adeo tenuis factus, ut facilè perſcindatur. Raro partes ſubjectæ læduntur ob pus, quod fere ſemper hæret inter cutim & muſculos; directè intrudatur ſcalpellum, donec certi ſimus nos penetraſſe, quia ægri ſecundam ſciſſionem, metuunt. Cauſa cur ſæpius primo vel ſecundo die

ie non exeat pus, eſt ſæpiſſimè, quia panni-
ulus adipoſus inferius non eſt pertuſus; licet
;hirurgi tunc temporis falſo incuſent pannicu-
um adipoſum intercipientem *het is voorgeſcho-
en* belgicè.

Dein. Nam ſcalpello intruſo (dum illud ex-
ahitur) inferior apertura æque late fieri debet
c ſuperior, hoc fit, ſi lanceola perpendicula-
iter adacta horizontaliter incurvando extra-
itur, tum omnia perſcinduntur, in locis pro-
undus ut in femoribus eadem methodus præ-
ertim ſervari debet.

Aut per oppoſitam. Hæc methodus in Italia
dhuc in uſu eſt, tum quoque ſi materies pu-
ulenta hæreat in tali loco, tum quoque eodem
nodo premi debet, & tum loco oppoſito per-
cinditur, & ſic aperitur, ſed hæc operatio eſt
liquantulum crudelis.

Vitatis fibris. Hoc facilè fit, nam ubi pus
ſt factum, ibi tumor factus eſt à pure, &
præterea cellulosa membrana imprimis hæret
ſupra muſculos; hinc ſi cutis prematur preſſio-
ne ad locum ſuppuratum, tum tumor ibi ma-
gis adſcendit, & vaſa & fibræ eo magis recon-
duntur, & à læſione caventur, ſed an loco
aperto pus una vice educendum? minimè,
quia balſamus eſt optimus, qui ſponte à natura
exprimitur, nam ſi illico omnis materies expri-
matur, tum fit magna cavitas, in quam aer ſece-
dit, verum aër tum maximè nocet, nam tenues
fibrillas exſiccat & inflammat, obſervatio quo-
que eſt in Chirurgicis, quod locus ſuppuratus
non apertus cito curaretur, nam Chirurgus
aperiendo aërem admittit, & tum non cito
curat, ſed tum modo maturantia & emollien-

tia ſunt applicanda, ut aperiatur ſponte, quod melius eſt, ſic v. g. certus ſum, quod mammarum ſuppuratio cito curetur, ſi ei emollientia applicentur, quam ſi in hac parte inciſione facta quotidie turundas intrudantur, quia hoc modo ſemper aër huic parti noxius admittitur; nunc inciſio eſt inſtituenda uſque ad muſculum; quia ibi aliquando adſunt vaſa ut in bubonibus venereis ad inguina, metuitur arteria & vena cruralis; hinc nunquam in flaccidum ulcus intrudi debet profundè ſcalpellum, aut ſemper læduntur inferiora. Omne pus hæret ad exteriora ſitum in panniculo adipoſo; hinc non tantum eſt metuenda directio fibrarum nec arteriæ (quia panniculus adipoſus eſt ſupra fibras & arterias majores) niſi malum hæreat in perioſteo oſſis, de qua re *vide Caput de morbis oſſium.* ſimulac inciſio facta eſt, pus leniſſimè non vi exprimitur, ſed omne, nam aliter partibus collapſis fit ulcus, tum tegitur tantummodo plumaceolo aliove defendente, nec turundæ applicentur, ut *Cæſar Magatus* & ſæpius laudatus *Belloſte* monuerunt; hinc non laudamus methodum *Paræi* & aliorum, qui nimis cito aut ſero pertundunt abſceſſum.

§ 411. Quinta indicatio, tum ergo habemus *ulcus quod eſt ſolutio continui in parte molli cum pure, ſanie vel ichore, ſanies eſt pure tenuior liquor inſtar carnis; Ichor eſt pus putreſcendo degeneratum,* & circa articulos dicitur liquor articularis belgicè *leedewater*; vidimus ergo, quod omnia ſemi-mortua per mundantia & ſuppurantia tollantur, hinc etiam hæc ſuo loco in uſum vocare debemus, ſi ergo quæratur, quomodo ulcus curandum ſit? hæc *in hiſtoria vulnerum & contuſionis* dicta ſunt,

hæc

ec ſi repetantur, ibi videbitis, quod omnia
mi-mortua ſeparari debeant deterſivis, corro-
vis, ſuppurantibus, digerentibus, & balſami-
s, hæc ſeparant partem mollem à viva parte,
ec ſeparatio obtinetur in ulceribus annoſis peſ-
mis, quæ hærent & coërcentur intra muſcu-
s & cutim, ſed conſolidari non poſſunt,
iia nil conſolidatur, niſi ſit humoribus per-
ieabile, ibi verò ſunt folliculi ſemi-putrefacti
vaſa ſemi-mortua, hinc ibi emollientia me-
icamenta ſola fruſtra adhibentur. Nil melius
t quam ipſo die, quo apertura eſt facta, ali-
uot guttas balſami ſulphuris cum unciâ unâ
iellis & pauxillo Aloës vel Elixiris proprieta-
s leniter immittere ulceri aperto, ſi interna
tera male ſe habeant, ſuppurantia adduntur,
t vaſcula hærentia abſumantur, optimum hic
ſt unguentum Baſilicum, his ſi non curetur
igeſtivo vel balſamico quodam, ut pauxillo
Myrrhæ, tum deterſiva ut balſamus arcæi ad-
ibentur, exſiccantia ſunt cicatriſantia, tunc
ulnus curatur, hocque modo omnis abſceſſus
uratur, quatenus curari poteſt. Internè v: g.
n pleura curari non poteſt; hinc ſequitur
uam naturam, & inſanabilis fere eſt abſceſſus,
quidquid Chemici & quidam Emperici cla-
nant cum ſuis traumaticis apozematibus; hinc
bſceſſus pleuræ, pulmonis, hepatis, & cerebri
ſemper fiunt lethales, vel ægri in Phtyſin con-
iciunt.

§ 412. Sunt multi homines ſic puſillamini,
it quidquid perſuaſeris, ferrum tamen admit-
ere nolint, hinc ergo mos gerendus eſt illis,
um applicetur cauſticum quoddam ex lapide
nfernali, vel illud commune ex calce viva&
ſale alcalino igneo, quæ urunt inſtar ignis & eſ-

cha-

charam faciunt, quæ poſtea unguento Baſilico-nis eſt ſeparanda, & ſi integra ſit cutis, tunc nondum apta eſt, tunc iterum cauſticum eſt applicandum & eſchara iterum ſeparanda butyro inſulſo vel ſimili quodam, quod valde ſit emolliens; hiſce intellectis ſcimus, quid ſit ſuppuratio, ex quâ materiâ fiat pus, in qua parte fiat ſuppuratio bona, quid natura faciat, quid ars, quid agendum ſit ante & poſt apertionem factam.

Fiſtulæ.

§ 413. De fiſtulis hic ſum tractaturus; quia infiniti morbi ex iis & ſinibus bene cognitis intelliguntur.

Sinus eſt cavitas præternaturalis in partibus mollibus corporis nata à puris copiâ vel quantitate, continens humorem præternaturalem degeneraſcentem.

Fiſtula vel cavum eſt dilitatio facta in membranâ pinguedinoſâ vel inter illam à materiâ quadam præternaturali, quæ hic ſuâ materiâ vel pondere vel acrimoniâ partes ſuas flexiles erodendo ſibi viam parat, quæ viæ à muſculis vel partibus prementibus variè determinantur; illæ verò viæ curvaturas vel decurſus aliquos ſemper affectant, ſunt eò pejores, quò profundiores poſitæ ſunt, tum nondum illos anfractus incurvos habet, tum dicitur ſinus, qui ita vocatur, quando illa cavitas nullum emiſſarium habet, per quod à fiſtula diſtinguitur, quæ

æ eſt ſinus longus, cujus extremitates ſunt ctiſſimæ, venter verò latiſſimus.

Origo. Nempe eſt materia extra vaſa fuſa in ſa recipi non potens, quæ partes fibroſas ibi iſtentes dilacerat; hinc nunquam fiſtula eſt venta, niſi computruerint humores, & per nſequens inflammatio prægreſſa fuit, quæ ad- eſt diverſa, hinc etiam fiſtulæ ſunt diverſæ, d dices forte inflammationem in fiſtulis luis nereæ non præceſſiſſe, ſed tamen puto, quod verus morbus inflammatorius.

Cauſa eſt materia præternaturalis, ichoroſa, l ſanioſa (nam nunquam pus eſt bonum) æ copiâ & motu minimas membranas dila- t, ut & eas membranas, quæ muſculos eo- mque tendines obveſtit.

Natura. Nam ibi parietes vaſorum vicino- m erunt inflammati & ſemi-putridi, & nil corpore coaleſcere concreſcere & conſoli- ri poteſt, niſi accedat ad naturam boni puri- e vulneris.

Locus. Non ſcio unquam in muſculorum bſtantiâ obtinere fiſtulas, nam per membra- s muſculos obvelantes nunquam penetrat, d muſculi ſemper pinguedine tecti ſunt, ha- ntque membranam pinguedinoſam ſeu cellu- ſam *Ruyſchii*, quæ pinguedinem muſculis undit, & ſic laxos & flexiles ſervat, ſed am muſculi habent quoque alteram huic pri- æ ſuccumbentem membranam ſolidiorem, æ propriè muſculoſa eſt dicenda, & per hanc embranam fiſtula nunquam penetrat, ſed odo per membranam primam adipoſam fiſtu- ſerpit longè latèque, & ubi ad interſtitia uſculoſa venit, ibi ſe inſinuat, & ſic ſub uſculis abit, hocque modo prout motum &

preſ-

preſſionem materiæ purulentæ communicatur, eatenus varios gyros anfractuſque facit, ubi verò ſic fiſtula ad tendines pervenit. Quid tum fit? omnes tendines, ut funes dimittantur per vaginas, quæ vaginæ ſunt de naturâ adipoſæ membranæ, quæ ergo quoque facilè exeduntur, & tum tendo denudatur, nec non ab unguento per hanc membranam ſtillante orbatur, ſi ergo tum pus detergeatur, tum cum oſſe concreſcit, & ſic tum muſculus adhuc quidem bonus eſt, ſed tendo non agit, hinc hujus muſculi virtus eſt perdita. Quid verò fit, cum ad glandulas pervenit? omnes glandulæ conſtant glandulis, quæ dividuntur per membranam, quæ eſt de natura membranæ celluloſæ, hinc materia fiſtuloſa quoque ibi per hanc membranam proſerpit, hæc eſt natura omnium fiſtularum. Membrana celluloſa ſcroti etiamſi non appareat in viris ob inopiam olei, in cellulis ejus, attamen eſt vera membrana celluloſa. Ulcus ſi pervadat ad tunicam celluloſam ſcroti, ibi tot gyros & labyrinthos facit ut nunquam ſanari poſſit. Quando ſanies exit è ſcroto tunc tunica celluloſa ejus ita evaneſcit, ut ſcrotum nil eſſe videatur, ſic in femore ſi naſcatur ulcus per muſculos varios intra celluloſam tunicam ſerpit illud ulcus ſuperius; ſi materies ſanioſa veniat in oſſe, fit ſpina ventoſa.

Effectus ſunt, quod fiſtula omnes membranas tenuiſſimas corporis conſumat, ſibi viam paret, & omnia in pus convertat vel bonum vel malum, tum vita novos motus excitat, legite ſupra hanc rem *Aurelium Severinum in libro de Abſceſſuum naturâ*, ubi dicit, ſi cuidam caput percutiatur, tum oritur tumor

ſuper-

perficiarius, verum cutis capitis multo vali-
or & fortior eſt, quam in reliquo corpore
cepta nucha, & hinc non facile cedit, ſed
men membrana celluloſa hic flatu eſt dilata-
lis, ſi tum hic dragma una vel altera materiei
olligatur, hæc per totum caput obambulat,
ad cervicem pergit, indeque uſque ad os
occygis ſæpe deſcendit, ibi tumore facto ma-
riam deponit & aggregat, ſic ergo mollis
nguedinoſa ſubſtantia in corpore conſumitur,
ullaque fit conſolidatio, nam nil in corpore
onſolidatur, quamdiu hæterogeneum adeſt,
m etiam in hoc loco 1. nulla fit concretio,
uamdiu pus eſt in ſanguine, 2. tum nullum
ulnus conſolidatur, nam in vulnere ubi par-
s ſemi-putrefactæ ſunt, nulla fit conſolida-
o, hinc idem eſt in fiſtula, in qua parietes à
ute factæ ſunt ſemi-eroſæ, hinc non permit-
unt, ut pus concreſcere poſſit, & omnia ibi
ſaniem ichoremque convertuntur, quod non
rius deſinit, donec pars ſit deterſa, quod ta-
nen fieri nunquam poteſt, ſi Chirurgi manus
ccedere nequeat.

§. 414. Signa fiſtulæ apertæ ſunt, 1. ſi mul-
m materiæ per parvum os effluat, 2 ſi ma-
ries aperto orificio non exeat, ſed preſſo
uaquaverſum exit & effluit ex ſpongiâ, 3. ſi
nagna aquæ copia in talem locum per ſyrin-
am injecta intret, tum ſunt fiſtulæ, non ve-
o credo id inſtrumentis duris explorari debere,
d tubi flexiles ſunt adhibendi, & tum ſyringâ
qua injicitur, & hac ratione videmus, an ſit
rofunda fiſtula vel non; quo ad plus vel mi-
us aquæ intrat.

Clauſi. Si profundi & non aperti ſint, tum
ix cognoſcuntur, ut in Spina Ventoſa & Ra-

chitide,

chitide, & tum non melius cognoſci poteſt, quam ſi 1. noverimus locum fuiſſe inflammatum & dolentem, 2. ſi non bene facta fuerit reſolutio, nec ſuppuratio appareat, ſed tamen ſuppurationis ſigna adfuerunt, ſi tum adhuc profundè æger ibi doleat, tum Medicus dicit ibi hærere fiſtulam, hoc cautè eſt obſervandum, ut diſtinguatur ab Aneüriſmate & Varice, ſi verò non tam profunde ſit & manus accedere poſſit, tum mollitiem fluctuantis materiæ ſentire poſſumus, & ſic cognoſcitur fiſtula. Raro homo habet magnos ſinus ac fiſtulas, quin laboret febre hectica, quia pus in ſanguinem reſorbetur. Vidi hominem, qui ulcus ad cervicem habebat, cui dein nati ſunt tumores ad os ſacrum circa nates, is autem tumoribus pertuſis exibit pus, & homo ſanatus eſt ex ulceribus ſuis ad cervicem, & per totum reliquum corpus, quin & aqua injecta per ulcus cervicis exire viſa fuit per inferiora foramina tumoris ad os ſacrum.

§. 415. Omnes fiſtulæ una methodo curantur, nempe depuratione membranæ adipoſæ, nam natura nil impuri curat.

Inferiori id eſt illa ex qua nititur exire materies, & in quam incumbit, natura enim hic totum facit, modo tollantur impedimenta, quæ ſunt flocculi membranæ celluloſæ, qui flocculi inſtar fonticulorum impediunt concretionem; ſed quomodo hæc membrana ſemiputrefacta depuratur? Hoc difficillimè fit, ſed quo verſus materia vergit educenda; ſi Medicus ſciat fiſtulam non eſſe ſinuoſam, tum ad inferiora ad fundum fiſtulæ aperitur, hocque modo ſæpe curatur, nam per injectionem aquæ fiſtulæ ſic ritè depurari poſſunt.

Im-

Impletione. Recentiores id excogitaverunt,
hæc methodus in galliis maximè eſt in uſu,
balſamica putredini reſiſtentia in fiſtulam in-
ıdant eo ſcopo, ut ſolvantur ſemi-putrefacta,
ulterior putrefactio inhibeatur, ſed hi balſa-
æquè ac pus impediunt concretionem, hæc
ò conveniunt in fiſtulis rectis ut inferius a-
iri & ſic detergeri poſſint, ſi verò locus
n purus ſit factus, tum nil requiritur, mo-
imponantur plumaceoli ſicci aërem arcen-
.
Digeſtiva. Vide *Boyleum in tractatu de Phi-
phiâ experimentali*, *Hildanum & Aquapen-
tem.* Sed non illis aſſentior in eo, quod
omittunt de ſuis digeſtivis; omnis enim di-
tivi vis conſiſtit in eo, ut vulnus reddat ni-
m, ita ut concreſcere poſſit, nunquam
tem digeſtivum concreſcet cum partibus vi-
; hinc omne quod promittunt, nil plus fa-
e poteſt quam ut ille ſinus reddatur vul-
s, ſed ſi illud digeſtivum nimis diu maneat,
n ex vulnere fit ulcus, hinc non credo hoc
ıſu eſſe ulla digeſtiva ſpecifica, ſecuti con-
git homini prædicto, cui plura digeſtiva in-
ſum fuerunt injecta, ſed ſtatim atque aper-
fuit tumor in oſſe ſacro, ſanatus fuit ultimo.
ptimum digeſtivum eſt Therebinthina cum
i vitello juxta *Belloſte.* Attendendum etiam
, quod præter illa impedimenta flocculorum
luloſæ membranæ in finibus, accedat etiam
athelis ad putredinem, unde Cacochymia.
Injectu. Id *Paracelſus* fieri voluit, & apud
yleum & alios hac in re tam multa arcana
bentur, laudantque ſummopere adſtringen-
, ut Nitrum, quæ tamen modo in uno ca-
conveniunt, nempe ubi nimia humiditas at-
que

que putredo adſunt, & corroſio requiritur, tum nitrum in aqua dilutum addito parum Elixiris proprietatis injici poteſt, tum fiſtula eſt comprimenda, ut iterum exeant, vide *Aëtium* & *Æginetam*, ſic alter ſolutum nitrum, alter ſpiritum vini Camphoratum vel vinum cum aqua & Sal, vel cum Aloë & Myrrhà vel decocta Vulneraria laudant, hæc quoque naturalem diatheſin ad concretionem (ſi in cæcam fiſtulam injiciantur) impediunt, ſed hæc ſi ſinus rectus à nucha v: g. ad os coccygis decurrat, adhibere poſſunt, ubi ad inferiora foramen pro exitu horum ſit factum, ut hoc modo

℞ Mel. Mercurial. ℨij
Elix. propr. cum ſale tartari & ſpiritu
vini pp. ℨj.
Aq. Comm. q. ſ.
M. F. injectio.

Ligatura. Hæc optima Mechanica eſt methodus, nam preſſio hic multum facit, ut galli notarunt; vide *Verduc*, cogitate v: g. fiſtulam hærere ad os humeri, & pergere deorſum, tum injiciatur aqua cum ſale & melle & claudatur foramen, ſicque fundus fiſtulæ eſt quærendus, & tum fiſtulæ injectu horum benè depurantur, fiſtulæ Elixiri proprietatis cum melle roſaceo & vino deterſæ foveantur, tum liquor injectus exprimatur, & ſic repetendo donec ſatis deterſum ſit vulnus, ſplenium poſtea ponatur ad fundum fiſtulæ, & ligatura comprimatur, foramine verò aperto relicto altero die iterum eadem remedia injecta exprimantur, tumque ſplenium ſupra primum ponatur, & ita hoc pergendo, donec ad apertu-

ram

m perventum ſit, vel donec vulnus ſit planè nſolidatum, verum hæc citius fierent, ſi ger permittere vellet, ut cultro aperiretur lnus, hac ratione fontem fiſtulæ indagaremus, jam facta ſit apertura & fons detectus, pus tergeatur, injiciatur quid mundificans & con- a ſuppurationem tali modo.

℞ Mel. Roſar. ℥ij
Olei infuſi Hyperici ℥j
Balſami Sulphuris Therebinth. ℥v
Spiritus vini commun. ℥iv
Tincturæ Aloës. ℥ij
M. F. injectio.

Sæpe res eſt cum infantibus & mulieribus neris, qui nil plus ferro metuunt, putantes eſcio quid accidere, ſed quid hic remedii? Si ire velim quam profunda ſit fiſtula, hoc au- m experior premendo ſenſim locum, donec ullam amplius poſſim exprimere materiam, m ſumo injectionem depuratiſſimam ex her- s Hyperici, Virgæ Aureæ, quas coquo in iiala alta, ne ejus vis avolando pereat, cui ecocto admiſceo parum ſalis Ammoniaci, & arini, & injicio, donec pus exeuns non am- lius fœteat, ſed injectum æquè purum redeat, m ultimo aliquid balſami infundo, & ſic de ie in diem injiciendo, depurando, & ultima jectione aliquid balſami immittendo fiet cu- tio, hæc Methodus eſt ruſtici Northollandici de *Jiſp*) vocati, qui hac methodo curavit fiſ- ulas inveteratiſſimas; tum applico ad inferio- a ſplenium vel compreſſam parvam ferè digito atam, ſuperiori parte libera relicta; & ſic ſi ucceſſive leniter fiat à fonte compreſſio ſenſim

pro-

progrediendo ad finem curatur; attendo interim, an non pruritus, dolor, ardor, collectio in alio loco, vel aliud ſymptoma ſuperveniat, tunc enim eſt varianda cura. Peſſimæ & frequentiſſimæ fiunt puſtulæ in inteſtino recto dictæ fiſtulæ ani, de quibus optimè ſcripſerunt Chirurgi Pariſini imprimis *Dominus Dionis in libro dicto Cours d'operations de Chirurgie.* Veteres hic valdè timuerunt, quia ſub parvo oſſe ſæpe pus hæret, ſed alia non ſupereſt difficultas, ſi oblonga inciſio fiat inferius v: g. ſi in brachio per longitudinem ſentiatur fiſtula, ab humero uſque ad juncturam cubiti, tum ad cubitum fiat, & pus quatuor digitis ad inferiora premendo pellatur; cætera peragantur, ut prius dictum eſt.

Cannulam. Tum ſtylus argenteus in foſſam excavatus cannula dictus intrudetur uſque ad fundum fiſtulæ, tumque parum elevatur, ita ut pars affecta emineat, poſtea unâ ſectione circa cannulam aperiatur, hocque modo vidi fiſtulas antea per annos tractatas intra quatuordecim dies ſanatas.

Filum argenteum flexile ad apicem obtuſum, quod quoque quadam vi ad vulneris fundum adigitur, tumque infimo loco aperto filum extrahitur, & juxta illud ſectio fit, hac ratione fiſtulæ ani in galliis tractantur.

Omnes hæ tres Methodi in eo conveniunt, quod vulnus depurent; Cætera multa, quæ de fiſtulis curandis habentur, non puto eſſe tanti momenti, nam *Boyleus* laudat præparatum ex vitriolo uſto, quod modo in locum injiciebant, ſic etiam tale remedium *Paracelſus in ſua Chirurgia majori* deſcripſit, dicitque ſe per unum decoctum plus quam centum fiſtulas curaſſe, ſed

hæc

ec univerſaliter non ſuccedunt, hinc patet ſe impoſſibile poſſe curari fiſtulas per remedia terna, ne mercurium quidem excipio, niſi iquando fiat per decoctum ligni Guajaci. iſtulæ verò à carie oſſium ſunt peſſimæ, ut ſi tibiæ ad anteriora, ubi valdè nudum eſt, cipiat, fiſtulam, tum hæc fiſtula, quæ manui acſſum dat, facillimè curatur, ſed ſi ad femur fiat, m per interſtitia muſculorum pergit, & ſic d anteriora deveniens difficillimè curari poſt, ſic etiam ſi caries fiat ſub muſculo delide, tum malum per muſculum ipſum ſerpe nequit, ſed per commiſſuras muſculorum dſcendit, inde patet, quod multæ fiſtulæ ſint curabiles, niſi per curam ligni Guajaci, de uo ligno poſtea dicam, cum de Morbis oſum vel Lue Venerea ſum acturus, ad cariem ſſium curandam fiat inciſio ad os uſque, t mortuum exfoliando ſeparetur, & locus epuretur, tum conſolidatur ſponte.

Syringotomen eſt inſtrumentum fiſtulæ incidendum aptum.

§. 416. *Bubo non malignus eſt tumor inflamatorius, durus, glanduloſus ad axillas vel in guine, qui oritur, ſi ſubito fiat inflammatio, uæ ſi magna ſit, non niſi ſuppuratione curatur.* i peſtilentialis ſit, tum inflammatio eſt prærefſa, & agit ut cauſticum ſummum, Chiurgi enim norunt, quod pars cauſtico affecta on ſuppuret, ſed hoc malum per ſuppurantia el digeſtiva ſeparatur; ex his dictis patet, uam perversè agant hi, qui per cauſticum & errum candens venenum peſtilentiale expellere olunt, quod tamen plerique faciunt, hoc uoque in *urbe Maſſilienſi* factum eſt, verum mollientiſſima ſunt applicanda, nam homines

peſte affecti optimè veteribus dicuntur ſyderati, quaſi à flatu ſideris peſtilentialis illico necati ſint, tum tota glandula à materia inſtar ignis penetrantis exuritur, quaſi fieret à ferro candenti, poſtea pars emoritur, & ſic pars ſemi-mortua cum vivâ cohæret, hocque eſt ſuppurandum, quod ad bubonis labia fit, ſed tum etiam omnia vicina ſimul ſunt ſuppuranda; hinc difficilis & diuturna eſt cura, inde non niſi emollientia ſunt applicanda, ſic Aſiatici Medici ficus in pultem contuſas parti affectæ imponunt, quod maximè emollit, ſic quoque legitur *in Sacris Chizkiam* ſic curatum eſſe ex conſilio prophetæ.

1. *Bubo inflammatorius* eſt, ſi materia adhuc hæreat in vaſis.

2. *Suppurans.* Si materia cum vaſis contundi incipiat.

3. *Suppuratus.* Si omnis in pus ſit converſus.

4. *Peſtilentialis* tum aliquid maligni ſeu divini latet.

5. *Venereus vel virulentus.* Si venerea materia adſit, tum ſemper tendit in ſuppurationem, ſed quia motus ibi eſt lentus, promoveatur Galbani ℥j in albumen ovi diſſoluti Melle & Similibus, hinc hic ſemper ſumma ſuppurativa ſunt adhibenda v: g. Emplaſtra emollientiſſima, Decoctum Avenæ &c.

Parotis eſt inflammatio glanduloſa in ſalivali parotide orta, parotis eſt vel benigna, ut in multis morbis, vel maligna, ut in peſtiferis & lue Venereâ, difficulter ſuppuratur ob motum lentum, promovetur iiſdem.

Furunculus eſt parvus ſuperficiarius Anthrax, vel eſt tumor inflammatorius difficulter ſuppurabilis

bilis natus in pinguedine ſubcutanea, licet ſit xigua inflammatio, tamen eſt fortiſſima; une facit partes excidere & quaſi furere, hinc omen; raro verò ſolum pus fundit, ſed ſemer ſimul ſanguinem, belgicè vocatur een *loedſweer*.

Anthrax eſt tumor gangrænoſus durus, ſæpe iger, uno momento factus, difficillimè ad ſuppurationes deducendus, qui tandem reductus xilit in magnis fruſtis, & dicitur ignis piperi imilis ſeu carbo (belgicè *peperkoorn*) hæc iunt, ſi peſtis ſit, & ſi parvi tumores fiant, um maculæ perpureæ gangrænoſæ adſunt, hic ſt peſſimus omnium, & ſi nigræ, tum nemo nde evadit, notat etiam interiora ſic eſſe affecta, tum acida Antiſeptica & Diaphoretica erpetuò ſunt danda; Anthrax notat cauſas inernas tam violenter agere, ut eſcharam duram lico facere poſſint, ſi verò margo ſuppuretur, um inſtar carnis ambuſtæ excidit, nam ferè dem eſt, ac ſi ferro candenti pars eſſet ambuſta; ſummum remedium eſt jam olim *Chizkiæ Regi* ab *Jeſchabja* commendatum, id ſt ficus in pultem contuſæ, mel & cœpæ ſub cineribus aſſatæ.

Carbunculus. Eſt tumor idem cum Anthrace, ſed minor; ſi particulæ quædam excidentes parva foramina faciant, quæ tot furunculos repræſentant, & pus emittunt, tum oriuntur, & dicitur belgicè *negen oog*. Omnes verò partes ſic affectæ per ſuppurationem labiorum, quibus coercentur, tolli debent, hæc ergo eſt promovenda; hinc emollientia ſunt applicanda & bona diaphoretica ſunt danda, tum materiâ extrorſum derivatâ curatur locus affectus, ſi nil maligni adſit.

Phyma. Si plures carbunculi conjungantur, oriuntur, ſi majores fiant grana peperina (*peperkooren* belgicè) facilius determinantur ad gangrænam & cadunt, quia vaſis deſtituuntur.

Quid mali Anthrax facit? Si pars ſiderata ſeu Anthrax ſideratus adſit, tum hæc vaſa mortua hærent inter viva, & fit inflammatio, elevatur cutis, dolores fiunt intolerabiles, ſi aperiatur, tum non exit, ſi calida applicentur, tum lapideſcit, ſi verò emollientia diu applicentur, tum cutis moritur, tumor aperitur & ſic Anthrax vi vitæ propulſus expellitur.

Eryſipelas de hoc dixi, hæret magis ſub epidermide, hinc apparet flavum.

Morbilli ſunt puſtulæ parvæ inflammatoriæ inſtar morſus pulicum ſub epidermide contingentes, quæ quarto die decidunt ſeceſſu Epidermidis, tum diſtinguuntur à Variolis, antea enim diſtingui non poſſunt; hæ Puſtulæ ſunt valdè periculoſæ, quia ſemper idem fit in tenuiſſimâ pulmonum membranâ.

Variolæ ſunt parvæ puſtulæ inflammatoriæ ortæ hinc inde ad quædam puncta glanduloſa ſubcutanea, dein colligentes pus in parvam veſiculam; quæ, ſi ſuppurentur in bonum pus, dicuntur benignæ, ſi verò ichorem effundant, vocantur malignæ. Benignæ ſemper tendunt in ſuppurationem poſt octo vel decem dies. Si ſint confluentes, tum in magnam veſicam ab epidermide elevatâ factam colligitur pus, quæ veſiculæ continent ichorem ſubrubellum, & his apertis eſchara ferè nigra apparet, in hoc caſu non credo vix ullos ægros evaſiſſe vide *Sydenham.*

Maculæ rubræ ſunt multa puncta rubra, quæ ſpeciem hepatis repræſentant, interdum ſunt

nigræ,

aigræ, interdum purpureæ, ſed has ſequitur immediatè mors, denotat enim eſſe necroſin vel gangrænam in parte vel in toto corpore; tales maculæ in febre ſcarlatinâ apparent, qui morbus tranſit ſemper cum deſquammatione Epidermidis, ſi Medicus ægri peſte laborantis partem peſte affectam ad ſuppurationem deducere poſſit, tum ſemper eum ſanabit, nam cum ille morbus ſit ardentiſſimus, & omnes partes in ægris ſint ſiccæ, tum facilè hæ partes ad putredinem vergunt; hinc Medico eſt utendum remediis Antiphlogiſticis, applicanda ſunt fomenta emollientiſſima & enemata, non autem ſunt danda exſiccantia & calida, ut ſunt Theriacalia, Tincturæ Bezoardicæ, ut perperam factum eſt in cura peſtis Maſſilienſis.

Sciuntur. V: g. oritur Ædema Eryſipelatodes in facie, quam immaniter hoc non tumet? Sed tamen facilè curatur, ſi verò orta eſſet in cerebro, æger ilico phreniticus moreretur, ergo hi morbi benigni ſunt, qui facilè ſuppurantur, & quò difficilius ad ſuppurationem perveniunt, eò pejores ſunt, ut in peſte, ubi ſæpe menſis & plus temporis requiritur, ſic etiam ſi homo incubitu ad nates accipiat gangrænam, tum quandoque hæc pars intra duos menſes ad ſuppurationem & ſeparationem perduci nequit; hinc hic emollientiſſima ſunt applicanda, id circo non mirum eſt in peſte intra quatuor dies non fieri ſuppurationem, ſi verò nimius motus ſuppurationem inhibeat, tum Venæ Sectio inſtituatur, & danda ſunt diluentia.

§. 417. Si pus membranis ruptis hæreat intra cavitates, tum putreſcit, & orietur ſemper ſpecies Phtyſeos aut Hecticæ febris, talis ſit

à materiâ acri purulentâ ſanguini communicatâ.

§. 418. Si ad femora abſceſſus fiat profundus, nec aperiri poſſit, oritur puris reſorbtio, Atrophia & ſæpe Phtyſis ob puris collectionem, & vix in his locis aperiri poteſt ob partes carnoſas; ſi abſceſſus in Thorace ſit, ſcio pulmones affici, & quia pulmo vitæ eſt neceſſarius, hinc mors prævidetur; in abdomine pus corrumpit viſcera abdominalia, ex hoc enim fundamento hæc omnia intelliguntur.

Gangræna.

§. 419. Jam ideam mortis in pleriſque morbis acutis hic daturus ſum, nam quæ natura, cauſa, effectus inflammationis in parte externâ, talis in toto.

Gangræna eſt partis mollis ea conditio, ut liquida vitalia nequeant adfluere ad partes vel refluere ſine vitio relicto, deſinitque in una parte & eſt mors partis.

Alia curatio. Id clare patet, quod aliter hic morbus ac φλεγμονὴ ſit tractandus.

Gangræna dicitur, ſi pars in mortem tendat; hinc etiam mors, barbarè mortificatio partis νέκρωσις dicitur.

Mollis. Nam in oſſibus non dicimus Gangrænam obtinere, *quid verò eſt mors partis! Eſt illa conditio corporis, quæ per vaſa arterioſa non admittit, neque per lateralia ſecernit.* Ergo mors modò ratione circulationis, ſi ergo ruber, ſeroſus, lymphaticus humor in fluore pe-

-erennet, tum pars non eſt mortua, hic verò pars tendit in mortem, ita ut, ſi eadem conditio diu pergat, vel plus augeatur, tum totalis partis mors fit, ita ut à fluxu impedito pendeat, nam ſic partem hominis ſaniſſimi gangræna affici poteſt, nempe ſi tum partem fortiter ligemus, ita ut nil influere nec effluere poſſit, tum partem incipit frigeſcere, liveſcere, & ſi hoc per aliquot horas duret, tum fit ſphacelus, & pars excidit, hoc verò hic repeto, quia omnes Scriptores Medici ſunt in ea ſententia, quod aliquid cauſticum vel mirè acre ad gangrænam requiratur, ſed hoc ſine acri peccante fieri poteſt, ſic contingit totum femur computruiſſe, & putabatur ibi miram acredinem in cauſa eſſe, ſed ibi modo in vena erat obſtaculum impediens refluxum humorum vide *Harvæum* tale exemplum narrantem. Gangræna à ſphacelo diſtinguitur, quod in gangræna calor, ſenſus & dolor adhuc adſint; his abſentibus eſt ſphacelus verus gangrænoſus, ſi non ſuppuretur, compreſſione partium ſubjacentium ſphacelum facere poteſt, ita ut muſculi quoque moriantur; nullus verò fit ſphacelus, niſi gangræna ſit prægreſſa, ſi non ab oſſe malum incipiat vel contuſio magna ſit facta, nam tum muſculi prius quam panniculus adipoſus moriuntur, niſi à ſenio in extremis fiat articulis.

Sphacelus rarior eſt, gangræna maximè fit in panniculo adipoſo; vidi nuper ingentem tumorem inflammatorium in pede intra ſex horas, dedi reſolventia ſuperius dicta, tertio vel quarto die panniculus adipoſus pluſquam ad palmæ magnitudinem excreverat, eratque inflammatio cum magno dolore; tunc ſi fieret

ſuppuratio vel gangræna, metuebatur mors ob pus & mortificationem. Dedi maximè diſſipantia, tandem ſuppurabatur, exibant partes panniculi adipoſi, clamabant omnes Chirurgi pedem eſſe abſcindendum, contradixi ſciens aliquando incredibiliter hic intumeſcere, curabatur bonâ diætâ, caro erat livida, tamen omnia recreverunt, & in inferiori pede ubi nulla apparebat pinguedo, tumor ſextuplo erat major, quod tantum erat in membranâ celluloſa *Ruyſchii* vel adiposâ *Malpighii*. Si nimia ſuppurantia non adhibeantur, omnia recreſcunt, ſuppeditato inferius bono alimento.

§. 420. *Panniculus adipoſus eſt collectio ſacculorum membranaceorum ſupperpoſita cuti & muſculis*. Omnes phlegmones dictæ, quæ tendunt in gangrænam hærent tantummodo in panniculo adipoſo; hinc poſt gangrænam maximam, homines ſi ritè curentur, habent nihilominus uſum ſuorum muſculorum, quia celluloſa membrana tunc temporis ſola fuit corrupta; porro per panniculum adipoſum intelligo quoque hanc celluloſam membranam, quæ non modo ſupra muſculos, verum inter ipſos extenditur, propagaturque, membrana celluloſa mirum in modum per inflammationes tumere poteſt, & quidem decuplo aliquando magis quam naturaliter, ut apparet in variolis, in Roſa bullata, & viſa ſunt brachia, quæ quadruplo fuerant mole aucta per inflammationem, qui tumor oritur ſemper in ſolâ membranâ cellulosâ ſeu panniculo adipoſo; hinc humor hic ſtagnans corrumpitur, moritur fitque gangræna, quando muſculi & tendines nondum ſunt affecti. Hic verò triplex canon ex Anatomicis locum habet.

1. Ubi

1. Ubi plurimi muſculi ibi maxima pinguedo; hic tanta pinguedo circa nates & humeros.

2. Eò plus pinguedinis in loco cæteris paribus, quò partes magis moventur, ut ad abdomen, hinc hic major pinguedinis copia, quam in reliquis locis proportionaliter ratione craſſitiei muſculorum.

3. Ubi minimi muſculi, ibi non hæret membrana adipoſa, ſed tunica cellulosa, eſtque ibi valde tenuis & tamen expanſilis vixque pinguedinem habet, ſic circa ſcrotum non hæret pinguedo ſed membrana cellulosa, ibi tamen hærent muſculus cremaſter & membrana Darthos, ubi verò hæc membrana hæret, ibi gangræna fieri poteſt, hæcque membrana mirificè inflari poteſt, ut vidiſtis in juvene hic in Noſocomio, qui valde enormes pedes habebat, hic verò tumor pendet à ſola hac membranâ, quæ aqua impleta & inflata eſt, ſic quoque intumeſcentia penis à ſola hac membrana pendet, hinc gangræna in omnibus his locis oriri poteſt, ſic vidi talem gangrænam ab humeris uſque ad digitos deſcendiſſe, ubi exſtirpatio indicabatur, ſed tamen bonis remediis pars gangrænoſa ſeparata fuit & æger brachium retinuit. Præterea omnes muſculi ex fibris conſtant, & quælibet fibra accipit talem tunicam celluloſam, ſic ut gangræna per totum muſculum ſerpere poſſit, cum tamen muſculus maneat illæſus, licet aliter appareat, nam plurimi putant tum muſculum æquè conſumi & infici, ſed errant vidi enim tendinem qui ſuppurabatur ab hac membranâ, ſed tamen ſervatus eſt cum motu fere integro.

Sphacelus cuncta. Tendines, muſculos,

 nervos,

nervos, perioſteum, oſſa & omnia occupat.

Gangræna verò ſæpe pro ſphacelo haberi poteſt, quia tam mirificè ſerpit, ſic vidi ingentem gangrænam, ubi muſculi tamen integri manabant, ſed inter muſculos ſe inſinuaverat & ſeparatione hujus membranæ gangrænoſæ factâ, tum muſculi tamen ſuam vim retinebant, ſi verò ſphacelus ſit, tum omnes muſculi ſunt mortui.

Præcedit nunquam aliter niſi fiat ſphacelus à causâ externâ.

Sequitur ſi verò gangræna diu occupaverit partes, tum fit ſphacelus.

Corruptione. In ſemi-corruptione oſſis ſequitur corruptio totius, & ſic à parte inferiori oſſis ad exteriora pervenit, ut in ſpina ventoſa oritur.

Medullæ. Non modo oſſis medulla contuſa totum os corrumpit, verum etiam quando nervi in ſua origine, ut ad medullam ſpinalem contunduntur, pars, ad quam tendunt, ſæpe gangræneſcit.

Perioſtei. Nam tum inferiora inficit, verum quoque contuſio non ita obſervat vulgarem ordinem adſcenſus inflammationis, nam aliquando ilico gangrænam vel ſphacelum producit. Utinam verò hæc dicta legiſſem, cum me primò ad praxin accingebam, nam hujus rei cognitio maximum habet emolumentum, ſed hæc apud Auctores non habentur.

Duxerit. Sphacelus ſemper præſupponit gangrænam, ſed ſi aliqua contuſio in ipſo oſſe vel perioſteo ſit facta, tunc gangræna & ſphacelus ſequuntur.

§ 421. Habent eandem cauſam tam materialem quam efficientem nempe obſtructionem va-

vaſorum & motum illius obſtruentis & ipſius ſanguinis validiſſimum.

Vi. Nam major vis in ſphacelo quam gangræna tam in materia quam in effectu; ſic etiam ſphacelus non tam cito generatur ac gangræna, & tandem ſphacelus hæret in omnibus, gangræna verò in quibuſdam partibus tantum; hinc *Hippocrates* dicit os ſphacelatum ſed non gangrænoſum.

Duratione. Nam primum id eſt gangræna tendit in mortem, & ſphacelus nunc demum eſt mors partis.

Loco. Gangræna in pinguedine hæret, ſphacelus verò in muſculo, perioſteo imò ipſo oſſe.

Vidi aliquando pedem gangrænoſum factum & dein adeo tumidum & mortuum apparentem, ut Chirurgus ſat peritus putaret eſſe ſphacelatum omnino & ideo eſſe exſtirpandum, tum verò advocatus inveni tumorem maximum ſed frigidum prorſus, ita ut etiam putarem eſſe exſtirpandum, ſed tamen rem penitus conſiderans adverti calorem quendam ad extrema digitorum, quæ non erant adeo tumida, itaque adhibui fomenta maximè reſolventia, putredini reſiſtentia, nempe muriam ſalis cum vini & herbis aromaticis coctis ut ſcordio &c. quæ deſcripſi *in Materiâ Medicâ*, tum demum poſt aliquod tempus factæ fuerunt in illo pede fiſſuræ undequaque, & hoc pacto tota celluloſa membrana à ſubjectis muſculis gangrænoſa ſeparata eſt, ſed tunc temporis cum muſculi apparerent integri & ſani, remotis his reſolventibus adhibui leniora ad pacandam inflammationem, non tamen efficere potui, quin gangræna ſerperet per tunicam celluloſam tendinum, quâ abſumptâ tandem & delapsâ tendines

accreverunt oſſibus, & æger ſanatus eſt illo pede qui tamen ita rigidus manſit, ut illo amplius uti non poterit.

§ 422. 1. *Omnia.* Hoc clare patet, nam quid eſt gangræna? mors partis, quid eſt mors partis? conditio Phyſica, quæ influxum vitalem arterioſum refluxum venoſum, & ſimul ſecreti liquidi defluxum inhibet, ergo gangrænæ cauſæ ſunt ſequentes, 1. ut adſit obſtructio, 2. nixus ingens in materiam obſtructam. 3. ut partes frangantur nempe membranæ celluloſæ partes, idque non tam æqualiter ac in ſuppuratione.

α. Si vena ſolitariè ad partem pergens comprimatur à quadam causâ internâ, vel ſi ligetur, ut nil remittat, tum pars tremit, calet, liveſcit, & gangræneſcit, ſi verò arteria comprimatur, ut nil permittat, tum exareſcit & exſiccatur pars, ad quam ſola pergit; ſic tale *Diemerbroek* narrat exemplum, quod accidit *Ultrajecti* in juvene ſtudioſo, qui ebrius domum redeuns ſe tamen ante feneſtram poſuit ad videndos prætereuntes, ille verò tum ſomno quaſi ſepultus in hoc ſitu manſit uſque ad ſequentis diei tempus matutinum, tum verò evigilans ſe reſtituere non potuit, & pedes cruraque terribiliter intumuerant, ibique gangræna erat nata, quia ſanguis arterioſus circulare non potuit ad cor, nam tibialia nimis fortiter adſtrinxerat, hinc venæ erant compreſſæ, & ſe ſuſtinere non poterant, putebat enim ſe pedes non habere, ipſe verò inde mortuus eſt, idem accidere videmus in ſuſpenſis, hæc verò oriri poſſunt à ligaturâ, 1. in loco ſaniſſimo, 2. in loco inflammato.

β. Har-

β. Harvæus in libro de generatione Animalium le exemplum habet, ubi homini naſcebatur gens tumor in femore circa venam cruralem, ui ſenſim liveſcebat, ſicque ſubſecuta eſt garæna partis, nulla cauſa aderat, niſi ſteatoma enoſum magnum vas comprimens, ſic venæ omprimi poſſunt, ita ut cauſas ignoremus, nc modo hic dicimus hoc factum eſſe à comreſſione, licet malum ſit incurabile.

γ. Frigus magnum, quod per multos grais calorem noſtrum ſuperat, calorem exſtinuit, ſi homo ponatur in frigore. quod frigus ntum à calore noſtro recedit ac ſanguis caliior aëre, tum partem conglaciaret, & ſi hoc rofundè ſit, tum fit ſphacelus, ſic in obſidioe quadam princeps amiſit à frigore brachia & edes & modo truncus remanſit, ibique multi nilites in excutias omnia membra externa ſolo runco remanente amiſerant; frigus in corpore git per ſpicula ſalina, quæ mirabiliter in parte ongelata agunt, quæ inde rigeſcit, hæc verò icula ſi moveantur, tum omnes partes, quius ſunt infixa rumpuntur, & fit gangræna on ab humoribus urgentibus, ſed ab his ſpiulis motis, motus verò horum fit ab igne; inc pars conglaciata non igni admovenda, ſed in quam frigidam eſt intrudenda, ſic enim caro onglaciata, ſi aquæ gelidæ imponatur, uti tiam pomum, tum circa carnem & pomum qua conglaciatur, & ſe applicat, hocque nodo ſpiculæ per eandem viam quam ingreſſæ unt extrahuntur; nam ſunt lanceolæ per aërem notæ quæ uniformiter vi ventorum ſe inſinuant n meatus, & faciunt, ut pars ſit rigida, hinc utreſcit, ſed ſi nive involvatur pars, tum illa picula extrahuntur illæſa parte, aliter hæc cor-

pora putreſcunt, ſic etiam in nobis fit.

δ. In inflammatione quædam partes moventur, quædam non, obſtructæ non, ſed laterales, jam verò ſi ſpicula impediant fluxum per lateralia, oritur Phlegmone & Gangræna. Norunt etiam Chirurgi à valde pingui idem fieri, quia totus impetus illa vaſcula conterit.

Abſtringentia non niſi in initio phlegmones proſunt, ſed his non inſiſtendum, uti dixi, idem de repercutientibus verum eſt, quæ vaſa anguſtant, ſi in phlegmone adhibeas adſtringentia, tum motum impedis, ſic etiam frigida faciunt, imprimis verò ſtupefacientia, tum ſemper ex phlegmone fit gangræna, ſicque quaſi comburantur pedes, nam partes ab inflammation. quaſi comburuntur, hinc dum frigida applicantur, fit gangræna, omnia enim hic commoliuntur, & per ea, quæ tum applicantur omnis vis ad interiora adigitur, tum fit ruptura, & hinc gangræna, nam ſemper in loco inflammato adhuc motus eſt, qui his compeſcitur; per oleoſa tenacia fit gangræna, hinc qui à phlegmone gangrænam avertere vult, ille locum perſpirabilem tenere debet, ut *Sanctorius* ſuadet, ergo fomenta ſunt applicanda ex aceto ſale & ſimilia.

Stupefacientia. Ut ſunt Narcotica, quæ quidem per ſe non ſunt mala, ſed quia mens non animadvertit ſigna in ſomno, ut dolorem, ardorem hinc non quæruntur; ſed medici ſæpe dant in febribus aquam aromaticam, ſal volatile aromaticum, ſal viperarum, & ſal cornu cervi, ſpiritum ammoniaci, hæc omnia incendunt & flammam & motum augent, hinc hæc ſi non requirantur, viam in gangrænam parant.

Acria

Acria. Si v: g. æger aſſumat Theriacam el ſal volatile, & tum ſimul externè applicet notum ſiſtentia, dum interim internè augeır, tum citius gangræna fit; medici reentiores ſæpe ſuaſerunt ægris, ut aſſumant al-a, cæpas, ſal Cornu Cervi, Camphoram, Diaſcordium & ſimilia, tum gangræna eo ci-us fit, quia eſt obſtructio, ſed cum motus igens ad partem obſtructam irruat, nec inte-m ille motus hoc obſtaculum ſuperare poſſit, ım eo citius fit gangræna, non ſi v: g. de-em ova habeam, tum ſi omnia conſtringere elim, tum eorum teſtæ mihi ſunt frangendæ, c etiam hac ratione omnia franguntur, hæc rgo eſt natura gangrænæ.

ε. Hæc gangrænam ipſam citiſſimè producit, l eſt ſi inflammatio ſit in aliqua corporis parte, z ſimul febris excitet interiora, ſic blanda auſa ita augetur, ut partem deſtruat; ſic quo-ue Diaphragma Pleura & Inteſtina inflammari oſſunt, & hæ inflammationes æquè poſſunt bire in gangrænam, ſed dicetis forſan, quod ixerim eam modo hærere in celluloſa mem-rana ſeu pinguedinoſa, hoc verum eſt, ſed bi quoque hæc membrana invenitur, licet inguedinem habeat, ſic etiam hæc membrana mnes arterias venaſque ambit.

ζ. Medici quò magis in praxi ſunt verſati, ò plus repudiare ſolent methodum à præcep-ore præſcriptum; ſemperque fere putant, quod ractum os ſemper debeat reſtitui, hoc quidem erum eſt, ſi nullum adſit contraindicans, empe ſi videamus ægrum inde moriturum, um pars non eſt reponenda ſed relinquenda, am melius unam partem deformatam habere, uam totum deſtructum, ſic quandoque in

fiſtu-

fiſtulis magna eſt inflammatio, tum facilè fit gangræna, ſic quoque putatur luxata pars ilico reponenda, ſed ſæpe accidit partes immensè tumere, ſi quis reponere velit, ille facit gangrænam, hinc in omni tali caſu operationem omittere debemus.

η. Omnia illa inventa de oleis ſtillatitiis v: g. de cornu cervi de pinguedine humana, de lumbricis, de Galbaneto *Paracelſi*, quod fit Myrrha, Galbano, Maſtiche & pluribus gummatibus, ex quibus vi ignis oleum acerrimum educitur, quod à *Paracelſo* commendatur in paralyſi partium, ut partes eo fricentur, & in contractura, Anchyloſi, hæc verò omnia juxta *Helmontium* nullius ſunt momenti, nam in inflammatione vel ſuppuratione fricanda applicata ſæpe gangrænam inducunt, nil enim plus quam oleum acre alcalinum gangrænam facit, imo nonnulli Emplaſtrum Diapompheligos quod eſt macilentiſſimum, ferre non poſſunt, quin Eryſipelas oriatur.

Contuſa. Puto verò, ſi contuſio talis ſit facta, ut ſanari non poſſe videretur, me tamen ſanare poſſe, ſi modo calor & ſenſus adhuc adſint, ſi verò pars jam ſit frigida, tum ſanari nequit, ſed quidem ab ulteriori putredine præcavere.

θ. Si v: g. homo fregerit crus, & Chirurgus methodum non bene obſervet, tum totum corpus calcaneo innititur, ſi hoc ſic per viginti quatuor horas duret, tum dolor oritur intollerabilis, ſicque videtur totus locus niger & pars gangræna eſt affecta, hinc periti Chirurgi totum femur & pedem ſuffulciunt ad poplitem, ut ubique ſit æquale pondus, ſic quoque facilè gangræna ab incubitu circa coxas fit,

:, ita etiam circa olecranon & ſcapulas, non :rò eſt pejor morbus, quam hic, & homo, ıi ſic parti incumbit & eam non movet, accipit gangrænam in partibus quibus incumbit; nc in decumbentibus ſemper de hac re cogire debemus, & ſtudere, ut partes æqualiter ɔndus ſuſtineant, & talis æger, quandoque ıppoſito linteo (belgicè *ſervetten*) elevandus t, tum partes parum liberantur; hi verò ja:nt plerumque in dorſo, quia ibi tum latiſſima t ſuperficies; hinc oſſis coccygis, ſacri & ſcaılæ eminentiæ afficiuntur, hic verò lectus li:t molliſſimis plumis conſtans tamen incubitu ıſtar lapidis dureſcit; hinc aluta (belgicè *ſeemer*) eſt ſupponenda, quod eſt optimum reıedium & magnum arcanum.

1. Uti fiunt circa Umbilicum vel inguina, ːrca ſcrotum, in fæminis poſt partum imprinis, vel adhuc gravidis plerumque in Umbico, umbilicus enim hic huic malo plerumque t obnoxius, quia peritonæum ibi loci eſt uaſi nudum, hinc ſi fiat laxum in ſuis partiıs, tum per illud anguſtum foramen exit cum mento vel etiam cum inteſtinis, & facit pleımque ampliſſimum ſaccum, vel ſi præterea d inteſtina ſemper accedit fex, quæ ex illo in:ſtino egredi iterum non poteſt, fit ejus conrictio & gangræna, niſi intrudatur iterum in ɔdomen viginti quatuor horarum ſpatio; in iris plerumque oritur Hernia ſcrotalis, quæ ɔdem modo ac Umbilicalis oritur; ſcitis nim lamellam exteriorem eſſe adhuc tenſam n abdomine, ſi nunc oriatur laxitas quædam in eritonæo, tum ibi loci, ubi peritonæum tanım eſt ſimplex, fit extenſio, & formatur ſacus continens ipſa inteſtina, ab hac lamellâ in-

interiori, quæ per dictam vaginam ſe expandit uſque in ſcrotum, & ibi etiam ſæpe colliguntur fæces, & oritur gangræna, tandem fiunt ſingultus, Vomitus, Borborigmi, Deliria, & ſic brevi mors, nam vis inteſtinorum urget in hunc ſaccum, eum dilatat, oritur inflammatio, quia vaſa magis ſtringuntur, tum vita in locum urgens cito gangrænam facit, hinc aperiendum eſt, quia hic ſtercus colligitur, nam ſtercus quidem introire poteſt in inteſtina ſtrangulata ſed non iterum exire, unde illa mala ſupra dicta ſuperveniunt, ergo Venæ Sectio inſtituatur, Clyſmata injiciantur oleoſa, oleoſa propinentur, & fomenta oleoſa applicentur, ſi verò jam inteſtina ſint ſuffocata, & gangrænoſa, tum ſi non moriatur æger, apertura eſt facienda, aliter manet perpetua Cloaca, quod ferè ipſa morte ægro eſt intollerabile. Ubi vaſa Spermatica devenerunt prope oſſa pubis, tranſeunt utrimque per annulum, qui eſt inter ſecedentes fibras muſculorum tranſverſalium abdominis; hic autem fieri poteſt Hernia, quando inteſtinum ileum, quod ibi adeſt, protruditur per hunc annulum, & deſcendit in ſcrotum, ſi verò hoc inteſtinum materia turgens ſtranguletur in tranſitu ſupra oſſa pubis, tunc gangræneſcit, & hæc Hernia vocatur completa; Bubonocele verò fit in Inguinibus, quoniam ibi peritoneum non eſt validum, tandem etiam fit in Umbilicali regione quia ibi vena Umbilicalis tranſit & perforat peritoneum, quod hoc pacto ibi eſt multo debilius, tandem fieri poteſt Hernia in aliis locis abdominis, ſi peritonæum lædatur quocunque modo; tum verò ſi inteſtina exeant, nec ſtatim reponi poſſint, oritur gangræna & mors niſi

abſciſſa

ſciſſa parte putrefacta bina inteſtini extrema
nâ fortunâ concreſcant peritonæo *Vide Cour-
al de bubonocele.* Aut etiam conglutinari
ſſunt vulneri, & tunc fæces ſemper exeunt
r vulnus.

§. 423. 2. *Deſtruantque.* In paragrapho
æcedenti recenſui cauſas gangrænæ. Ibi
imores adhuc boni ſunt non acres, nam
a acrimonia ſemper poſt mortem oritur,
inquam enim obſervavi talem acrimoniam
corpore eſſe, niſi orta fuerit à morbo præ-
eſſo, hic verò vobis cauſas recenſeo ab a-
imoniâ humorum deſumptas; vix tamen
rimonia humorum fieri poteſt in corpore vi-
nte, modo aër non accedat, ſed ſtatim at-
e mortuus eſt homo, tum omnes humores
aleſcunt, verum in quibuſdam morbis etiam
viventibus acres fiunt humores, ut in Specie
orbuti, Rachitide, lue Venereâ; hinc oleum
itrioli, mercurius ſublimatus, ſpiritus urinæ
rimoniâ ſuâ exedunt partes corroduntque,
, ut fiat gangræna.

α. Nam dixi, quod putredo oriatur à ſtagna-
one, putredo verò magnam acrimoniam fa-
imprimis ſi aër accedat; ubi humor ſtagnat,
homo cœteroquin ſanus eſt, acerrimus fit
mor. Multi hoc negant, ſed tamen certum
cum à poſteriori comperi, aperui cadaver
drope mortuum, cum ex hoc aperto exiret
um, adſtantium pulmones ſubito invaſit
is anxietas & reſpirandi difficultas, quaſi
eum vitrioli hauſiſſent, aut plurimum ſul-
uris attraxiſſent, omnia viſcera hujus cada-
ris ab hoc acri humore erant quaſi maceran-
putrefacta, omentum tactu cadebat, hepar
at contractum in minimum ſpatium; pus
dia-

diutius retentum fætidiſſimum fit, idque ſolum à ſale & oleo acribus & volatibus cauſticis factis, urina in hoc cadavere erat tam fætida, quaſi in calculoſo, de quo diximus urinam cathetere eſſe eductam, nec mirum quod ab hoc liquore acri, omnia interna viſcera adeo corrodantur, ut omnia putreſcant, nam ſi talis ſtagnatio fiat in cranio, oritur Hydrops capitis, & totum cerebrum in ichorem fætidum reſolvitur; ubicunque & quacunque fuerit hæc materies, ſi diu hæreat in quodam loco, fit acris & putrefacit omnia; ſic de reliquis.

Cruor. Si cui v: g. arteria intercoſtalis percutiatur, tum ſanguinem fluit in cavum thoracis, hinc ibi hujus putrefactio fit, & viciniæ gangræna, nam licet aër non accedat, tamen tepore & calore fit putrefactio, ut vidi in Capitano; in quo ex abdomine aperto tantus fætor oriebatur, ut vix ferre potuerim, imo ab attactu contentorum abdominalium Epidermis deglubita fuit, talis aderat putredo.

6. Si per quendam locum violentus acrium humorum motus ſit, tum fit gangræna, unde in his hominibus toties tanta mala oriuntur.

Morboſa. Multi Auctores negant à morbis tales putrefactiones oriri, ſed illi ſcorbuticorum gingivas ſuboliaciant à jejunis averſo corpore, ferè cadent in animi deliquium; temperies eſt acris in lue Venerea & Similibus morbis.

Lympha. Ad tendines aliquando adeo acres fiunt humores, ut exurant partes; has gangrænas ab his cauſis ſeu una harum ortas vidi diu ſuſtinere poſſe, & curando lethales fieri, unde vulgò fit belgicè *leedewater.* In Coryza ex naribus

bus ſtillat humor, qui labia exulcerat, &
i urit.

Dyſentericus. In Dyſenteria fluore ſanguinis atur humor in tantam acrimoniam, ut niculi inteſtinales abraſi exernantur.

Materia febrilis. Sæpe in febre materies eſt acris, ut gangrænas poſt magnas inflamiones prægreſſas excitet, tale quid vidi aurifabro, qui bina crura adeo inflammata uit poſt febrem, ut nullo modo impedire uerim gangrænam ſervato tamen ægro.

Cancri ichor, qui lintea ipſa corrodit, vidi in mulieribus cancro depaſtis induſia, ſi aquâ forti eſſent corroſa, unde Chirurgi vocant virus, idem intus contingere poteſt g. pancreas concreſcat, orietur fluor Dyericus, qui aliquando totam fiſtulam innalem corruptam extrudit.

Varioloſæ. In variolis idem aliquando vide-, ubi in curatis inflammata gangrænoſa exint.

Carnem, aut ad quamcunque aliam partem, ipe ſi materies deponatur in aliquem locum, d imprimis probant variolæ confluentes, in e ſæpe intra paucos dies, vel etiam foras is oculus excidit gangrænoſus.

Gingivas, ita ut dentes ex ſuis aveolis ſponcadant, corruptis perfectè gingivis ab illo rodente.

. 424. 3. Vidi exemplum in conſule hujus is, qui incidit in ſpeciem indolentiæ, miır cum homo eſſet aliter ſatis timens, narat ſibi quid ad pedes tumere, vidi digitum is totum putrefactum jam eſſe mortuum, ſiderando ætatem malumque progreſſurum exſtirpatione non cogitabatur, tandem gangræna

græna pergente cum levi delirio quaſi ſomnians mortuus eſt; pars gangrænâ affecta à defectu humoris influentis diu ſuſtineri poteſt, non verò eſt ſeparanda, nam tum parvus admodum locus afficitur, & quaſi vermis eſſe videtur, tum dein hi Lethargi fiunt, antequam moriuntur, hic enim ſeparatio non eſt tentanda, nam hæc mortem partis & totius proſerpendo accelerat, verum tum cardiaca ſunt danda, & locus cum ſale & aceto fovendus, ſic enim talem ſenem per unum annum & dimidium tractavi, ſed cum contra meum conſilium emollientia ſunt applicata, tum totus pes, dein femur gangrænoſum factum eſt. & paulo poſt æger eſt mortuus. Illis ſenibus quibus eſt lentus ſoporoſus morbus præ ſolo virium defectu his omnibus gangræna ad digitorum extrema pedum oritur. Sæpe aliquando ante mortem oritur in hominibus quies ſumma, ut videantur ſe quaſi ſe bene habere, ſed tunc tanta eſt penuria ſpirituum, ut nunc motus in parte gangrænoſa ſubſiſtat, tum ſtatim actum eſt de vita.

Debilitas ob humorum ſtagnationem.

Circa Gangliones. Ganglion eſt membrana firmans nervos plurimos mox emittendos, v: g. nervi, qui pervenire debent ad inferiora inteſtinorum tenuium è thorace emergunt per diaphragma & tendunt ad meſenterium, ubi magnus plexus naſcitur, qui nervi ſub diaphragmate tranſeuntes firmantur.

§. 425. 4. Mirabile eſt, quod mulier lue Venerea affecta tantummodo ſolo affrictu & applicatu ſic hominem corrumpere poſſit, ut totus putreſcat; vidi juvenem, qui luem veneream contraxerat peſſimam, oſſa depaſcen-

tem

& ulcera terribilia creantem, cum tamen
nmodo orta fuerit ab eo, quod ille ju-
is, prout faſſus eſt, ipſe, genitale mem-
m ad pudenda muliebria admoviſſet, neque
en intromiſiſſet ullatenus. Veteres tradunt
n fuiſſe homines, qui ſalivâ ſuâ omnia ani-
lia occidebant. Venena adſunt, ut peſtis,
e dum parcit brutis, homines tamen interi-
t, & vice versâ, at etiam in peſte bovina
boves laborant, non alia animalia, quæ
n iis in eodem ſtabulo degunt; hinc in cor-
ibus ſingulis animalium ſunt vires reciprocæ,
od quidem ab *Hippocrate* τὸ θεῖον vocatur; in
idis regionibus ſcorpiones & ſerpentes ſunt,
le morbi gangrænoſi oriuntur; eſt in africa
ens quædam ſeps vocata (vide *Lucanum in*
arſalia) quæ, quamvis ſit admodum exigua,
at putrefactionem univerſalem per totum
niculum adipoſum; à morſu Tarantulæ
us ſyſtema nervorum patitur vide *Baglivium.*
morſu viperæ totus homo fit ictericus; hinc
t tantum in bilem, & in aula Hetruſca viſus
magnus bos à viperâ morſus brevi poſt
rtuus concidiſſe & aperto cadavere nulla
ta hujus mortis inveniri potuit coram Duce
Clariſſimis Viris *Borelli* & *Bellini.* Legimus
gatoclem, qui terror erat vicinis, porrecto
ntiſcalpio, quo poſt prandium gangivas
lperet, cujus in cuſpide erat venenum toto
ite & gingivis computruiſſe & contabuiſſe.

§. 426. Jam quæritur, quomodo ſcimus,
od in gangrænam tranſeat phlegmone vel
us morbus? Si cauſæ gangrænæ præceſſerint,
itaque Medicus cauſas gangrænæ intelligat,
eas præexiſtere obſervaverit, tum gangræna
ura, ſi v: g. in corpore ſatis valente videam

tumo-

tumorem ſteatomatis venam iliacam compri-
mere, & qui hoc ſeu hanc cauſam præexiſtere
videt, ille facilè gangrænam futuram vidit,
niſi tumor tollatur.

§ 427. 1. Si Phlegmone jam conſpicua fue-
rit cum omnibus ſuis ſignis, & tunc omnia
phænomena ſubito ſine ullâ causâ ceſſent, ſi
ante paucas horas locum attingens audiam æ-
grum vociferari præ dolore, locum tumentem
video calidiſſime rubentem, ſplendentem, at-
tendo, an pulſus adſit, ſuppuratio, mutatio &c
fortis ſi nulla alia cauſa gangrænæ ſit.

2. *Senſus hebes.* Gangrænoſus locus eſt ſem-
per inſenſibilis, tumens inflatus membranâ
craſſiori quam naturali tectus, nec pars infe-
rior pondus ſentit, quia ſuperior nimis premit
ipſam. Ubi verò hæret gangræna? ſemper in
membrana pinguedinoſa per quam nervi diſtri-
buuntur, qui tum moriuntur, verum tum cu-
tis nondum eſt mortua; & hinc cutis adhuc
dolet, ideo cum hic dicitur ſenſum hebetem
eſſe, id intelligitur tantummodo de parte gan-
grænâ affectâ; hic verò primo cutis nondum
eſt affecta, ideo dolor adeſſe poteſt, cum ta-
men gangræna adſit, verum cutis quidem
tantummodo vaſa per panniculum adipoſum ac-
cipit; ſed hæc per totam cutim longè latèque
diſtribuuntur, & ſic paulo ſupra locum affec-
tum vaſa ex panniculo emergentia huc quoque
ferri poſſunt.

4. Pathognòmicum ſignum inflammationis
eſt tenſio, ita ut fiat dolor maximus, ſi ini-
tio prematur, primum retroſilit magnâ vi
quaſi pars eſſet valde elaſtica; in gangræna
verò hoc non fit, niſi cutis quandoque poſſit
eſſe adhuc inflammata, cum tamen membrana

cel

ellulofa jam ſit gangræna affecta. Pars flaccida preſſa non reſurgit, quia non affluunt liquida, quæ retunderent.

5. *Puſtulæ* id non fallit, in omni nempe loco, ubi videtis phlegmonem adeſſe, ibi videtis Epidermidem elevari in puſtulas ſeu veſiculas, quaſi ab urticis eſſent factæ, aqua vel ichore ſubflavo ſeu rubello impletas, tum certi ſitis gangrænam eſſe natam, & quò plures & majores puſtulæ, eò pejor eſt res, & ſi colore rubello impletæ ſint, id valde malum eſt ſignum, ſi verò ichore hoc peſſimum eſt, tumque eſt magnum periculum futuri ſphaceli; ſi verò liquorem colore & dote aquam referentem contineant, tum non multum eſt periculi, ſi hæ puſtulæ rubræ ſeu ſubflavæ aperiantur tum liquor effluit, & intra tres horas pars ſuppoſita fit nigra; hæ puſtulæ ſemper ita apparent, niſi fiat in decubitu, ubi Epidermis compreſſa à cute ſubjectâ abit; hinc patet, cur *Hippocrates* dicat, quod urina ichore plena ſit lethalis, notat enim veſicam gangrænoſam factam vel renes; hinc quoque patet, cum ſtercus ichore miſtum ſit mortis brevi futuræ indicium, ſi homini non ſentienti effluat, notat inteſtina gangrænoſa; ſic etiam ſi homo exſpuat talem materiam, tum notat gangrænam pulmonis; hinc hæc ſigna inter peſſima in morbis acutis habentur; hic verò adhuc ſemel repetam, noto gangrænam prius membranam adipoſam deſtruere, ſed tum cutis adhuc viva manet, quæ tamen poſtea quoque moritur, vaſa verò tum tamen adhuc adferunt ſuos liquores ad partem mortuam, & hinc hi liquores accumulantur, unde illæ puſtulæ tumque materia olim tranſudans jam in ichorem degenerat.

6. *Frigore.* Pars verò à frigore gangrænoſa facta ſeu à congelatione habet longè alia ſigna, quam in præcedentibus recenſita ſunt, quia ab aliâ oritur causâ, illa pars prurit, eſtque punctura ingens primo in parte, ubi ſcitis, cum habueritis manus valde frigidas, tum ſenſiſtis puncturam ingentem hinc inde quaſi aciculis partes pertunderentur, imprimis ſi ad ignem accedatis, tum dolor punctorius oritur magnus, hocque notet partem ſatis prædiſpoſitam eſſe, ut pereat, tum adeſt rubedo ſublivefcens, ſic ſi in ſummo frigore, aures cum livore rubeſcant, ſeu nares fiant rubræ, & in pinna naſi oriatur circulus liveſcens, tum gangræna has partes occupat, & fit pruritus circa gangrænoſæ partis margines; quando accedimus ad ægrum cum magnâ febre conflictantem accedente maximo dolore, tumore ad partem, & aliquot poſt horas redeuntes ſine ullâ causâ cognitâ videmus hæc omnia ſymptomata evanuiſſe, tum pars eſt mortua & gangrænoſa facta.

§ 428. *Sphacelus.* Hunc ſcio futurum, 1. ſi videam gangrænam magnam procedere, nam cum gangræna ſit mors membranæ adipoſæ, quæ membrana ſupra & infra muſculos ponitur, & ſimul muſculos quaſi perforat, & inter eorum fibras ſe inſinuat, hocque modo muſculum quaſi penetrat; hinc nondiu gangræna eſſe poteſt, quia ſimul partes vicinæ inficiantur ergo etiam muſculis tum malum communicatur, dein quoque gangræna validè fibras muſculares & vaſa præ tumore comprimit; hinc liquorum per vaſa influxum ut etiam ſpirituum nervoſorum impedit, inde gangræna muſcularis fit, qui eſt ſphacelus, quia tumor ſubjacentia ſuffocat; verum ſphacelus, qui à ſenio

&

: debilitate oritur. ille habet alia ſigna, ſi v: . ad extremos articulos pedum parvum punc- um purpureum appareat, quod ſe aperit, & :horis gutta exit, tum ibi interiora inſtar lintei arpti apparent & eminent ex foramine, tum erti ſumus ſphacelum futurum quidquid fa- iamus, ille articulus cadit, dein etiam alter : ſic porro pergit, hic verò ſphacelus on à ſignis phlegmone prægreſſis, ſed ine iis fit; hinc etiam non valet argumentatio, ſt gangræna prægreſſa, ergo eſt ſphacelus, ed eſt maximum periculum, ne oriatur ſpha- elus.

§ 429. 1. Verum ſi ingens gangræna ſit rægreſſa, quæ etiam diu hæſit, tum ordina- iò ſphacelus adeſt, ſed tamen huic ſigna non atis fidere poſſumus, ſed ſimul ſenſus adeſſe iebent, ita ut viderim ſcalpellum à Chirurgo n parte adactum ad perioſteum uſque ſine ſen- ù ullo doloris; hic verò quæſtio oritur mul- um inter Medicos agitata & nondum compo- ita, an pars ſphacelata motu ſit deſtituta? mo- u deſtitutus eſt, quatenus ſphacelatus eſt muſcu- us, ſed ſi muſculus partem ſphacelatam mo- ens non ſit ſphacelatus, tum moveri poteſt, ic digitus eſſe poteſt ſphacelatus, ubi tamen jus extenſor ſit vivus, tumque moveri poteſt, ic pueri ludentes ſumunt pedem anſerinam & rahunt ejus tendines, hacque ratione articulos ligitorum pedis movent, quia pes non move- etur per ea, quæ ſunt in pede, ſed quæ circa ibiam ſunt, hinc licet tendo ſit ſphacelatus, amen muſculus huic tendini annexus agere umque movere poteſt, nam eſt modo quaſi unis & nil ad motum facit, niſi quod parti nobili annexus à muſculo trahatur. Fui ali-

G 2 quando

quando in conſilio Medico, ubi proponebatur, an ſphacelata eſſet pars nec ne, hic verò Medicus quidam dicebat partem non ſphacelatam eſſe, quia movebatur, ſed erat tamen verus ſphacelus, & licet etiam tendines ſint ſphacelati, tamen ſi muſculi adhuc vivi ſint, pars moveri poſſit, nam tendines pro fune tractili inſerviunt.

2. *Puncta.* Cum membrana celluloſa ſit craſſiſſima & profundè pergat; hinc Chirurgo eſt adigenda lanceola, donec ad ipſa oſſa perveniat ſine ullo dolore facto, antequam aſſeri poſſit ſphacelum eſſe, neque tum etiam ſanguis eſt exeundus, ut detur optimum prognoſticum.

3. *Mollities.* Sphacelus incipiens eſt mollis, ſic etiam putreſcentes cadaverum muſculi ſunt valde molles, quod eſt ſignum manifeſtum, raro aliter accidit, quin tum ſphacelus non adſit: memini enim me demonſtraſſe in Noſocomio in pede mulieris, in quo cute detractâ mirè variegati colores apparebant in membranâ adiposâ in uno loco rubrâ, in alterâ flavâ in tertio albâ, hac verò membtanâ detractâ caro ſuppoſita erat nigra, ſed an ſemper hæc mollities obſervatur? non, nam quò pars gangrænoſa in initio mollior, eò poſtea magis dureſcit, quia omnia liquida diſſipantur, quod peſſimum eſt, ſic quoque videmus, ſi tempore æſtivo aëri humida ſuſpendatur caro pro canibus, hæc primo incipit quaſi liqueſcere, ſi verò poſtea ſiccitas aëris ſuperaccedat, tum diſſipata parte liquidiori valde induratur.

Durities fit, ſi vis vitæ deſinat; exemplum eſt Hagæ-Comitis in muliere habente ſphacelum perfectiſſimum in crure, & quia in conſilio Medico putabatur ſphacelum nimis repiſſe,

&

amputato crure ægram tamen ſupervivere
on poſſe, amputatio etiam non fuit inſtituta,
d ſcarificatione in viva parte facta applicatum
t fomentum ex ſcordio, Marrubio, & ſimi-
bus putrefactionem impedientibus, quo fo-
ento ſæpe repetito carnem mortuam à vivâ
arabatur, & ægra poſt annum adhuc vixit
rure ſphacelato & arido.

5. *Cadaveroſus.* Si aperiatur, fætor ille ruit
adſtantium pulmones, unde deprehenditur
tterrimus, ut vidi in Chirurgo, qui nimis
propinquabat ad partem ſphacelatam, præte-
a ſuadeo, ut cauti ſitis in his caſibus.

6. Nam pars mortua ſemper putrida vivæ
hæret; hinc malum viciniis partibus adhuc
ivis communicatur, nam per partem mor-
um nil fluit, hinc omne quod accedit, ſtat
nte eam partem, & ſic vicina in conſenſum
ahit, puto nos jam non poſſe hærere, an pars
hacelata ſit nec ne. Hæc ut in exterioribus
btinent, ſic etiam in interioribus ſe obtinere
oſſunt; ſed ibi ſigna non apparent.

§ 430. Vidi ſenatorem ſenem, qui mihi
nquerebatur ſe incommodo quodam, ſed
on malo (ut dicebat) laborare ad pedem, &
ubeſcebat, cum partem monſtraret, quia pu-
bat vix operæ pretium eſſe, eâ de re conque-
re, nam cæterum ſanus erat, niſi quod pa-
m eſſet ſoporoſior ſolito, ſed parte detectâ
di ſphacelum eſſe natum, nam punctum pur-
ureum apparebat, quod Chirurgus inſtrumen-
accipiens extrahere conabatur, ſed æger in-
e ferè convulſus cadebat, pars verò extracta
elevata paulo linteorum filamentorum inſtar
pparebat, unde 1. primus articulus ſine ægri
ntu decidebat, dein ſecundus, porrò tertius,

& tandem os magnum metacarpi, & ſic malum proſcripſit uſque ad tibiam, tum ille bonus vir leviſſimè delirare incipit, poſtea ſoporoſus factus placide mortuus eſt. Si verò vel inteſtina vel hepar vel ventriculus ſit affectus, tum hoc in caſu non animadvertimus, niſi debilitatem; hinc difficillimè cognoſcitur; hic verò in Europâ apud omnes nationes duo vocabula in uſu ſunt, quæ in omnibus linguis adhibentur nempe *ignis calidus* & *ignis frigidus* Belgicè *het heet-vier*, *het kout vier*, Germanicè *het kalte oder hitſige brand*; ignis verò calidus eſt ſumma phlegmone cum ſummo ardore tendens in mortem; ignis verò frigidus eſt mors partis ſeu ſphacelus; ſic veteres quoque hanc rem accuratè conſiderarunt, qui vocarunt inflammationem τὸ πῦρ φλεγμὸνη, ultimò verò eſt ignis ſiderans, ſeu τὸ πῦρ φακελιοσμὸν, qui eſt mors partis, ſphacelus, vel ignis frigidus.

§ 431. *Ætatis.* Infantibus gangræna ob humorum abundantiam facilè fit, ut in cancro aquatico gingivarum dicto patet, in ſenibus pariter peſſimè ſunt, in mediâ ætate non ita malè, niſi à violentâ febre.

Temperiei. Sphacelus à debilitate eſt incurabilis, ſic etiam gangræna in temperie debili peſſima, uti ſi acris temperies adſit, hinc gangræna in febre ardente & peſte eſt incurabilis, quia cito in putredinem vergit, ſi temperies oleoſa, alcalina vel bilioſa, in morbis acutis peſſimum eſt; hinc homines putrefactionibus obnoxii & qui habent ſanguinem ruberrimum craſſiſſimum & fibras rigidas, difficillimè ab hoc morbo curantur.

Morbi. Si Hydropi ſphacelus ſuperveniat, peſſimum eſt, ſic etiam in lue venerea & ſcor-

ſcorbuto; qui oritur à violentiſſimo motu febrili.

Virium. Memores quæſo ſitis illius effati, ſummus calor & ſummum frigus adurunt, à ſummo frigore aduſtus pes in gangrænam & eſcharam mutatur, ſumma vis vitæ id eſt febris ardentiſſima & quies ſenilis eundem pariunt morbum, id eſt humorum ſtagnationem, ſi verò gangræna & ſphacelus his ſuperveniant, periculoſiſſimum eſt, ergo clarè ſequitur, quod gangræna, quæ oritur à violentâ phlegmone, multo ſit pejor, quò major vita, eò ſtatus eſt pejor, in gangræna verò, quæ oritur à debilitate, eſt idem, nam quò ibi vis vita minor, eò ſtatus eſt pejor.

2. *Velocitas.* Dum inflammatio tendit in reſolutionem, tum ſecundo die non erit benignior primo, ſi in ſuppurationem vergat, tertio & quarto die erit pejor, ſi in gangrænam, tum ſecundo die ſe ita malè habebit, ut ille, qui tendit in ſuppurationem quarto die, ergo ſecundo die erit gangræna & quarto die erit mors; quò citius oritur, eò progreſſus eſt damnoſior, lentior minus eſt metuenda. Si v: g. mane pars ſana, & nondum dolens ſit, ſed illico poſt meridiem accedit magnus tumor, rubor, calor, tenſio partis, tum cito fit gangræna, nam velox mutatio partis ſanæ ex ſanitate in inflammationem facit gangrænam, ita ut ſi omnia ſymptomata in inflammatione recenſita ſubitò velociſſimè fiant & augeantur, tum fere ſemper fit gangræna, ſic erat aurifaber in hac urbe, cui febris lenta manè oriebatur, aliquando poſt phlegmone cruris obſervabatur; hinc ego vocatus ſed ab negotia impeditus veſperi primò acceſſi, tum quidem

largam miſſionem ſanguinis inſtitui, ſed tamen ſequenti die gangræna aderat, quæ tamen à parte viva feliciter ſeparata eſt, & ſic æger fuit curatus; hinc ergo velocitas phlegmones vobis ſemper ſit ſuſpecta.

3. Sic violentiſſima febris phlegmonem excitat, quæ tum dein facit gangrænam, inde eſt, quod Pleuritis violentiſſima ante tertium diem occidat, pleurâ ſideratâ; ſic quoque in atrociſſimâ Peripneumoniâ ægri tertio die pulmone gangrænoſo facto moriuntur; ſic quoque in violenta inflammatione inteſtinorum hæc Necroſi conſumuntur, & æger cito moritur, ſi ſit cauſa interna, ſi tumor venas comprimat, tum liberes ægrum niſi venæ ſectione, ſed hæc curatio eſt tantum pro momento, nam venæ iterum revehunt ſanguinem, & ſic comprimunt; ſic quoque externè accidit, ſi omnia vaſa majora & minora per contuſionem fracta & contrita ſunt, tum oritur ſphacelus, ſic poteſt ab hac cauſa gangræna occupare digitum, tum hæret malum in his locis ſinuoſis, & loculis materiâ ſubpingui repletis, hocque peſſimum eſt, nam plerumque tum digitus eſt exſtirpandus.

4. Summus æſtus, ſummumque frigus eoſdem faciunt effectus, à frigore ſummo æque exuſtio, quam ubique, eadem fere phænomena in iis fiunt; ergo ſummus frigus, & ſummus fervor ſunt duo peſſima accidentia gangrænæ.

5. Gangræna & ſphacelus digitum ſine magno malo corporis occupare poſſunt, ſed ſi medullam ſpinalem occupent, tum periculum eſt.

Humida. Ibi peſſima eſt gangræna, nec facilis

cilis reſolubilis; hanc gangrænam viſum eſt pedes & manus toleraſſe melius quam v: g. nates & femora, dum brevi corrupta fuiſſent loca, ubi celluloſa membrana hæret.

Sinuoſa. Ut ad vaſa ſeminalia in viro, ad ovaria, tubas falloppianas, ligamentaque uterina in fæminis, hoc peſſimum eſt, tum enim gangræna ilico proſerpit, & certe quam plurimi hic nil agere poſſunt, qui neſciunt illud arcanum ex ſpiritu ſalis marini, nil enim præſtantius in hoc caſu. Nonnullæ partes debent integræ manere, ut vita maneat, nempe cor, pulmones, cerebrum, cerebellum, medulla ſpinalis, muſculi intercoſtales, non enim pejor eſt morbus, ſed in hac parte eſt periculoſior, quia in læsâ vitâ perennare non poteſt.

In ſicca temperie gangræna rariſſimè ſanatur, quia vaſa non ſuppeditant humores ad ſanationem.

§ 432. Hinc fluunt ſequentes regulæ, quæ ſunt inſtar axiomatum.

Id quod ſphacelo eſt affectum, hoc perfectè eſt mortuum, verum id cohæret parti vivæ, hinc etiam viva pars debet mori, & ſic omnia vicina inficiuntur, hinc mors totius, tum verò ſemper gangræna vel ſphacelus procedit, ſi gangræna ſit ad digitum, margo ſemper eſt inflammata, & citiſſimè per novum annulum ille gangræneſcit; hinc ulteriora inflammantur; ergo ſimul nato ſphacelo, vicina etiam ſphaceleſcunt, ſic dicitur aſſurgens ſphacelus; gangræna cito ſuccurendum, nam ſi v: g. arteria infecta ſit necroſi, tum ejus pars paulo ſuperius liquores adferens quoque ilico inficitur, & ſic malum ſerpit, cujus cauſa eſt in-

fectio vitalis, quod movet vivam verſus mortuum.

Sphacelus ſi fieri poſſit, exſtirpandus eſt, nam eſt pars mortua heterogenea, quæ ad vitam nil boni facit, & hoc quidem ilico eſt faciendum, quia aliter juxta hos verſiculos.

Principiis obſta, ſero medicina paratur.
Cum mala per longas invaluere moras.

nam ſphacelus ſemper reliqua in conſenſum trahit; hinc ſi non exſtirpari poſſit, non eſt attingendus æger, ut famæ veſtræ parcatis.

Gangræna cerebri. Tale exemplum vobis demonſtravi ante annum in juveno phrenitico, qui malè curatus in Noſocomio allatus fuit, ſed cum nil remedii ſupereſſet, ſic delirans primo die, dum in Noſocomio allatus fuit, mortuus eſt, in illo cerebrum ſanguine impletiſſimum & gangrænoſum factum apparuit, totumque fuit ſideratum.

Viſcerum. Cordis, Pulmonum, Hepatis, Omenti, Lienis, Pancreatis, Ventriculi, gangræna lethalis & brevi mortem inducit, nam tum ægri magnâ inflammatione & febre acutâ laborarunt.

Veſicæ. Hanc gangrænoſam factam patet, ſi urina ſanioſa ſeu ichoroſa acris ſine voluntate ægri effluat; quando gangræna oritur in veſica ab extractione calculi nimis violentæ, tunc nervi veſicæ adeo afficiuntur, ut totum reliquum ſyſtema nervorum perturbent, & inde mors.

In acutis. Nam cauſa, cur homines in morbis acutis tam cito moriantur, eſt gangræna, ſi v: g. homo Pleuritide vel Peripneumoniâ vehe-

vehementi laboret, & de doloribus atrociſſimis conqueratur, qui dolores ſi ilico deſinant, tum plerumque gangræna eſt facta & mortem pronunciat, ſic ut hæc pax valde inſidioſa ſit; ſic ſi externè homini ſano v: g. ad humeros applicetur Emplaſtrum ex galbano cum ſale volatile cornu cervi & ejus oleo, tum pars, cui Emplaſtrum applicatum eſt, incipit calere, dolere & inflammari, & ipſe homo incipit febricitare, ſi relinquatur hoc Emplaſtrum, tum incidit in febrim calidam, & tandem pergendo fit morbus acutus, ſi ergo hæc externam inflammationem producere poſſint, multo plus internam, idem quoque facit combuſtio; verum cogitetis hæc in interioribus partibus vix ſenſum habentibus fieri, ut eſt v: g. hepar, ſic etiam lien, quæ viſcera nullum ſenſum habent niſi in membranâ, hinc his inflammatis non magnus quidem dolor oritur, ſed hi ægri perpetuâ febre laborantes ſtatim moriuntur, hinc ſi homines morbis acutis afficiantur, tum ſemper ob eam cauſam pereunt.

Partibus. Puto quod inflammatio poſteriarum ſerierum vaſorum ſit maxime lethalis, ſi magna ſit, ſic inflammatio in vaſis primi vel ſecundi generis pleuræ per bona remedia, ſi non nimis magna ſit, reſolvi poteſt, verum ſi eadem inflammatio in vaſis minimis cerebri oriatur, tum ilico fit mors, nil corruptum, nec læſum, neque in ſolidis neque in fluidis eſt, ſed hic partes ſunt læſæ in vaſis minimis, ſimile quid etiam in peſte obtinet.

Gangræna oris interni peſſima eſt, belgicè dicitur *waterkanker* quod non mirum eſt, nam oris gingivæ, & palati labia interna ſunt Epi-

dermide privata, hinc hoc tegumento non defenduntur, neque ibi adeſt pinguedo, quæ depaſci & ſeparari poſſit, ſed nervi plurimi & vaſa, unde non poſſunt ſeparari partes gangrænoſæ in cellulosâ membranâ, ut fit alibi; hinc ſi ſemel gangræna has partes occupet, facilè ſerpit, & fomenta atque cataplaſmata non ita applicari poſſunt, ſaliva etiam ſemper advehitur, quæ putrefactionem auget, nam ſaliva plus in alcaleſcentiam, quam in acidum inclinat; optimum medicamentum eſt, ſi applicetur ſpiritus ſalis marini vel ſpiritus nitri vel vitrioli.

Labiorum, Quia labia ſunt mirificæ texturæ, & muſculos tenerrimos ſibi inſertos habent membranam celluloſam & Epitherion *Ruyſchii* membranam huic papillas mammarum inveſtiens ſimilis, habentque vaſa arterioſa & venoſa, ſed hæc omnia non multum mali præ aliis partibus gangræna affectis facerent, niſi hic globuli parvi nondum ab ullo Auctore bene deſcripti invenirentur, ſi hi globuli gangræna afficiantur, hoc peſſimum & vix ſpei curæ adeſt, tumque maximus metus eſt cancri.

Narium. Quia ibi quatuor oſſa ſpongioſa mirè texta inveniuntur, ut etiam ſex cavernæ oſſeæ, quæ omnia obvelantur membranâ mucosâ, ſi verò ibi gangræna oriatur, contagium per omnia hæc loca ſerpit, unde oritur morbus ſora dictus.

Genitalium. Quia ibi cellulæ ſunt extra corpus in corpus, in quas extravaſatus humor ſeu ſanguis effunditur; hæ cellulæ, ſi venæ comprimantur, admittunt ſanguinem & ſanguine implentur; hinc hic peſſima gangræna, ſed cur hoc præ reliquis in Urethra peſſimum? quia de-

monſtrante *Ruyſchio* glans eſt ſubſtantiæ u-
hræ retroflexa, hinc ab urethra accipit vaſa
troflexa, per quæ nutritur & in libidine in-
itur; hinc peſſimum eſt, ſi ulcera venerea in
ethræ ſubſtantia ſpongioſa oriantur, nam hoc
x curari poteſt, & glans cadit manentibus
rporibus ſpongioſis, hinc ad curandam luem
neream ſi adhibeantur oleoſa acria, peſſimè
dunt, & fit gangrænoſa pars, quæ difficilli-
iè curatur, quia in omnibus his partibus eſt
nta circulatio, mucoſus humor & locus ſem-
er nudus, hinc ſi ſemel hic oriatur putrefac-
o, vicina attenuata computreſcunt.

Sphacelus in ſenio. Ubicumque ſphacelus
nibus oboritur, nempe in articulis extremis
edum, manuumve annunciat citam mortem;
ec novi ex pandectis medicis ullum ſupervi-
iſſe, quia ſphacelus eſt illis à cauſa interiori
t ſurſum adſcendente.

Gangræna Hydropicis. Nam omnes hi dejec-
o corpore & deſtitutis viribus vivunt, hincque
il ſpei, unde refocillare poſſint, intelligo ve-
ò illam gangrænam, quæ fit ex hydrope, dum
imul aqua partes ſuffocat, vel dum ex ſuffo-
catione aquæ accipit talem putrefactionem vel
acrimoniam.

Phtiſicis. Phtiſici veri ſunt, qui Atrophiâ
laborant ex purulento ſanguine, tum ex dege-
neratione talis ſanguinis facilè gangræna oriri
poteſt, & hi ratò moriuntur, quin gangræna
circa os coccygis oriatur.

Scorbuticis. Nam in peſſimo ſcorbuto humo-
res ſunt cacochymici, Atrophyci & fere pu-
treſcentes, puto verò omnem ſcorbutum oriri
ex diatheſi cadaveroſo & putrido, licet alii ali-
ter credant, ergo hi ſponte hanc Diatheſin in

gangrænam in corpore ſuo habent, nam ulcera eorum proximè ad gangrænam accedunt; hinc ſi gangræna accedat, eo pejor ſtatus.

Sphacelus ſuperiora petens. Quomodo ſphacelus occidat hominem? Hæc omnia in ſenatore ſeni notavi, ſi ſenio ſphacelus oriatur circa pedem, ſenſim adſcendit & tandem cerebrum petit, tum fiunt jocoſiores & hilariores, poſtea ſymptomata ſubſequentia oriuntur, & tandem mors.

Vigilias. Quod eſt peſſimum ſignum, nam hoc notat nervos maximè affici.

Syncope eſt dejectio ſpirituum belgicè *flautè.*

Singultus. Quia proceſſit ad ultimos nervos octavi paris, qui tendunt ad Diaphragma, & hoc mirum eſt, quod ægri ipſi neſciant ſe ſingultire, tum vix quadraginta & octo horas ſupervivunt, poſtea ſpaſmi oriuntur, nullumque pejus eſt ſignum.

Dolores circa marginem ſphacelati adſcendunt, ſuntque vagi per partes vicinas membri ſphacelati.

Sudorem. Nam enormiter frigidum ſudant ſudorem ab influente liquore, donec ſuperiora exſtinguantur; ex his dictis Diagnoſis & Prognoſis intelliguntur.

§. 433. Gangræna ſumi poteſt vel ut ultimus gradus Phlegmones, ubi adhuc aliqua pars vitæ ſupereſt, vel ubi pars jam mortua eſt, ſed unde ſupputabitur Gangræna? Gangræna incipit, ubi Phlegmone deſinere incipit, & uſque ad mortem partis ſunt infiniti gradus gangrænæ, hinc 1. gangræna incipiens vocatur phlegmone 2. phlegmone tendens in mortem dicitur gangræna, 3. gangræna penitus mortua vocatur gangræna completa.

Vires.

Vires. Quænam ſunt Vires? Cauſæ mo-
entes, quænam ſunt hæ? Superſtites humo-
es circulantes, ergo vaſa & humores in æqui-
brio ſunt ſervanda, uti & omnes cauſæ phy-
cæ, per quas fit circulatio, ſunt conſervan-
æ, nam vires vitæ hic aliter periclitantur, eſt
nim gangræna mors ſeu diathefis ad mortem
artis, ubi verò pars eſt affecta, facilè totum
nficitur.

2. *Putridum.* Dixi, quod niſi urina, ſales
t olea in corpore humano incipientia putreſ-
ere abluerentur per renes & ſudores, cere-
rum peterent, & cauſarent novam inflamma-
onem, & febrem, hinc cerebrum deſtruerent,
c etiam ſi gangræna in corpore ſit, ſanguini
ermiſcetur. fit cacochymia, & habet eundem
xitum ut Iſchuria.

3. *Arcere.* Ita ut diffundere non poſſit, &
t coërceatur, ne ulterius ſerpat, quod hæc
ia efficiunt, hacque ratione credo gangrænam
elici cum ſucceſſu curaturam & à ſano ſepa-
aturam, quod tamen à ſolâ natura fit, Me-
icus tantum tollit impedimenta.

§. 434 *Vires firmare.* Si ſciatur, quid hic
nt vires, facilè intelliguntur hæc, vires ſunt
otentiæ exercendorum motuum, ergo ſunt
auſæ vitales, quæ poſſunt motum excidere &
erſus cor continuare; vires naturales ſunt, ut
n ſtomacho coctio, in inteſtinis ſubactio, in
actea introitus, per corpus mutatio & ſecretio
ontinuentur; animales promovent motus vo-
untarios & ſenſus; ergo vires firmare eſt præ-
ſentes juvare & abſentes reſtituere.

1. In omni gangræna vires debilitantur &
naximè periclitantur, quia nil magis vires
corrumpit quam materia putrida, 1. ſi homo
ad

ad corpus gangrænoſum accedat, tum à fœtore debilitatur; hinc imprimis omnis cauſa putridum in corpore faciens vires maximè debilitat, ergo ſi cauſæ hoc putridum producentes obſerventur, & victus contrarius detur, tum vires augentur, ut etiam medicamenta huic cauſæ contraria.

Spiritus excitent. Hoc ſecundum eſt cardiacum, primum erat ex eis, qui cauſam deſtruunt, ſecundum quod ſpiritus excitet, ut ſummos motoros circa has partes, unde robur tantummodo pendet; hinc de ultimâ causâ loquimur, quando motum liberum reſtituere volumus.

Liquidis motum id eſt ut liquida apta ſint ad bonum ſanguinem, ſerum & reliqua liquida inde conficienda. Si adſit mucoſa materies, adhibenda ſunt ea, quæ aperiunt, talia ſunt optima quæ petuntur ex quinque Radicibus aperientibus, hæc tuto uſurpari poſſunt, ut ſunt Radices Graminis, quæ aperiunt & nullo modo phlogiſticæ ſunt, tum vide, an vires deficiant, vel non, ſi pulſus magnus, celer & durus, tum vires ſunt ſat magnæ, ſi urina colorata, fætida, amara ſpumam retineat, tum oleum ſolum hæret, & certus ſum ſat vires adeſſe, tum de remediis incitantibus non cogitandum, ſed de refrigerantibus; ſi videas in gangræna pulſum debilem colorem minorem, urinam minus fætentem nec amareſcentem, tum ſcis gangrænam ex debilitate pergere, ergo incitantia & calefacientia ſunt danda, jam verò videre debes, quænam ſunt danda, nam univerſalia hic non conveniunt, nam nimia acria vel acida, vel alcaleſcentia, vel ſalina peccare poſſunt, ergo ſpecifica hic non conveniunt, ſed gangræna fere ſemper vel à ſtagna-

iatione vel nimio motu, raro alia de cauſa, verò ſit illa, tum contraria adhibenda ſunt; ardiacum in alcalina temperie eſt lac ebutyratum calidum epotum pro pauperibus, pro tioribus aqua, quæ miſcenda eſt aqua Roſaım ſucco citri, aurantiorum, & ſumatur aucâ copiâ ſimul, pluribus vicibus ſæpe repeti-s; ſi gangræna ſit à putrido, cochleare aceti najus erit cardiacum, quam hauſtus vini Hiſanici; ſi gangræna ſit à ſtagnatione, ut in ſe-ibus convenit ſpiritus vini, vinum meracum, l volatile oleoſum, in oleoſa putrida dabo inum Moſellanum &c. in frigido acido utor lcaleſcentibus acidis.

Ætatis. In recens natis & ſenio confectis ires quam facilè periclitantur, in mediâ verò tate non tam facilè, quia tum vires conant.

Sexus. Mulierum corpora mutationibus ſunt ſueta; hinc facilius quam viri pati poſſunt utationes, nam fœmina deponit ſanguinem enſtruendo, uterus & abdomen in gravitate aximè diſtenditur, lochiis dein laborat, ſic t variis mutationibus ſunt obnoxiæ, nam illæ cile diſpendium decem librarum ſanguinis r vias uterinas pati poſſunt, ſed ſi viro Venæ ectio ad libras duas inſtituatur, ſtatim in animi deliquium cadit.

Temperiei Temperamenta ſanguinea plethorica facilius acquirunt gangrænam & contra.

Tempeſtatis. Gangræna minimè fert ſummum frigus, calorem verò æſtivum longe diuus ſuſtinere poteſt etiam in abſtinentia ſat nagna, nam æſtate homo abundat minus humoribus, quam hieme. Hic in *Materiâ Medicâ* deſi-

deſcripſi medicamenta ſpiritus excitantia in omni temperie, ſic ſi ſenex pituitâ & inertiâ laborans gangrænam accipiat, tum ibi recenſeo medicamenta hoc in caſu ſpiritus excitantia, ut ſunt ſpiritus volatiles, Elixiria, Tincturæ Succini, Myrrhæ, Croci; Vinum Hiſpanicum &c: ſed ſi homo fortiſſimus gangræna laboret, tum contraria ſunt danda, ut acetum & ſimilia acida; ſpiritus acidus prophylacticus *Sylvii*, qui in Peſte adeo laudatur.

2. *Cibos &c*: Nutrimentum, quod juſtâ copiâ datum non gravat, ſed reficit, talia ſunt, quæ maximè ſunt meabilia, ut facilè ex ventriculo per corpus diſtribui poſſint ſine magno motu, uti diximus *in capite de Fibra debili*; hic quoque victus cauſæ oppoſitus eſt præſcribendus, in his caſibus ſi ſit ſenex frigidus, edat jus carnium decoctum cum pauxillo roriſmarini chariophillorum aliorumque aromatum; juveni calido dabo pulticulam aquæ cum avenâ & pauxillo ſucco citri aut limonum; bibet vinum Rhenanum, ſi quis laboret febri ardenti, præſcribo ſpiritum Theriacalem cum aliâ aquâ diluta; cæterum de his dixi *in capitibus de Acido Spontaneo & Alcali Spontaneo*.

Epithemata. Ægri enim gangræna laborantes facilè ſyncopen & ſudorem frigum patiuntur; hinc applicantur Epithemata ex medicamentis idoneis circa ſcrobiculum cordis, poſt aures ad tempora, jugulum, ad carpos, ſub articulis quibuſcunque, ubi eſt concurſus vaſorum, hocque modo præcavemus, ne materia corrupta animi deliquium producat; optimum Epithema eſt in hiſce caſibus panis toſtus vino intinctus & veſica ſuilla tectus, ut nil exhalet.

§. 435.

§. 435. Veteres dicebant attritum & fric-
iones ad exteriora gangrænam viſcerum cura-
e, quia materiam extrorſum ducit; hinc etiam
omnia illa, quæ extraherent & expellerent, hic
audarunt, hæc verò omnia motum faciunt &
irculationem augent in partibus exterioribus,
um ibi fit Diaphoreſis magna, & materia,
ubtilis educitur ſale ſpiritu oleoſo & oleo
mprægnata, quæ frictiones impediunt, ne
nateria introrſum rapiatur.

Introitus. Nam ſi putrida materia in venas
ntroeat, tum homines poſt octo dies plerum-
que ſpaſmos habere ſolent, & inde ſequuntur
ieliria, ſingultus & Apoplexia, vel Lethar-
gus & tandem mors, quia inde cerebrum affi-
itur.

1. Si locus gangrænoſus ſic tractetur, ita ut
acilius liquida in ſe admittere & remittere
oſſit, tum nunquam metus eſt, quod materia
apiatur in venas, tum enim putredo per vim
itæ ſeparatur vel per vias urinæ vel diaphore-
in extrorſum deponitur.

2. Hinc locus non ſiccus eſt relinquendus,
am ſic dureſcit inſtar corei, vidique gangræ-
am adeo exaruiſſe, ut æquè impoſſibile eſſet
iquida exire quam per laminam ferream, imo
idi talem eſcharam adeo duram, ut ſcalpello
erſcindere non potuerim; hinc tum omne
orruptum ad interiora derivatur, ſi verò hæc
ruſta emollita mollis reddatur, tum pars per-
ſpirat, & materia extrorſum ducitur.

Fomenta. Herbæ quæ hic commendo ſunt
emollientes & laxantes contra ſiccitatem ni-
miam hic facilè peccantem, ſuntque ſimul a-
omaticæ contra illud ſtagnans, hocque facien-
do pars perſpirat.

Sca-

Scarificatio. Si metuatur, ne materia ſemi-vitale rapiatur in ſanguinem, tum hæc operatio requiritur per cruſtas nempe gangrænoſas non vitales carnes, hoc enim eſſet crudele; quod eſt antiquiſſimum inventum, ſi v: g. gangræna in eſcharam craſſam ſiccam degeneret, tum ſcarificationes conveniunt; hic verò longâ ſciſſurâ partem mortuam perſcindunt ferè uſque ad partem vivam, hacque ratione materiei exitus conciliatur, ſi verò ab hac operatione dolor oriatur, dum ſubſiſtere debemus, quia partes non penitus ſunt mortuæ; hoc facto emollientia, diaphoretica putredini reſiſtentia ut prius ſunt adhibenda.

Emollientibus. Sed dicetis hæc augere putredinem, quod quidem verum eſt, ſed hæc ſimul faciunt, ut fiat ſeparatio, & quoque ſimul addantur putredini reſiſtentia. Hæc verò applicata debent ſemper tepeſcere, aliter ſi locus frigeſcat, tum non manet perſpirabilis; hinc hic habemus ſcuta ex leviori terra belgicè *colykſteen* corpori adaptata, hæc ſuperimponantur calefacta fomentis, & ſi unum frigefactum ſit alterum iterum calefactum imponatur, hocque modo locus in balnei ſpecie conſervatur. Si hæc omnia ſemper fierent, præcaverentur mala à materia putrida in ſanguine reſorpta aliter futura.

Cucurbitæ. Hæc quoque eſt Methodus Veterum, quando nempe pars erat ſcarificata, tum cucurbitas cum flamma applicabant, ut materiam exſugerent, & liquidi vitalis fluxum eo determinarent, ut perſpirare ibi poſſit.

Hirudines. Sanguiſugæ, animalium genus, quod ſanguinem exſugit, ſic major motus in parte fit.

Calore.

Calore. Si aër ſit humidus, omnia vaſa laxa
ddit, impacta diluit, & acre demulcet, ſic-
ıs verò nocet.

§. 436. Antea enarratæ ſunt cauſæ putredi-
s in paragraphis citatis. Ex compreſſo tumo-
. Videatur *Caput de Spontaneâ putredine.* Vi-
etiam *Materiam Medicam*, pagina 98. dum
plico hæc fomenta, quæ in *Materiâ Medicâ*
citantur, perforo hinc inde leviter lanceolis
n profundè partem gangrænoſam, quo me-
ıs fomenti vires agere poſſint. 1. Cauſæ
nt ſtagnatio, attritus, motus magnus, ſalis
cali vel olei rancidi abundantia, compreſſio
narum, hæ ergo ſunt tollendæ, ſi fieri
ſſit.

§. 437. Hic Chirurgi ſunt valdè ſolliciti,
metuunt hic motum augere, at hac ratione
gnationem tollimus, nam vita prohibet pu-
dinem, licet etiam putredinem producat,
d tum etiam ſimul hanc materiam putredini
oximam expellit per cutim vel per urinam.

α. Homo enim per nonaginta annos vivit,
non fit putridus, ſed ſi moriatur, tum poſt
ortem intra tres dies putridus evadit, hyeme
rò vaſa & humores non ita putreſcunt, &
r aliquod tempus manent ſine putredine ſed
homo æſtate moriatur, tum omnia citiſſimè
ıtreſcunt. Omne ſal compoſitum, omne
idum, vino, acetum, ſpiritus vini alcohol
rfectè putredinem tollunt, nam ſi totum
daver in aceto vel vino vel muria ſalis con-
ıs, tum ſervari poteſt per multos annos, hoc
ıoque faciunt aromata; ſal marinus minus
netrat, hinc ſumitur potius ſal ammoniacus,
inflammatio ſit ingens, ſumitur nitrum,
ıod inflammationi reſiſtit, eodemque modo
ap-

applicatur. Alterum quo condimus, eſt acetum, ſed fortiſſimum eſt optimum, non tamen oleum vitrioli & ſpiritus nitri & alia ſimilia crudelia, ſed acidum illud fermentatum vegetabile penetrantius ex limonio citrio. In ſpiritu vini pars non putreſcit, ſed quia eſt nimis acris, admiſcetur parum aquæ; balſami etiam corpora à putredine conſervant, ſed perſpirationem impediunt & obſtipant; hinc inflammationem augent Alcohol olim adhibebatur, ſed quia exſiccat, nunc repudiatur, ſed vinum ſemper applicari poteſt, & auderem lateri pleuritico imponere, modo eſſet aqua dilutum. Aromata ſi miſceantur cum vino & aceto ſunt optima, tamen non auderem dare Pleuritico Theriacam bibendam, ſed auderem Theriacam diluere Aqua Roſarum & Vino Rhenano & applicare lateri dolenti cum ſummo ſucceſſu.

β. Sic etiam ſi formâ fomenti Mirrha, Aloë, Marrubium, Abſynthium, in corpore vivo ad partes affectas applicentur, tum pars aliter ad gangrænam diſpoſita non gangræneſcit, ſic ſi ſal marinus formâ fomenti applicetur, tum putredo inhibetur, verum ſpiritus vini & Alcohol quidem putredinem tollunt, ſed eſcharam inducunt, dicam verò hic catholicum remedium mihi ſat notum & expertum.

℞ Aceti
Vini ana libram unam
Salis ammoniaci ℥ij
Aquæ libram unam & dimidiam.
M. F. Fomentum.

Si tale fomentum applicetur ad locum a-
gan-

angrænam prædiſpoſitum, tum & putredo & iditas præcavetur. Voluerunt verò multi lariſſimi Viri acria hic adhibere, ut ſunt o-um tartari per deliquium, ſales alcalini, lixi-a de calce vivâ & ſimilia, ſed hæc potius alum augent, ſi verò una ſanguinis libra per nnum ſervare velles, tum modo ſal addatur fficienti copia.

γ. Omnia continentur in illo uno Sale, A-eto, Spiritu vini, & Aromatibus, hinc uni-erſale quoddam medicamentum præſcribi po-ſt. Inter omnia vegetabilia optima ſunt cordium vel Ruta, hæc in Phiala alta cum piritu vini decoquantur, exprimantur & ace-um cum his coctis miſceatur, addatur ſal nmoniacus, tum hoc decoctum in lagenis ſer-etur; hoc enim eſt pro omnibus ſcopis, ut-unque ſitis in caſtris vel in navi &c.

§. 438. Hic tamen eſt illa quæſtio, quænam atio phyſica præſervet partes affectas à putre-actione? Facilis eſt reſponſio, ſicut ſal vel narinus vel gemmæ vel ammoniacus vel nitri utredinem æqualiter inhibent, acetum etiam utredinem inhibet, ſed putredinis cauſam ſi-nul corrigit, ſales verò aliquam rigiditatem indommabilitatem à naturâ habent; Vinum ptimum omnem putredinem inhibet, quid-uid enim in eo conditur, à putredine ſervatur. Aromata etiam ſunt optima ut Alliaria, Scor-lium, Rutha, Abſynthium, Cardui, Tana-etum. Hic verò omnia *in Materiâ Medicâ* ecenſui, quæ huc faciunt, eaque dein non ne magno labore in formulas redegi, ita ut ligere poſſitis, hacque ratione omnia ordine n claſſes diſpoſui; Aromata quoque, quæ ad ondienda cadavera inſerviunt, hic recenſui,

uti

uti ea, quæ in pharmacopæis Aulicis in hunc ſcopum obſervantur, quæ etiam in gangræna ſunt optima. Utinam verò hæc, ubi requiruntur, applicarentur, memini enim me vidiſſe ægrum, qui inferiora contuderat, ad quam partem Chirurgus nil niſi fatua medicamenta ſine ſale applicuierat; hinc putredo aderat, ita ut cum primo accedi, fætorem cadaveroſum ilico hauſerim; ſic quoque vocatus ad juvenem, qui pedem fregerat, ubi exſtirpatio membri jam erat concluſa, & fætor cadaveroſus aderat, ſed ego diſſuadens, applicatum fuit fomentum ex aceto cum alliariis, Scordio, Rutha & ſimilibus herbis, hacque ratione fuit curatus, niſi quod pes callum retinuerit, ſed hoc ſuâ culpâ factum eſt, quia nimis cito in publicum prodiit; his verò medicamentis per menſem uti poſſumus, & ſic partem ſervare ab ulteriori vicinorum corruptione, licet poſtea tamen exſtirpatio ſit inſtituenda. Maximè verò (ut dixi) prodeſt aqua & acetum, quod eſt oxycraton Veterum, & latinis Poſca, idem præſtat vinum, ſed peſſimè ſal volatile alcalinum à recentioribus laudatur; ſpiritus vini verò partem mutat, & alcohol vivum perdit, licet corruptum conſervet, hinc nocet; Salia acida quoque nocent, nam mutant naturam, quia coagulant humores excepto aceto. Olea quoque mutant naturam, ergo acetum, vinum & aromata modò ſuperſunt nam alcohol, Spiritus Theriacales parti vivæ nocent, licet conſervent mortuum à corruptione & putrefactione; ſic memini me tractaſſe gangrænam ultimi pedis articuli in ſene, ubi acetum cum ſale, aquâ & vino per pannos laneos applicui, hæcque modicè tepida retinui ſicque

icque per æſtatem ambulare adhuc potuit, ſed nodò animi deliquiis afficiebatur, quæ facile nedicamentis internis cardiacis curabantur, ſed pplicatis medicamentis emollientiſſimis ad ſeparationem intra aliquot dies mortuus eſt, ſic Hagæ-Comitis erat anus, quæ ſphacelo pedis & cruris correpta fuit, ita ut exſtirpatio concluſa fuerit, ſed Medicus prudens dicebat, hanc non ita diu ſupervivere poſſe; hinc operationem non eſſe inſtituendam, ſed applicata ſunt fomenta ex Spiritu Theriacali, ſale marino, ammoniaco, aquâ & aceto, hacque ratione inſtar mumiæ partes ſervatæ ſunt, & diu cum crure mortuo ſupervixit, *Ruyſchius* quoque alia exempla narrat.

§. 439. Quantum hæc proficere poſſint, ex praxi patet, nam ſi videas totum crus hominis phlegmone laborare tendente in gangrænam & metuas, ne partes ſubſtantiæ putreſcant, tum ſume acetum cum aquâ, miſce ſal ammoniacum vel nitrum & Aromatica ut Scordium, Ruta, Abſynthium, fiat ex his ſimul cum vino fomentum, quod calidum parti affectæ applicatum eam ſervabit à putredine, ſi putredo non plus naſcatur in loco, tum vicina ſolida quoque non inficiuntur: hinc patet, quare maximi Medici in ſumma peſte iiſdem uſu ſunt, ſumſerunt acetum Calendulæ acerrimum, dabant ſal marinum deſcriptum aut ſal ammoniacum in antimonio diaphoretico contritum, jubebant acetum ſuperbibere; tum ægri ab hoc medicamento ſudantes à peſte liberantur, nil enim melius in peſte quam acetum ſi ſudoriferum ſimul putredini reſiſtens detur.

§. 440. Vide *Caput de Obſtructione.*

Stagnantia in motum. Hoc valdè audax eſt,

ut videtur aſſertum, ſed tamen dico hoc poſſe fieri ſequenti methodo, ſi ſimul circa locum ſtagnatio ſit & adhuc vaſa viva ſuperſint, hacque ratione aliquo modo circulationem promovere poſſum.

α. Nam tum materies per tot liquida diſperſa in uno loco vim ſuam exercere nequit, ſi v: g. aſſumpſerit æger uno die libras decem Decocti Saſſafras, ſi fieri poſſit, hoc putredini reſiſtens diluit id, quod ſtagnat, optimum quidem eſt decoctum ligni Guajaci, ſi febris non ſit admodum magna. Quando putredini reſiſtentia applicantur & per calorem externum partes vivæ ſiccantur, tum circulatio languens ab interioribus ad exteriora deducitur, ſic v: g. applicatur ſequens fomentum.

℞ Fol. Scordii recent.
——— Rutæ
——— Alliar. ana M. J.
Conciſſ. & confract. Coq. in Vino
Colat. unciarum duodecim addatur
Salis ammoniac: ℥ß
vel Acet. ℔ß
Aquæ libra una
M. F. Fomentum.

Hoc Medicamentum nil agit ex ſe, ſed eſt mortuum, ſed ſi faciam, ut panni hoc liquido imbuti & parti affectæ impoſiti plus caleant, tum motus & perſpiratio parti conciliatur, aqua eſt danda cum roborantibus, ſi æger ſumat libram unam aquæ & decoctum Saſſafras, Coffè vel decoctum aquoſum ex Aromate libras duas, tum ſtimulando omnia diſſolvuntur, & aqua pro vehiculo additur, quæ aliter nocet, ſed

ſed addito ſtimulo prodeſt. Quamdiu vivimus tota cutis eſt quaſi maſſa perforata, per quam aqua, acetum, ſal ammoniacus, vel ſal ſubtilis intrare poteſt, ergo ubique impleri poteſt, ſi calide applicentur cum veſica ſuilla, ut eo determinentur, hoc tantum præſtat, ut vix credi poſſit, bibat etiam talia internè, tum putridum exterius diluitur, quod idem fit interius per arterias.

β. Hæc ſtimulantia antea *in Materiâ Medicâ* recenſui.

Malum, quod ibi hæret, plerumque eſt putridum, ergo vinum & acetum applicanda ſunt, acetum fortius agit, vinum lenius; hinc poſca vel Oxycraton id eſt temperatum medicamentum ex aqua & acetum eſt optimum, & miraculum quaſi præſtat, vinum optimè reſiſtit putredini, & male agunt Medici, dum vini uſum prohibent, nam ſi aqua vel ſucci citri vel acetum addatur, eſt optimum aperiens, putredini reſiſtens, & naturæ amicum ſtimulans, idem fit, ſi ſumantur eædem herbæ, & jubeatur, ut hujus decoctum bibat, tum æger ſudabit, & ſudor ille imprimis ad gangrænoſum locum determinatur per prius fomentum applicatum, hocque modo pars ferè certo curatur; ſi verò gangræna ab alcali, tum idem decoctum dare poſſumus addendo magnam aceti copiam, ut in peſte convenit, ſi verò in ſenio ab inertiâ, tum addimus vinum cum ſale volatili aromatico vel Sale Cornu cervi vel Viperarum, vel Elixire proprietatis & ſale volatili oleoſo, hæc omnia conducunt: hic verò ſemper conſidero cauſam gangrænæ, & medicamentum huic cauſæ contrarium præſcribo. Omnis fere gangræna eſt ab alcali putredine,

nunquam eam vidi ab acida putredine, licet id ſcribat *Sylvius* & multi alii; hinc accuſare acidum, eſt quærere aliquid inviſibile non demonſtratum, nec ex acido extrinſecus vidi unquam innatam gangrænam.

γ. Liquida ſemper per teporem à putredine ſunt ſervanda, gangræna enim eſt frigus, & ſphacelus eſt perfectum frigus, hinc calidè fomenta ſunt applicanda.

Frictio. Idem facit, quam elaſtica arteriarum vis; hinc in corpore languidiſſimo, ubi humores ſtagnant, ad arterias motum facere poſſumus movendo ſanguinem ab initio venarum ad fines earum; ſi in ſenio ſit gangræna, partes continuò ſunt fricandæ linteis aſperis calidis, aromate imbutis ſupra fumum ſuccini vel maſtiches recentis.

Cardiaca in ultima parte inſtitutionum digeſſi & in repellentia & ſtimulantia diviſi, ſummum cardiacum eſt vinum, ſed in peſte acetum dari poteſt, ſic in aquâ poma citria aut aurantia exprimi poſſunt, inde tum corpus ſentiet ſe mirè refici, hinc ſemper ſunt eligenda cauſæ oppoſita, quæ vires augent.

δ. Verum nonnullæ gangrænæ fiunt à magnitudine febris, & tum quò motus vel febris major, eò gangræna citior & major fit, nam tum ſæpe aliquid ſtagnat, quia ſanguis nimiâ copiâ rapitur in arterias, nam quò vita eſt major eò plus ſanguinis in arteriis, & quò minor eò plus in venis, ergo in hoc caſu hærebit ſanguis in arteriis & orietur ſuffocatio, vel ſi videam corpus plethoricum, ſi liquida in hoc corpore valde moveantur, & ad partem ſemimortuam determinentur; tum deſtructio fit eò major & gangræna proſerpens belgicè *het loopend*

pend vier, id tum fit à febre, & hac ſublata tollitur, ergo miſſio ſanguinis eſt inſtituenda; ſcio tamen à quibuſdam in gangrænoſis morbis miſſionem ſanguinis haberi lethalem, quia malum inferius trahitur, id verum eſt, ſed ut hoc caveatur potandum eſt multum de commendatis potibus.

§. 441. Hic totum arcanum curationis eſt cavere, ne ante curationem deſtructa ſint vaſa.

His. Id vobis meâ bonâ fide aſſevero, ne unquam deſperatis, dum gangræna naſcitur ex phlegmone, & ſi adhuc ſit rubedo, licet veſiculæ aliquo modo adſint, faciet tamen, ut limen ſit contra putredinem, & dicta non ſunt omittenda, tum mala aliter incurabilia curantur; ſcarificatio etiam permitti poteſt; ſic ſi gangræna nondum adſit, & humores nondum putridi ſint, ſed tamen maximè ad putredinem diſpoſiti, ſi tum applicem putredini reſiſtentia, tum gangrænam incipientem tollo; ſic v: g. dictis fomentis externè applicatis, internè decocta memorata ſunt præſcribenda, tum curatur æger, antequam gangrænam accipiat, ſic ſi v: g. vocatus ſis ad hominem juvenem, qui primo in horripulationem incidit, & dein accipit febrim pertinaciter perdurantem per duos dies, ſi tum huic febri ſubſequatur tertio die ingens tumor circa tibiam, & tumor augeat molem ultra duplum uſque ad talum, ſi tum febris æquè atrociter perduret, & leve delirium adſit, tum hic tumor eſt phlegmone mox deſitura in gangrænam, ſic ſi puſtulæ oriantur, tum ſcio materiam ſic eſſe infarctam, ut putrefactio fiat, ſi eam non impediam; hinc tum Miſſio Sanguinis, & Clyſma Antiphlogiſti-

giſticum v: g. de Tamarindis cum dragmis tribus nitri & mellis adhibentur, ſimile verò medicamentum internè detur, externè fomenta applicentur ex decoctis Alliariis, floribus Rhæados, Sambuci, quæ in Oxycrato (quod eſt acetum cum ſale ammoniaco & aqua coctum) decoquantur, & formâ fomenti applicantur, ita ut noctes atque dies pars tepeat in hoc fomento, tum eſt videndum, an ſic curari poſſit, ſi tum per ſex horas redeam, & omnia meliora videam, tum iterum Venæ Sectionem & Clyſma ſimile injicio, ſi febris maneat, ſi verò vocaris ad ægrum, in quo jam pars gangrænoſa eſt facta, tum ſimilia medicamenta ſunt adhibenda, ne proſerpat, ſi hac ratione omnia peragantur, tum morbi aliter incurabiles curantur; jam ergo dictum eſt, quomodo gangræna vel diatheſis in gangrænam tollatur, quod conſiſtit 1. in putredine prohibenda, 2. progreſſum arcendo, 3. moderatione victus.

§. 442. *Liquida* id eſt ſales jam ſoluti & extracti; ſales in ſanitate nondum ſunt ammoniaci, ſed adhuc fixiores, nec acres, ſed penitus ſaponacei; hinc in nobis ſanis non eſt ſal volatile, putrefactio facit ſalem orbum eſſe oleo & acido, ergo his ablatis fit volatilis & alcalinus, acer & cauſticus, & tum facile deſtruuntur minima vaſcula.

Putrefacta. Ut blandam indolem amiſerint.

Mobiliſſimæ ſicut partes ſanæ.

Deſtructi. Ut influxus & effluxus humorum planè impediat & omnino abſit, tum reſtitui nequit, nemo enim habet medicamentum, quod vaſa facit revivere, & hinc ſi vaſa ſint planè deſtructa, tum perdita ſunt, & ſi perdita

ſint,

ſint, tum non amplius ſunt vaſa ſed heterogenea, ſeu ad partem non ſpectantia, nec cum vivis ſe unire potentia.

Corruptæ. Chemici verò adeo hæterocliti & jactabundi ſunt, ut ſe tale quid poſſidere oſtentent, ita ut dicant, ſi crus plane ſit ablatum, quod tamen recreſcere poſſit; hinc rogant, cur non æquè hoc fieri poſſit ac in cancris, ubi chælæ recreſcunt, ſic etiam cornua cervorum decidunt, ſic etiam noſtri capilli in anno ut plurimum (ut credo) bis cadentes recreſcunt, quod verò pars gangrænoſa recreverit, non ſcio ullum Auctorem ſcripſiſſe.

Motis. Hoc patet in curatione membrorum congelatorum, nam tum oportet partes glaciales educere per vias, per quas ingreſſæ ſunt.

Exhalare. Quia eſchara gangrænoſa vel cutis dura ſuppoſita loco gangrænoſo facit operculum tam durum, ut miaſma contagioſum exhalare non poſſit, ſed hic circa vicina circulatio adhuc motum facit; hinc tum partes putridas movet, & vivis permiſcetur, tum dein altero die ibi quoque gangræna, & tum iterum vicinia hoc putrido inficitur, hocque modo iterum ſequenti die ibi gangræna adeſt & ſic porro; hinc ſi tum quis medicamenta moventia adhibere vellet, ille partes adhuc vivas mortuis permiſcet, & ſic gangrænam proſerpere facit, nam hac ratione cutim nimis ſolidam & difficile gangræneſcentem non rumpit, ſed gangrænam per panniculum adipoſum ſerpit, & materia putrida venis ingreditur; tamen motus convenit (ut prius dixi) ſi ſimul pars exhalari poſſit.

§. 443. *Separare* id eſt ſeparetur, quod communicationem non amplius habet cum parti-

bus vivis, nam mortuum habet idæam hæterogenii, ſic etiam eſchara, hæ enim cum parte viva non concreſcere poſſunt, hinc neutiquam curatur ſine ſeparatione.

§. 444. Nullum Medicamentum facit ſuppurationem in gangræna, ſed ſola vis vitæ, nam licet nil applicetur, tamen internis medicamentis ille motus augetur, & gangrænoſa pars quandoque excidit; verum quidem eſt margine deſciſſa & oleo vitrioli applicato, quod tum ſuppuratio fiat in margine, ſed in fundo non, & hoc nunquam ſeparabitur, niſi vis vitæ augeatur, ergo hoc proſpiciendum eſt, & eatenus talia cauſtica proſunt.

Vi vitalis. Vis eſt motus humorum per arterias omnis generis, non enim ſunt Chemici, Chirurgi & Medici tam felices in arte ut poſſint curare vel ſeparare cruſtam plane gangrænoſam id eſt ſphacelatam, niſi fiat cultro, ſed tum regeneratur; ſic habui Hagæ-Comitum Chemicum & Doctorem Amicum, qui dicebat ſe id poſſe eodem modo efficere, ut ope calcis vivæ cicatrici applicatæ, quam in cute ovilla vel bubula, quæ ſic ſeparatur, ſed hoc ſit, quia omnia ſic moventur & atteruntur.

Ad fines. Hic eſt finis vaſis vivi & initium vaſis mortui, dum ibi ſuffocatio & ſuppuratio oriuntur, nam aliter arteriæ ſanæ ſibi reſpondent, ſi verò ſuffocentur, tum una talis particula accipit pus, omnes partes fiunt breviores, nam una pars ſurſum, altera paulo deorſum quaſi vergit, hinc fit rima.

Imperiti Chemici quæſiverunt facere ſeparationem per cauſtica, ut per Butyrum Antimonii, ſed tunc faciunt eſcharam & ſuppuratio inter vivum orta ſeparationem efficit, non verò cauſti-

auſticum; cum ſeparatio fit, primo die de-
hiſcit margo, ſequenti die margo eſt alba,
humida, purulenta, tertio elevatur, quinto fit
pus, tandem pars abibit ſoluta ab ipsâ naturâ;
non vidi ablatam gangrænam, niſi intermediâ
inflammatione, quæ in ſuppurationem abit.

§. 445.:1. De his dictum ergo eſt non inhæreo;
in omnibus tribus ergo agendum eſt, ut vires
augeantur, putredo arceatur, & quæ adhuc
futura non avertatur, ſuppuratio promovea-
tur & caveatur, ne putridum intret venulas,
& totum ſanguinem inquinet, ideoque matu-
rantia & ſuppurantia ſunt optima. Si pars gan-
grænoſa facta ſit à decubitu, & ſi eſcharata,
tum ſcarificatio facienda eſt nempe partem inci-
de, ne tamen ſentiat æger, tum Unguentum Au-
reum vel Cataplaſma applico, & ſi tum altero
die incipiat liquor effluere, hoc notat naturam
triumphare, nam aliter illa eſchara vaſa ſup-
poſita ſuffocat, quod ſcarificatione tum ca-
vetur, hocque modo gangræna non amplius
proſerpit.

§. 446. Ars in eo hæret, ut ſuppuratio
fiat, & ut ulterior gangræna prohibeatur, &
eſchara emolliatur, tumque fit pulchra ſepa-
ratio, quæretis autem forſan, an gangræna
ſemper ſupperando ſeparari debeat? Imo, niſi
ultro fiat, etiam ipſa cauſtica non agunt ſine
ſuppuratione, ſi verò Medici hoc ſcirent, tum
partem gangrænoſam non ita exſiccarent; ve-
rum Chirurgi ſuppurationem adeo metuunt.

Scarificatio. Chirurgus bene facit, quando
incidit eſcharam ad vivum ferè uſque, quod
eſt inventum veterum, qui tamen hanc opera-
tionem ſemper adhibere nolebant, ſed dicunt,
ſi cruſta tam dura, tum redde perſpirabile per

inciſionem partis mortuæ fere uſque ad ſanam, crudeliter verò agit Chirurgus, ſi partem vivam incidit, ergo ſcarificatio fiat, ut partes inferiores non confundantur in ſuo liquido proprio, illa ſcarificatio tum facit, ut ſuffocata contuſio, vaſa comprimens, nec interim coctionem, nec contritum vaſorum permittens auferatur; ſi magno vulneri imponatur ferrum, hocque inſtrumento pars fortiter alligetur, tum omnia comprimuntur, quod non curabile eſt, niſi preſſio tollatur; hinc in hoc caſu eſchara etiam eſt incidenda, ne pars ſuppoſita nimis comprimatur.

Serpentis. Eſt violenta vis partium vivarum contra mortuas.

Abſceſſus. Quia partes perſpirare poſſunt; hinc non integrè ſuffocantur, ſed ſuppurantur.

Separantur. Si vaſa libertatem naciſcantur, tum ſemper elevant eſcharam, fitque febris, quæ ſi forſan non ſit ſat fortis, tum augere debemus, ſed hoc rarò accidit niſi in ſenio, aliter ſæpius nimium motum ſedare quam augere debemus, motus verò in parte fit per ea, quæ in paragrapho ſubſequenti deſcribuntur.

§ 447. Ut revocemus calorem in parte, non tantum ſufficit corpus ſolum implere, ſed ad margines cucurbitis, hirudinibus & ſimilibus attrahentibus applicatis facimus, ut præcisè ad gangrænoſum locum determinetur motus, & hoc faciendum, quando vis vitæ languet, ſi verò demum adſit inflammatio; hinc hæc nocent. Idem facere poſſumus per Emplaſtra Emollientia, ut faciebant Veteres per hirudines.

§ 448. Vidi pleroſque recentiones Chirurgos

gos ſcribentes, poſt inciſam eſcharam balſama ſpirituoſa ut ſpiritum Camphoræ, Tincturas Aloës & Mirrhæ eſſe applicanda, quæ omnia iterum novam ſcruſtam faciunt, verum Veteres noluerunt putrefactionem, ſed ſuppurationem & ſeparationem promovere; hinc ſeparatio non eſt putrefactio; hic ergo 1. putredo eſt inhibenda, ne pars abeat in alcalinum volatile acre liquamentum, 2. facienda eſchara tam mollis, ut mucus. Hic verò nonnulli ad putredinem arcendam adhibent ſpiritum ſalis ammoniaci, ſpiritum urinæ, cornu cervi, alii verò herbas putredini oppoſitas, vel ſimilia ut Maſtichen, Myrrham & Aloën, ſed Veterum potius emollientia acida vel aceſcentia hic adhibenda ſunt, ut decocta farinoſa, ut ex ſecale, hordeo, Avena, Milio, quæ ſunt emollientiſſima, vel flores Verbaſci, Althææ, Papaveris Rheados, folia Abſynthii, Violarum, Mercurialis, ex his cum lacte dulci pultem coquebant veteres & cum paululo olei raparum vel lini faciebant Cataplaſma optimum; hæc non putrefaciunt, ſed potius aceſcunt, ſuntque mirè emollientia, ſi per noctes atque dies tepidè applicata teneantur, verum ſimul putredini eſt reſiſtendum, hinc præſcribi poteſt Unguentum Aureum v: g. ad partes decem, Unguentum Ægyptiacum ad partem unam Miſce, addatur vel Unguentum Baſilicum vel parum Therebinthinæ, hoc ſimul acidum continet, & præſervat partem à putredine.

449. Habeo enim per experimenta fideliſſima, quod aliquando pars gangrænoſa ſit relinquenda imprimis cùm non admodum ſit vehemens, ſub illa enim tunc optimè fit ſuppuratio, & illi flocci gangrænoſi non ſemper

ſunt auferendi; hinc eſchara non eſt auferenda, ſed id, quod valde liberum eſt, auferri poteſt, ſi nullus inde dolor oriatur, nam aliter relinquetur, nil faciat mali, meliusque inſerviet pro operculo, quam linteum externè applicatum; Chirurgi ſcarificationes facturi debent habere ſcalpellum ad utrumque latus ſcindens, & fiat inciſio in eſchara ad viva fere uſque, tum fomentum eſt applicandum ex farina ſecali cum lacte recenti cocta addito oleo lini, hoc putredini reſiſtit, & facit cruſtam gangrænoſam inſtar muci mollem, ſi verò flocculi mucoſi mortui hæreant in parte inciſa, hæc forcipe ſunt auferenda, ſi dolor non ſentiatur, aliter partes ſunt vivæ, quæ ſunt relinquendæ; ſi partes ſint pendulæ, abſcindi poſſunt, ſed inde non credi debet meliorem futuram curationem.

§ 450. Dixi ad ſeparationem requiri, 1. ut febricula (ſi motus deficiat) incitetur, & inflammatiuncula, ut ſuppuratio ſequatur, 2. ut acria obtundantur, & 3. ut illa eſchara mollis fiat & ſecedat, 4. ut illa materies aliter putrida evadens præcaveatur, ne putreſcat, & à venulis in corpus abſorbeatur; hæc eſt doctrina Hippocratica, pars, cujus vaſa ſunt fracta, non habet calorem; hinc Cataplaſmatibus calidis huic defectui ſuppleatur, in uno verò hoc cataplaſmate fere omnia quæ huic caſui conducunt, ſumpſi, hinc juxta hoc plures formulas concinnare poteſtis v: g.

℞. Fola recent. Rutæ horteus.
——— ——— Scordii. ana mß.
Flor. Melilot.
——— Matricariæ ana ℥ij.

Cum

Cum aq. decoct. vaſe clauſo ſpatio $\frac{1}{4}$ horæ admiſce

Farin. Avenæ ℥ij.
Ol. lini ℥j.
Spirit. vini Theriacal. ana ℥β.
Salis marini ʒβ.
M. F. Cataplaſma.

ſi non fuerit bona perſpiratio, tum emollientia, enia ſunt optima, ut ſcordium, quod eſt opimum perſpirabile & Antiphlogiſticum medicamentum, cui additur ſemen lini contuſi ad ncias duas vel tres, decoquatur in aqua pura, & addetur paululum ſaponis veneti, aceti Theriacalis, vel ſpiritus vini Theriacalis, quo cataplaſmate loca gangrænoſa obvolvuntur; ſcordium partem perſpirare facit, acetum putrefactionem ſiſtit, ſemen lini emollit, ne retorrida iant labia, ſi partes ſint ſicca, tum hoc cataplaſma prodeſt, ſi partes ſint humidæ & molles, tum non opus eſt, hinc in hydropicis, ibi gangræna ad partes non adeſt, totæ cellulæ ſubcutaneæ & panniculus adipoſus ad duorum digitorum diſtantiam aqua dilatantur, hinc ſi in his caſibus emollientia applicentur, tum partibus adhuc plus emollitis fit gangræna, ergo ibi cavendus eſt motus, quia materia non eſt putrefacienda, quæ poſtea educi non poteſt.

§ 451. Nam impedimenta ſuppurationis & emollitionis à Medico ſunt tollenda, aër verò accedens hoc impedit; hinc ſi Chirurgus certus ſit, quod gangræna non proſerpat, nec magis augeatur, tum non multum aperire debet, ſed ſi poſt ſex horas à deligatione accedat, tum partem modò movere debet, & videre,

an mala ſigna adſint, an odor cadaveroſus, & ſic per duodecim vel viginti quatuor horas imo plus temporis ſine deligatione relinqui poteſt, aliquando per quatuor dies reliqui omni die bis ægrum viſitando, tum eſt animadvertendum, an calor, pruritus, vel odor cadaveroſus adſit, quod levi elevatione Cataplaſmatis ſubodorari Chirurgus poteſt, ſi nullus adſit odor, tum medicamenta ſunt relinquenda, nam hæc non corrumpuntur.

§ 452. *Contrahi eſchara.* Hoc ita eſt concipiendum, cogitate talis eſt phlegmone, jam cum partes ſanæ inflammatæ ſint, tum adhuc eſt unum corpus, margo incipit in vaſis minimis mori, phlegmone manet in partibus ſanis, ſed mors fieri incipit in ipſa parte, ubi liquor non amplius vadit, tum radii ſe verſus centrum contrahunt, & oritur rima, quæ vi vitæ nempe à contractione fit; hinc illa rima eſt ſemper alba, hinc ſi cinereus circulus oriatur, tum nil eſt metus, eſt tantum limitatio gangrænæ & reptatus, ubi ſuſtitur; ſic quando eſchara in natibus ab incubitu orta curari incipit, tum quotidie minor fit, & contrahitur intra ſe ipſum, hocque eſt bonum ſignum, & ſi fundus tum humectetur, vaſa aſſurgunt, unde eſcharâ humectatâ circulus poſtea albus eſcharam ambiens oritur.

Scarificata pars. Margo eſt primus limes docens ſiſti gangrænam hic margo eſt humida, ſi jam ſcarificatione adhibitâ omnem humorem ab eſchara abluas, & videas humorem prorumpi ab inferioribus, hoc optimum eſt ſignum, & notat gangrænam ſiſti in inferioribns, ſi pars non ſcarificata fuiſſet, tum humor, qui nunc per

per vaſcula tranſit, ſub eo loco putrefactus vaſa compreſſiſſet.

Margo ſana tumere. Nam limites jam habet gangræna, tum ſequitur ſecundo vel tertio die calor, rubor, pulſus, tum fit ſeparatio, prima ſeparatio à mortuis erat, jam ſe habent ut in vulnere, ergo oritur pus, tum vivum eſt impurum & dicitur ulcus, hoc depuratum vocatur vulnus, quod ſanandum eſt, ut antea dictum fuit.

Vacillare. Hoc digito eſt ſentiendum, eſchara enim non ſemper exſcindendo (nempe ſi magna ſit) nec urendo tolli poteſt, quia hoc eſcharam novam facit, & hinc ſub hac cruſtâ ſeparatio eſt facienda; antequam ſeparatur, idem de cauſticis verum eſt, hinc ſuppuratione ſemper ſeparanda eſt eſchara; ſi hæc ſigna nobis offerantur, tum modo emollientia ſunt applicanda, ſic butyro vel oleo lini eſt inunguenda pars, non verò tum ſpiritus vini Camphorati, Decocta ſcordii, Rutæ, Elixiria ſunt adhibenda, hæc quidem partem ut dixi à putredine præſervent & inſtar mumiæ condiunt, ſed ſuppurationem & ſeparationem prohibent, ſi verè eſchara auferri nequeat, tum pars præſervari non poteſt; hinc gangræna interna eſt lethalis.

§ 453. *Anodyna.* Hæc ſunt egregia veterum inventa, inter hæc optimum eſt Baſilicum vel tetrapharmacum unguentum ſimile, quod non ſolum à colore, ſed etiam virtute aureum dicitur, vel farina avenæ vel ſecalis cum lacte adde butyrum inſulſum, ſal ammoniacus, nam nil requiritur niſi ut omnia emolleſcant, tum ſi hæ applicentur, ſuppuratio fit melior, evitetur verò uſus aromatum nimius & à ſpirituoſis

tuoſis abſtinendum eſt, his quidem putrefactio tollitur, ſed ſuppuratio impeditur; ſic enim vidi Medicum juniorem, qui eſcharam, parvam Mirrhæ, Olibani, per menſem tractaverat, & ille hac ratione fecerat eſcharam duram inſtar lapidis, ſed Chirurgus bonus accedens impoſuit medullam bubulam, nam Medicus à Galenicis medicamentis abhorrebat, ſic ſeparatio vel ſuppuratio ſucceſſit; Chemici verò peccant, dum perpetuo lixivium cum ſale Tartari applicant, ſed mica panis cum lacte cocta meliorem habebit ſucceſſum, quam illa; ergo omnia quæ fibris rigiditatem adferunt ſunt vitanda. Optimum digeſtivum eſt Therebinthina cum Vitello Ovi vel pauxillum Balſami Arcæi.

Omnia. Spiritus vini, alcohol non conveniunt, licet laudentur à viris in praxi, ut apparet, verſatis, *Boyleus* maximè laudat ſpiritum vini in gangræna, ſed *Sydenham* longè melius dixit, ſpiritum vini in inflammatione primâ eſſe tolerandum, ſed in gangræna eſſe contra indicationem.

Quies danda. Ne nova fiat inflammatio, jam gangræna deducta eſt ad naturam ulceris, omne ulcus curatur depurando, detergendo, replendo, exſiccando; verum de his ante egimus; applicantur balſamica ſi, his non obediatur, tum apponitur Radix Gentianæ vel Ariſtolochiæ rotundæ tenuiſſimè inciſæ, aut aliquid Mirrhæ, eadem curatio ut in abſceſſibus.

§ 454. Si pars perfectè conglaciata ſit, tum omnis hæc pars infinitis quaſi ſpiculis congelatis penetrata eſt, hæc directè debent per eandem exire viam, per quam ſunt ingreſſæ, ſed ſi moveantur, tum pars inſtar muci cadit.

Nive

Nive vel aqua, nam nil citius quam aqua ongelaſcit, hinc ſpicula frigifica magis trahit, nam humores noſtri; hinc circa partem aqua ongelaſcit, & cruſta congelata naſcitur, quæ lvi non debet, nam extractis ſpiculis à calo- interno. circa partem cruſta liqueſcit, & onte decidit, tum in hac cruſta ſpicula hæ- nt, & pars iterum mobilis & ſenſilis erit, d tamen adhuc frigida, aqua verò debet eſſe oxima congelationi, hinc ſal ammoniacus l marinus vel alius ſal eſt addendus, ſi enim matis pomum vel ovum vel carnem, & ſi- tis conglaciare, tum immittatur aqua calida, m caro, pomum & ovum erunt inſtar muci, verò immergatur aquæ frigidæ vel nivi, tum creſcit glacies juxta latera pomi vel carnis l ovis, & ſi relinquatur, donec regelaſcant, m æquè nitida manent, ac ante conge- tionem erant, hac methodo ſcio corpora in orealibus locis ſub nive diu ſepulta eſſe ſerva- , & revixiſſe; frigus enim non eſt abſoluta ies, ſed compoſitum quid, ſi manus ſit onglaciata & mortua, tum nive eſt obruenda, m nix circa manum congelaſcere incipit, & icula extrahuntur, ſi verò manus ad ignem ccedat, tum pars cadit, quia tum per viam ctam ſpiculæ non educuntur, quando æ- o ſervato frigus eductum eſt, tum calefa- entia & frigida adhibenda ſunt. Hoc ma- m accidit hominibus, qui in Norwegia & roenlandia balenis capiendis operam dant, s enim oritur ſpecies ſcorbuti à gelu & gan- ræneſcunt partes. Hoc concipiendum eſt, uaſi infinitæ aciculæ vel ſpiculæ adigerentur aëre in noſtram cutim, ſeſeque fortiter in- gerent, & partes ſolidas invicem conjun- gerent,

gerent, ergo conglaciatio nil aliud eſt, quan converſio fluidi in maſſam duram id eſt ſoli dorum cum fluidis conjunctio; hæc dicta con veniunt maximè cum Verulamianis experimen tis, majorem motum eſſe hyeme & alcohol i gelu duplo plus exhalare, quam diebus canicu cularibus, aqua conglaciata eſt levior, & qu glacies levior, eò gelu eſt acrius, tum rim à calopodiis ferratis factæ deerunt poſt vigin quatuor horas, & glacies iterum erit polita ergo non à quiete congelaſcunt partes, ut vo luit *Carteſius*, ſed ab inſinuatione corporun acrium, ut clavis ferreus hæret in aſſere, no per quietem ſed per validum motum adactu Si poculum nive in vaſe majori aqua repletur tempore brumali imponatur, & vas illud aë frigido exponatur, tum conglaciabitur aqu circa vas nive plenum, & quod mirum erit ni ipſa fundetur in vaſe, certo argumento quo ſpicula congelata nivis, quæ ipſi dant hanc con ſiſtentiam, exiverint per parietes vaſis, ubi era nix & conglaciaverint aquam circumfuſam hinc idem obtinet in curatione horum morbo rum ſupradictorum vide *Mariotte*. Poſtea de tur homini Theriaca, ut ſudet. Si nivem cu ſae miſtam in aquam demittam, aqua con glaciatur, & nix cum illa ſolvitur; id doc vim elaſticam ſive attrahentem inter nivem aquam & ſpicula glacialia.

§ 455. Hoc patet ex præcedenti.

§ 456. Si nix non adſit, tum ſtragulo aqu frigida imbuto obvolvantur ægri, donec null glacies ſtragulis aderit, tum ægri valde debile refocillantur, quia gelu nondum eſt reſolutun circa cor, uti loquuntur, tum medici ſaccharo

vino

ino, cum nuce myriſtica, macis reſocillant
ocque modo curatur morbus.

Sphacelus.

§ 457. *Sphacelus eſt conditio Phyſica corporis ivi, quando pars aliqua nullam omnino com-nunicationem cum partibus reliquis vivis uti orde, pulmonibus, cerebro, cerebello habet; & oc pertingit ad oſſa uſque, id eſt tum illa pars non mplius eſt pars corporis*; ergo jure merito au-erri debet, hoc fit duplici modo vel per natu-am, quæ ſæpe adeo valida eſt, ut illud mor-uum à vivo ſeparet, & excutiat, vel lanceolâ Chirurgicâ vel medicamentis cauſticis, quod dem eſt; natura ſæpe mirabilia facit, *Ruy-chius* vidit ad partem gangrænoſam undequa-ieri marginem rubram, quæ tandem ſuppura-atur & ſeceſſio fiebat, non tantum cutis, & anniculi adipoſi, ſed etiam muſculorum & amellarum oſſium, præterea in Noſocomio Amſtelodamenſi talis ſeparatio gangrænæ facta ſt in brachio, quæ penitus ſeparata brachium ecidit quaſi mortuum eſſet & porro ſanatum aturæ ope, ſi talis ſeparatio non fiat per na-uram, tum Medicus arte hoc tentare de-et.

Auferendum. Nam illud ſphacelatum eſt he-erogeneum, & nil niſi unionem cum vivo abet, ſed an omnis pars ſit auferenda? ſi fieri oſſit, ſi vires permittant, & ſi non ſit ætas enilis, ſed an ſemper cultro fieri debeat? non, ed natura & ars hic aliquid facit, & quo-

que

que nonnunquam tota pars non tolli po-
teſt, ut ſi ſphacelus ſit ad nates, tum toll
nequit, ut talem caſum vobis in Noſocomi
monſtravi.

§ 458. *Affecta.* Pars enim non auferri po-
teſt, quæ non ad fundum, vel non in to-
tum corrupta eſt v: g. ſi demidia pars brachi
ſit ſphacelata, tum difficilius fit ſeparatio
quam in toto ambitu.

Situm. Loca adſunt, ubi exſtirpatio non in-
ſtitui poteſt, ut circa genas & nates, v: g. æ-
gri ob diuturnitatem morbi diu decumbentes i
parte ſæpe accipiunt gangrænam in oſſe coccy
gis, ita ut cutis panniculus adipoſus, muſculi
perioſteum, necroſi affecta ſunt, oſſe interim
abhuc bono, certè hic non poteſt exſtirpati
fieri, ergo bonæ naturæ hoc opus eſt relinquen
quendum, quæ natura omnia corrupta ſæp
reſolvit, vidi hic in Niſocomio puellam talen
necroſin patientem, ita ut ipſæ lamellæ ab oſſ
ſacro receſſerint, quod tantum fecerat natura
exſurgebant nempe punctula rubra; quæ quaſ
nebant novam membranam, qua obducebatu
os loco perioſtei, hacque ratione ſanata eſt
licet pars mirè deformata eſſet. illud enim pe
rioſteum omnes cavitates arctiſſimè obduceba
& præterea inſerviebat pro cute, nam reliqu
integumenta non recreverant; in ſummo ſeni
non eſt tollendus ſphacelus, quia cum parv
ſit circulatio, multum mali ab hoc ſphacelo no
eſt timendum, ſi ſphacelus occupet aliquan
partem externam v: g. manum vel pedem, nul
lum eſt remedium, niſi auferre totam par
tem.

§ 459. Si videas in loco maculam cæru
leam, tum ſphacelus ibi eſt, qui adhuc ſerpi

ſcalpellum intrudatur, nullus inde oritur
tor, hoc vidi in ægro febre anomalâ labo-
nte, qui inde valde hebetatus fuit; hinc cum
eum acceſſi, rogavi quamdiu ſic jacuerit?
pondit per tres vel quatuor horas, tum ad
coccygis reſpexi, vidique ibi maculam livi-
n, quæ quidem à præſentibus parvi æſti-
batur, ſed erat verus ſphacelus, nam rarò
c bene cognoſcitur, ſed ſi tale quid videmus,
n nobis eſt ſtudendum, ut faciamus crenam
er partem mortuam & ſanam, ut eſchara
cta contrahatur ut § 452, dictum eſt, hoc-
e modo primæ indicationi eſt ſatisfactum.

§ 460. Progreſſum impedire ſphacelo, eſt
pedire, ne proſerpat, id eſt ne 1. parietes
cini ab hoc corrupto infecti inflammentur,
æ inflammatio duplici ratione fit, 2. ab ef-
ente ſanguine nec potente pertranſire, hoc
tem impediri nequit, niſi ſphacelus tollatur,
ergo concluſum ſit, partem perfectè eſſe
ortuam, & ideo eſſe auferendam, an tum
ſpectabimus naturam? non, ſed ſi adſit rima
medio apparens inter partem vivam & mor-
am, tum natura molitur; hinc juvanda
, ſi verò nulla talis ſeparatio adſit, tum vi-
m radicatur in mortuo, & altero die mori-
r, ſicque porro, hinc ilico eſt videndum, an
rs ſeparari poſſit.

§ 461. *Secando* proximè ad partem vivam
e diverſis ſectionibus juxta *Veterem Poë-
m.*

Immedicabile vulnus enſe reſcindendus
Ne pars ſincera trahatur.

Urendo. Si malum proſerpat, eſt egregius
mo-

modus, licet crudelior videatur, ferro cander uſque ad vivum fere inuritur, ut fiat cru ſeu eſchara, tum partes utrumque ſummope contrahuntur, & nil plus conſtringit qua uſtio, hacque ratione fluxus humoris corru tollitur, hinc progreſſus ſphaceli impeditu non ſumitur ferrum latum, ſed acutum inſ cultri, paulo ſupra utrimque adeo indur cit, ut vitalia ad mortua non amplius fera tur.

Rodendo. Itali ad hanc rem ſumpſerunt f rum ignitum; in hunc finem butyrum antim nii laudatur, optimum eſt, ſi in oleum co verſum ſit, aliter nimis eſt craſſum, bis ter liqueſcat, tum manet, ut oleum, hocq paulo ſupra ſanam partem ducitur linea, q poſtea ſiſtit communicationem, quia cru induratur intermedia, ut ſphacelus ſiccus n progrediatur, ſed adhuc eſt humidus.

§ 462. *Progreſſus eſt perpetua & ſucceſſi partis ſanæ cum mortua communicatio & con nuitas*, & ſic ſemper reptatus fit corruptio adſcendendo ad vas vivum; hinc ergo progr ſum impedire eſt tollere continuitatem in partem vivam & mortuam.

Uritur ſemper eo uſque, ut ad ſanum f uſtio pertingat, hoc quidem videtur crude ſed tamen requiritur, & nullum dolorem cit, ſi vivum, ut fieri debet, non attingat

Acri lixivio. Ut fit ex calce viva & ſale calino diluto cum aqua, hoc optimum & e caciſſimum eſt, & facit, ut tota pars eſchar des fiat; ſed tamen magis amarem lixiviu acidum, hinc ſpiritum nitri applicarem ad fu dum ſeu medium partis ſphacelatæ eodem m do, ut ad latera cum butyro antimonii li

t

n mali annotavi; hæc verò omnia ſemper
parte mortua ſunt applicanda, nam in vivis
boni faciunt, imo credo Chirurgos non
ɔere unquam cum ſuis corroſivis aliiſque
edicamentis dolorem facere, nam hoc facien-
nil proficiunt, ſed ad mortuam partem ſi-
lia adhibeantur, ut putredo auferatur & ar-
atur, talia ſunt ſpiritus nitri, ſpiritus vitrio-
ſpiritus ſalis, vinum, ſal tartari v: g. ad
ıgmam unam diluatur in unciis decem aquæ,
n penicillo caſido hoc lixivium intruditur,
lixivium fortiſſimum ſumatur, tum uritur
rs, ſed cum hoc ſale diluto citior tamen fit
ɔaratio. Si gingivæ ſint gangrænoſæ & atræ,
n his ſpiritibus ſunt attingendæ, hæc omnia
cum habent, ſi v: g. gangræna ſit ad nates
ı ad os ſacrum, ubi exſtirpatio fieri non po-
t, tum inciſio eſt facienda fere uſque ad ſa-
nı, & licet etiam pars oſſis ſit ſphacelata,
nen vaſa ſub parte ſphacelata hærentia reſur-
nt, ſi verò ſic ad os uſque inciſio facta ſit,
os nigrum appareat, tum applico ſpiritum
ıi communis, ſed non acida (acida enim hic
ɔcent) cum pulvere Maſtiches, Olibani,
Iirrhæ, ſi tum his applicatis pars oſſea incipiat
mere, tum fit exfoliatio, aliter ſcarificatio
t inſtituenda, vel cuneolo os incidatur prope
vum juxta methodum *Belloſte* hincque poſtea
actetur, ut vulnus cranii iiſdem cum cautelis,
verò totum os ſit mortuum, tum nulla ſpes
t ſeparationis.

Emolliendas. Quod fit partem obliniendo
el cum butyro inſulſo vel Unguento Baſili-
ɔ, vel Balſamo Arcæi, hæc locum habent,
ım videmus cruſtam gangrænoſam cum vivis
ɔhærentem.

§ 463.

§. 463. Si in loco putrido ſphacelato par incipiat humectari, corrugari, criſpari, contra hi, rimæ inter ſana & mortua fiunt magnæ albæ, non nigræ nec plumbeæ, non retorr dæ, aut ſiccæ, ſed humidæ, ſi pus appareat & eſchara ſphacelata ſit mobilis, tunc cura pe acta eſt, ſphacelus ergo interius incurabilis eſ nam cruſtam & pus cadunt in corpus. Si tal cruſta non adſit, ſed viva pars eſt perſpicua tum curatur ut ulcus per ſuppurantia medica menta. Pars ſphacelata auferenda eſt cum oſſe nam nudum os cum ſuis vaſis nunquam nu triri poteſt.

§. 464. Hic verò certus eſſe debes de ſpha celo præſente, antequam verò hoc ſcias, tu debes certe cognoſcere nullam eſſe circulatio nem ad os uſque, hac enim in re falli poſſi mus, nam mors partis poteſt eſſe ſat profund cum tamen modo panniculus adipoſus ſit in fectus, nam hæc membrana mirè increſce poteſt, ſic enim ſæpe Chirurgi cultro explo rantes quam profundè mors ſit, ubi ad tend nes perveniunt, fere convulſiones faciunt; hi hic cautè procedendum eſt, & credo nemine medicorum eſſe, qui hoc negare poſſit, na ſi pars exſtirpari poſſit vitâ manente, tum e exſtirpanda, quod fit vel à naturâ vel art natura longum tempus requirit, & periculu facit, ne totus homo moriatur; ars verò ci tollit.

Una cum oſſe. Omne enim os vaſis, integ mentis & muſculis nudatum eſt, hinc nul modo inſervit, non enim magis fulcrum eſ poteſt pro ſuſtentanda parte, hinc os non e excoriandum vel deglubendum, ſed totum a ferendum. An verò illa exſtirpatio ſemper e

faciend

facienda? Non ſemper, nempe ſi corpus ſenile & debile, tum pars non auferenda eſt, ſed tum illa, quæ mumialem & condiendi vim habent, ſunt apponenda, ut ſpiritus vini, alcohol cum aceto, aloë Myrrha ſic tale exemplum Hagæ-Comitum contigit, & ſimile in *Ephemeridibus naturæ curioſis* narratur, erat mulier ſenex, quæ incidit in ſphacelum femoris & exſtirpatio jam erat concluſa, ſed Medici prudentes videntes ægram non diu ſupervicturam, reliquerunt operationem, tum ad præſervandam putredinem applicuerunt condientia cum Antiſepticis ut Mirrham, Aloëm, Salem & Spirituoſos, hocque modo impediveverunt, ne proſerperet ſphacelus, tum parte exſiccatá inter vivam & mortuam partem fiebat vinculum, hacque ratione putrefactio fuit impedita, nam non ſat virium habebat ad ſuppurationem, ſicque margine exſiccata vixit adhuc per duos annos, hoc ſola natura cum his medicamentis fecerat, verum ſi vis vitæ fuiſſet ſat magna, tum ſuppuratio & ſeparatio fuiſſet facta totius partis mortuæ, tam mollis quam duræ, ne medium oſſis, quod eſt ſolidiſſimum, excipio; hinc ergo ubi natura eſt debilis, ibi potius exſpectemus, & medicamenta putredinem inhibentia applicemus, ſed ſi cito malum proſerpat, & vis vitæ major adſit, tum ilico exſtirpatio eſt inſtituenda, ſi poſſibilis ſit.

§. 465. *Exſtirpatio eſt partis vivæ à mortuâ integra ſeparatio per artem*; hæc ſit variis modis; nonnulli ligando hoc tentarunt, & ſi tibia eſſet exſtirpanda, fecerunt ligaturam ad genu, ut nutrimentum hujus partis tolleretur; damnoſa hæc eſt praxis, nam hoſtem intra propria

manica coërcent, quod ſupra ligaturam eſt; morietur, ut & partes vivæ turpiſſimo eventu intra paucos menſes, nec exuſtio non eſt bona, in crudebilibus operationibus debemus eſſe prudentes, & devinare, quid ſit futurum; ergo per ferrum exſtirpatio eſt optima, hæc in variis locis varia eſt, novimus quod acinacibus digitos amputent in bello Chirurgi, nec multum damni ſequatur; hinc in partibus ubi commodè fieri poteſt, concedendum ſupra lignum durum, nec nimis rigidum (belgicè *een Slagters blok*) imponitur cuneus, forti malleo præciditur pars, neque magna operatione opus eſt; ita fit in *Metacarpo*, hinc ſæpe una pars tantum exſtirpanda eſt, ſic contigit hac in urbe, medium os metacarpi tantum ſphacelatum fuiſſe factum; tum inſtrumentum ſit tale quod ſolum id capere poſſit bene diductis aliis digitis vel oſſibus & valido ictu è loco intermedio exciditur, fitque ictu oculi vix ſentiente ægro; ſtatim poſtquam operatio eſt facta, balſamica & nervis amica ſunt imponenda, aliter hic tota manus exſtirpanda eſt, quod valde eſſet ingratum.

§. 466. *Eget.* Nam ſi dictam methodum per cuneum & malleum hic ſequeremur, tum os finderetur & oriretur majus malum; ſi exterioribus artubus ablatis videamus tolli poſſe incommodum à ſphacelo futurum ſalvâ interim vitâ, tum exſtirpatio eſt inſtituenda, & hæc operatio proprie exſtirpatio dicitur; hinc ergo hic in concilio venit, an pars ſit auferenda nec ne? Ut verò ad hoc reſpondeatur, inquirendum eſt, an æger ſe melius haberet, ſi exſtirparetur, ſi hæc tum ita inveniamus, ut parte ablata diutius & melius vivere poſſit, tum operatio eſt inſtituenda,

nenda, ſi verò corpus debile atrophycum vel hydropicum, tum ab operatione deſiſtendum eſt.

§. 467. Si ergo de hac re conveniat, quod exſtirpatio ſit inſtituenda, tum quæſtio oritur de loco, ubi eſt facienda, hoc his canonibus definitur.

1. Quia eſt ſubſtantia vitalis.

2. Nam ſi margo mortua maneret, tum non juvaret exſtirpatio; hinc omne mortuum ſemel ſimul & citiſſimè eſt auferendum, ſic *Dionyſius* narrat de Rege Galliæ Ludovico XIV, cui quædam pars exſtirpanda erat, eum dixiſſe ſe ſemel pati velle, ſed non bis.

3. *Uſus.* Quidquid in digitis, carpo, metacarpo, tarſo, metatarſo, humeris, femore conſervari poteſt, illud ſemper habebit uſum, ſed hoc non de tibia verum eſt, quia ſi quid remaneat, hoc retrorſum incurvari debet, & ligneus pes ſub genu poni; hinc ſub genu eſt exſtirpandum, ſi accidat viro generoſo ſe contudiſſe pedem, ut hinc exſtirpatio concluſa eſſet, is dixit Chirurgo, ut faceret, quid vellet, ſi modò commodiſſime inniti poſſet Chirurgus verò prope tarſum exſtirpationem inſtituit; hinc pedem retrorſum gerere debuit æger, ideo ille huic rei pertæſus novam exſtirpationem ſubiit, ſub genu, ubi tum commodiſſimè fit loripes.

§. 468. Si exſtirpatio in brachio, aliave parte ſit inſtituenda, ſeparatio fiet ſemper in parte ſana, quæ ægræ proxima, multi Chirurgi contra egerunt in mortuo ob metum doloris & hæmorrhagiæ; poſtea pars diu tecta debet manere ob hæmorrhagiam & recrudeſcentiam metuendam. Verum ſi fiat exſtirpatio quatuor digitis ſub junctura genu inventum eſt inſtrumentum, ut in Anglia hodie optime fabricantur,

tur, quod pedem bonum fingeret, & fungeretur officio bonæ tibiæ, totoque crure eo uſque ablato, brevi commodius applicatur inſtrumentum, quo fulcitur, hinc fit facilitas, ut ſat facile incedit, ubi paululum modo aſſuetus eſt æger. Chirurgi caſtrenſes Viris primi generis & ordinis tibiam fere totam reliquerunt, quia non erat infecta, ſed præ tædio debuerunt illi ægri diu pati ſibi auferre eam partem; nam muſculi gaſtrocnemii non extendunt crus, ſed firmant muſculos ſubjectos & ſunt loco tertii oſſis firmantis Aſtragulum & totum crus, hoc enim ſine tendine Achillis (qui eſt tendo eorum muſculorum) dirigi nequit & retroflectitur, hinc ſi non ſecetur ſupra genu, tum pars fit rigida & retroflexa, quia tota vis muſculorum Gaſtrocnemiorum perit; vide de his *Hildanum*, *Paræum*, & famoſiſſimos Chirurgos.

§. 469. 1. Medicus præſens debet curari, ut omnia inſtrumenta & totus apparatus præſentia ſint, tum Medicus & Chirurgus ſe invicem amicè rogare debent, ſi hoc vel illud accidat, quid tum faciendum ſit!; hic verò non nimis eſt feſtinandum, ſed omnia requiſita hic adeſſe debent, ſic apud Chirurgos practicos eſt regula, omnia nempe quibus indigebo, & omne quod primò indigebo, ponatur ſupremo loco, & quod ultimo egebo, loco ultimo ponatur, ſic primò viri fortes & conſtantes requiruntur, ligatura conſtringens, retrotrahens & reparans, dein inſtrumenta ſecantia, interſecantia, & ſerratim ſecantia, dein pulveres ſtiptici, & arteriarum ligatura vel ferramenta, quibus inuſtio fiat, pro ut quis methodum eligit, & quia ligaturam ſanguini ſuperinducere debent, hinc veſica adeſſe debet, ſed hæc po-

naiur

natur in infimo loco; poſtea debemus certi eſſe quod Chirurgus hanc operationem ſæpius fecerit, nam novus nauclerus non bene gubernat navim, deinde quod non ſi puſillanimus, ut *Ravio* contigit, ubi Chirurgus prima inciſione facta in animi deliquium cadebat, & *Ravius* ilico operationem ſuſcipiens perfecit; verum ſi hoc alii Medico contigeret, ille manum operi adhibere non poſſet, hinc peſſimum eſſet, 1. vaſa venoſa nil damni dant ſed arterioſa, hinc Medico eſt cognoſcendum, ubi arteriæ decurrunt, ſic in humero circa ſuperiora & circa flexuram cubiti arteria nuda locatur, ſolitaria arteria ligatur ſub poplite, ibique ſplenia pyramidalia ſub poplite inter chordas à tendinibus muſculorum factas ponenda, & tunc ligatura *Tourniquet* gallus eſt applicanda, quæ adeo adſtringi poteſt, ut nil plus effluat, quam Medicus velit, niſi quod hæret infra ligaturam & ſupra locum exſtirpandum, hoc fit per illud inſtrumentum, ſic ſi ad carpum ſit, tum ibi ad arteriam ponatur papyrus paulo manducatus, & dein paulo latior, ſic ut ad ſuperiora ſit latiſſimus, tum ſupponatur ſplenium vel compreſſa, & ſimplici ligatura obvolvatur, cui immittatur baculus, & ſic pars baculum rotando conſtringatur prout lubet, unde nil ſanguinis niſi infra ligaturam effluit, ſi nunc circa genu, vel paulo inferius ſub poplite exſtirpatio ſit facienda, tum ponantur ibi ſimiles compreſſæ pyramidales, & fortiſſimè intorqueatur baculus, hacque ratione adeo comprimere poteris, ut non plus liquidi exeat quam velis; *Celeberrimus Chirurgus Petit* adhuc aliud inſtrumentum excogitavit, ut videre eſt *in Actis Pariſinis*, ſed dicta Methodus commodior &

ſimplicior eſſe videtur. Nonnulli ut *Horatius Augenius* cultro candenti partem deſcindere ſuadent, ut arteriæ & reliquæ ſimul conſolidentur, id verò crudele eſſe videtur, nec adeo facilè & accuratè dirigitur, quam quidem imaginatur, præterea ferro candefacto pars non bene diſcinditur, tandem eſcharâ delapsâ ſubitò conſolidatio eſt ſublata; hinc illa methodus non valet.

2. Quò pars deſcindenda magis dehiſcat, eò facilior eſt ſectio, & melius partes recedere poſſunt, ſic pars ſana ſurſum trahatur, altera deorſum, *Hildanus* ad hoc excogitavit ceraceam quaſi manicam, quæ per fibulas adſtringi & remitti poſſet, eſtque bona, quia id manibus difficulter fit vide *Hildanum de Sphacelo.*

3. Contigit ſæpe ægros conſenſu dato credidiſſe ſe ſatis fortes eſſe & noluiſſe firmari, ſed dolore & crudeli ſpectaculo territos ſe moviſſe de loco; hinc poſtquam dedit voluntatem ſuam, æger eſt firmandus, ne ſe noceat.

4. Sic ſi ſcindatur brachium ad humerum, tum debet incurvum manere uti eſt in ſtatu naturali; ergo æger decumbens eſſe poteſt in latus. *Verulamius* notat omnes articulos in ſomno in angulos eſſe flexos; hinc crus non in lineâ rectâ poſitum eſt exſtirpandum, ſed paulo retrorſum flectendum, tum enim naturalis eſt flexus, & pars ſibi commiſſa poſtea æquabiliter trahit, ergo membrum ponendum eſt in eo ſtatu, qui forent, ſi nulli muſculi agerentur.

5. Melius eſt, infelicia tempora tranſigere dormiendo vel hebetando, hinc grana duo vel tria opii vel guttas aliquot Tincturæ opii dentur.

§. 470.

§. 470. 1. Culter ſit acutiſſimus, ita ut novacula certet; ſit fortis, ne diſſiliat ad os; ſit curvus oppoſitus rotunditati partis exſtirpandæ; hinc diverſitas eſt in infante vel adulto in eadem parte & variis partibus requiritur; in dorſo ſit obtuſus, ne frangatur vel flectatur, & Chirurgus caveat, ne ipſe adigendo vulneretur, tunc enim actum eſt de facilitate curæ; ſit benè temperatus, non nimis fragilis, ubi applicatio facta eſt uno ipſo momento quo incipis, adigendus eſt ad os uſque, ſic multum de crudelitate tollitur, ubi ſemper adhæret; æque fortiter premat Chirurgus, donec acies cultri hæreat ad os, ergo culter debet eſſe maximè acutus, aliter obtunditur hoc adactu; hinc antequam operationi adhibeatur culter, debet Chirurgus eum exploraviſſe ad lignum durum cinctum corio rigido, & oportet, ut poſſit hoc lignum ſcindere ſine hebetudine aciei cultri, hocque modo Chirurgus ſuam manum aſſueſcere debet; ſi crus exſtirpandum, debet Chirurgus ſe collocare inter duo crura ægri.

2. Si ergo unicum os modo eſſet exſtirpandum, tum nulla alia Methodus requireretur, ſed ſi duo oſſa ſint exſtirpanda, tum inter os hærent muſculi & vaſa, tum intrudatur culter ab utroque latere ſcindens biſtorium dictus, hocque cultro ſecetur inter muſculum & os, hoc quoque una vice fieri poteſt, ſi culter intruſus elevetur & ſemel deprimatur; omnia exactiſſimè ſunt deſcindenda, nam ſi aliqua fibra tantum relinquatur, ea ſecando tracta maximum dolorem creat; hinc ne capilli craſſities integris partibus remaneat.

3. Aliter exterior pars nempe cutis ſurſum trahitur, & interiora deorſum premuntur, ſic

ut ſæpe vulnus coiret, & ſerra benè tranſfigi non poſſet; hoc verò diſtractione cavetur.

4. Serra ſit tenſa per arcum chalibeum ſuppoſitum, ut firmetur ſerra, quia lamina ſerræ valde ſubtilis eſſe debet.

Perpendiculari. Si obliquè hoc fiat, tum ilico impeditur operatio, & Chirurgus procedere non poteſt, nam obliquitas ſerræ impedit, tum dicunt Chirurgi belgicè *het klemd*, hinc prima crena perpendiculariter eſt facienda, hac enim factâ reliqua ſponte ſequuntur.

Diſſectione. Plerumque faciunt Chirurgi, ut ſerra utrumque os tangat; ita ut tenuius prius deſciſſum ſit, ſic & in brachio fieri poteſt priori methodo & fere ſine ulla differentia, ſed in crure alia eſt res, ubi fibula prius ſerra eſt ſeparanda, dein tibia, aliter ſi prius tibia ſeparetur, tum vix pes retineri poteſt; quin fibula in varia fragmenta diſtringatur.

5. *Meatus.* Ne aperturæ compreſſio fiat & actio impediatur; hic verò metus eſt hæmorrhagiæ in juvene & plethorico, ſed multo minor hujus metus eſt in debili, ex ſucco inertique ſene, ergo ſub ipſo loco exſtirpationis hypomochlion vel manus ponenda eſt, vel os à miniſtris ſic eſt incurvandum, ut ſurſum ad crenam à ſerrâ factam gibbum formet, ut liber ſit ſerræ meatus, aliter ſi hoc non fiat, tum ad inferiora à vi ſerræ impreſſa gibbum formatur, & tota operatio procedi nequit, nam tum ſerra nulla vi agi poteſt. Jam intelleximus artem, quam Chirurgi in exſtirpandis extremis artubus adhibent, verum hic nova eſt inventio, de quâ non novi quempiam unquam cogitaſſe ante *Petrum Adrianum Verduyn*, ille occupatiſſimus & exercitatiſſimus Amſtelodamenſis

Chi-

Chirurgus obſervavit, partem ablati muſculi temporalis repoſitam recreſcere, ſi verò paulo modo ſit avulſa, ille ergo cum in tot exſtirpationibus viderat, quod ſi pes modo eſſet ſphacelatus, tum tota fere tibia uſque ad diſtantiam quatuor vel quinque digitorum infra articulum ſub genu eſſet auferenda, excogitavit novam methodum, qua in re ipſi jam præluderat *van Solingen*, cujus operationes Chirurgicæ adeo famoſæ & bonæ ſunt; hic verò explicabo differentiam inter hanc operationem & priorem; ſi v: g. pes paulò ſupra articulum ſit ſphacelatum, tum ad diſtantiam duorum vel trium digitorum ſuperius in vivo fit operatio, primo partem abſcindunt uſque ad os, & quoque ſurſum longitudinaliter fit ſectio, tum caro ibi pendula hæret, & illa caro applicata concreſcit cum oſſe & carne, nam tum ex hac parte pendula circumapplicata facit quaſi emplaſtrum; quid verò cenſendum de hac opinione? Hic quatuor lucrantur, 1. cutis manet retrotracta, 2. muſculi retinent æquipondium, 3. ille ſic parcit corpori vivo, 4. ſuper quæ excellit, quod pes loricatus ſic æque bene retineat flexuram ac antea in ſanitate; ille Clariſſimus Chirurgus hac ratione multos ægros curavit, ego hanc rem ſedulo inquiſivi, vidique in hac operatione terribilia oriri ſymptomata & incredibiles tumores, quia pars carnis oſſi applicata putreſcit, quæ putredo quidem ſeparatur ſuppurando; verum ſi Chirurgus hoc non noverit, tum putaret novum eſſe ſphacelum, & novam denuo exſtirpationem inſtituendam eſſe cenſeret, nam tum caro inflexa ad decuplum plus intumeſcit, ſed tamen ſeparatione bonâ factâ callus ſatis bonus & mollis naſcitur; ve-

rum tamen credo hanc operationem non fieri poſſe niſi à Chirurgo experto, Galli & Britanni quoque ſcripſerunt ſe hanc methodum tentaſſe & bonam inveniſſe legite *libellum hujus Petri Adriani Verduyn de nova artuum curatione*. In corporibus lue Venerea, Scorbuto & Rachitide laborantibus oſſa tam mollia ſunt, ut præcedens methodus non poſſit in omnibus adhiberi, ſed tantum os ſcindendum eſt.

§. 471. Primarium ſymptoma eſt Hæmorrhagia arteriarum, venæ verò hic in conſiderationem non veniunt, quia nil adferunt niſi quod habent, & ſi venæ aut parvæ arteriæ facile propriâ contractione; aut vitriolo aliove pulvere adſtringente, nec cum magno dolore ſiſtantur; hæc hæmorrhagia raro magna in operatione illius *Verduyn* fit, quia pars retroflexa comprimit arterias; aliter verò hæmorrhagiæ eſt proſpiciendum, nam contingit aliquando *Pariſiis* in hoſpitali in exſtirpatione Inſtrumentum *Tourniquet* fregiſſe, unde ille æger procul dubio periiſſet, niſi adfuiſſet *Chirurgus Regius in Anatomicis Verſatiſſimus Marechal* dictus, qui illico arteriam compreſſit ſub poplite.

Ilico ſiſtenda. Nam aliter vaſa dilatantur, primo ſi requiratur, venæ ſectio eſt inſtituenda, quod melius eſt, quam ſi æger per locum truncatum ſanguinis fluxus patiatur; Methodi ſiſtendi ſanguinem ſunt hæ, Amſtelodamenſes Chirurgi præparant de lycoperdo vel crepitu lupi orbiculos & primò faciunt parvum orbiculum, dein majorem & majorem, ita ut ex fragmentis ſucceſſivis annularibus forment conum &c. tum exſtirpationi facta, vident, ubi ſanguis effundatur, & trudunt eo loci hunc conum, tum farina volatili molendinæ ſuperſperſa,

ſperſa ligatura conſtringunt, hanc tutiſſimam eſſe methodum dicunt, ſed tamen non audent huic confidere, niſi per tres dies & noctes apponant ſervum, qui una manu ſemper tenet arteriam ſub poplite compreſſam. & manu altera intrudit, vel intruſum & applicatum tenet lycoperdon extremitati arteriæ, aliter abluitur.

1. Optima & tutiſſima methodus eſt hæc, extirpatione factâ *Tourniquet* paulo eſt ſolvendum, ut ſanguis effluat, & tum obſervandum, ubi ſanguis effluit, & ibi tanaculo arreptam materiam cum carne filo conſtringunt, & ſupra fili circumductionem acu pertundunt partem, ſicque firmant ligaturam, quam tutiſſimè hoc toties repetendum, quoties arteriæ magnæ adſunt ſemper ſolvendo *Tourniquet*, & invento loco iterum adſtringendo ſic acquieſcere poſſumus, & nil mali inde oritur, imo vix inde dolor ſentitur, hæc methodus debetur *Ambroſio Paræo*, ille enim ſumit tenaculum ex duabus lamellis chalybeis ſat tenaciter hærentibus, & tum operatione factâ ſtatim hoc tenaculo arripit arteriam una cum carne, & tum illud annulum, quod ad tenaculum hæret ſurſum ducit, & ſupra tenaculum ligaturam faciens tenaculo protrudit in arteriam, ſicque eam conſtringit, ſimulque arteriam perforat ope acus ſemel vel bis, ita ut ligatura vel funis per eam ducta maneat, fune relicto nil effluit, tunc apponuntur reliqua, ſic certi ſunt poſtea quoque nil effluere poſſe, hæc verò operatio unum incommodum habet, nempe, quod arteria ſemper ſe retrotrahat, ita ut ſæpe arteria non poſſit arripi; hinc ad hoc incommodum ſupplendum ultimo excogitaverunt duæ

acus incurvæ bene præparatæ, & ſumunt filamentum cera obductum, tum vident, ubi arteria in parte truncata hæreat, quod eſt, ubi eſt copioſiſſimus ſanguinis effluxus, tum ibi per carnem & integumenta acum ſat profundè intrudunt ab inferioribus ſurſum, & ope alterius acus à ſuperioribus deorſum, ſicque in medio arteriam & carnem interceptam firmiter ligant, & hæc methodus mihi videtur optima; licet Chirurgi Amſtelodamenſes dicant ſuam methodum ipſis nunquam feſelliſſe, mihi tamen videtur quid incommodi vel periculi ſub eſſe, cum noctes atque dies ſervum ægro apponant, verum quidem eſt, quod lycoperdum vel vitriolum hæmorrhagiam ſiſtat, ſed ſi paulo ab arteria ſecedat, tum ſanguis ex hac arteria profluens hoc abluit.

Infixum. Hoc eſt faciendum, quando vas deprehendi nequit, accidit enim aliquando, ut arteria citius ſe retrotrahat, quam Chirurgus eam advertere poſſit, & eam conſtringere filo per medium ejus corpus.

Hæc eſt methodus Veterum, hi exſtirpatione peractâ comburebant partem vivam truncatam, ſed tum quarto die eſcharæ à cauterio factæ ſeparatio fiebat; ſi arteriæ ſint parvæ & inſtrumenta debita non adſint, tum methodus eſt inſtituenda, aliter non.

3. Galli parvum nodum Vitrioli inſtar ciceris in formam ſphænoideam formarunt eodem modo, ut de lycoperdo dixi nempe conum formando, & tum unicuique nodo involvunt goſſypeo (belgicè *cattoen*) hacque ratione quoque conum formant, verum globos ſphæricos ab unâ parte faciunt planos, tum certi ſunt Hæmorrhagiam non futuram, ſi hoc bene appli-

plicatum teneatur, ſed tamen ſervus Chirurgi eodem modo ut prius per tres quatuorve dies ægro adeſſe debet ad comprimendum conum illum vitrioli, & arteriam ſub poplite comprimendam; de his vide *Dionyſium in libro ſæpius citato.*

7. Somnus eſt conciliandus, aliter nimis dolent ægri, & corpus in quiete tenere non poſſunt, inde difficilis cura.

Victus non ſit acer, non pinguis, non facile putreſcens, non durus, non difficilis in coctu, ſed tenuis, hinc victus præſcribatur ex cibus non moventibus, non vinis, non aromatibus, ab omnibus animi affectibus eſt abſtinendus æger, Diæta ſit valde tenera, quia viſcera antea ſolebant parare nutrimentum pro corpore integro, jam verò tantum de corpore ablatum eſt, hinc non tantum chyli requiritur ad illud corpus nutridum, huic rei maxime eſt attendendum, ne ægri fiant vel plethorici vel apoplectici. Si æger fuerit plethoricus paulo ante deligationem, tum venæ ſectio eſt inſtituenda, ut præcaveatur nimia hæmorrhagia.

§ 472. Si vaſa ſic coiverint, ut non amplius ſtillent ſanguinem, ab omni margine adnaſcitur non ſtatim vera cutis, ſed quid cuti ſimile, & ſenſim accreſcit, & ſponte obducit totum os, ſi adſit luxuries, tum optimum eſt, ſi imprimis paululum uratur. Os in medio trunci exſtirpati hærens habet plerumque medullam, & lamellas exteriores corruptas; hinc cavenda facilè eſt caries, ſi Maſtiche in farinam tenuiſſimam contrita & cum pauxillo ſpiritu vini ſubacta, qua plumaceolum humectatur, applicetur oſſi, unde non putreſcit, nec corrumpitur, ſed facilis ſit exfoliatio.

§ 473. Si nullus ſit metus Hæmorrhagiæ tum bona digeſtiva, carnem facientia, cicatricem mollem reddentia & tollentia ſunt applicanda.

§ 474. Ratio clara eſt, quia viſcera chylopæa & hæmatopæa manent, & tantum quantum ante adhuc conficiunt ſanguinem, unde tales ſunt maximè ſalaces, quia ſanguis ad partes ferri aſſuetus nunc refluit pro majori parte ad veſiculas ſeminales; apud Romanos obſervatum eſt milites in bello truncatos plures procreare liberos. Tale exemplum hic in Bataviâ habuimus in homine. qui in nave à Bombarda utroque crure fuit ſpoliatus, ille poſtea curatus, cum prius macilentus fuerit, jam verò obeſus multoque in libidinem ſalacior eſt factus, verum ſi tandem plethora nimium abundare incipiat, tum fiunt vomitus mictus ſanguinei, Apoplexiæ, hinc ſanguis aliquoties eſt mittendus, donec vaſa aſſueta ſint tantæ copiæ liquidorum; hinc victus ſit tenuis, non ſemper fiat miſſio ſanguinis, ſed tantum per annum ſemel vel bis.

§ 475. Hinc Artifices varias excogitarunt machinas, ut ablata manu machinulas ferreas, quæ manica obducta videntur manus, ita ut moverint fingentes tendines muſculorum; hi etiam invenerunt pedem formæ humanæ ſimilem, cui homo inniti poſſet, quia dum pedem movet, flectet genu, & homo ſemper impingit in proprios articulos; hinc hic aliquid eſt difficultatis, ut commodius ambulent, quod fit baculo ad inferiora acuto, tunc progrediuntur extravertendo deſcribentes circulum vel ut jocabundi loquuntur galli per parentheſin. Tota ars hic conſiſtit, ut inſtru-

menta

enta ſint ſatis alta, ut homo illa inſtrumenta achiis axilliſque dirigere poſſit, uti & inſtru- enta ad pedes appoſita. De Machinis optimè ripſit *Aquapendens in Chirurgiâ ſuâ*, ibi ha- t armaturam totius corporis per bracteas fer- as; hæ figuræ ſunt nobilis pretii, nec ſine bore inventæ, hinc ſemper hic conſulantur tali caſu; *Guiljemeaux & Uffenbachius in heſauro Chirurgico* ſunt optimi in hiſce caſi- is.

De Combuſtione.

§ 476. *Ignis ardens* ſic voco vivam flam- am.

Latens ſic voco aquam & oleum fervidum el ebulliens vel nondum ad rubedinem igni- um.

Deſtructio oritur à gradu intermedio inter alorem ſani & aquæ ebullientis, hic eſt pri- nus gradus deſtructivus, & quò gradus exce- et, eò magis agit, imo in aqua ebulliente ca- o ab oſſe cadit, ſed hoc multo citius in vivo orpore fieret, ubi adhuc noſter vitalis calor ccedit; dicunt verò in combuſtione à ferro gnito vel fluente quid maligni hærere, ſed nil ubeſt niſi, quod aqua ſit gravius, hinc ignem diu- ius retinens magis adhæreat; omnis ignis hæret ſeu in elementali, ut in foco villettiano & ſchir- auſiano habetur, ſeu hæret in quodam corpo- re, & in utroque caſu idem facit; verum mul- i Auctores crediderunt hic aliquid abſconditi & maligni ſubeſſe, ſed ferrum, niſi plus ca- leat quam aqua ex fonte hauſta, tum non com- buret

buret partes, at ſola combuſtio ab igne præſen-te & modò à ſolâ ignis copiâ determinatur; verum quidem eſt, quod focus eò diutius manet in corpore, quò corpus eſt denſius, ſi Aurum diutius ignem retinet quam ferrum; quod verò oleum ebulliens longè fortius agat ac aqua ebulliens, id dependet ab ignis copia; nam tanto plus ignis ardentis requiritur ad ebullitionem olei quam aquæ, quanto oleum magis ignitum & fervidum eſt aqua, nam in oleo ebullienti quidem metalla ut ſtannum & plumbum fundi poſſunt; hæc eſt ratio, quare multi Auctores oleo malignam vim tribuerint, ſed agit modo quatenus puriſſimum ignem continet, & quatenus magis partibus adhæret quam aqua.

Extravaſatio. Nam per ignem ſummum omne oleoſum inflammatur, terra & aqua rareſcunt, hinc vaſcula rumpuntur, quia materia non exit.

Cauſa eſt ſolus ignis.

Durationis. Si ſubito ignis accedat, & ſubito recedat, tum pars non multum inuritur, hinc poſſumus per maximam flammam manum movere ſine combuſtione, ſed ignem foci villettiani ſchirrenhauſiani ferre non poſſumus.

Partis affectæ. Ubi callus hæret, ibi ignis ferri poteſt, ſed ad pulpam apicis digitorum à momento ignis maximus fit dolor.

§ 477. Si enim primo è longinquo apponas parti ſanæ ignem, ita ut pars inflammetur, primò leniter & gratè pruriet, ſi tum propinquius ponas, dolet idque magis quò appropinquas, tum fit bulla, ſi adhuc propinquius fit echara, & ſi tandem adhuc propinquius, tum tota pars gangræneſcit & emoritur, ſic à gradu

in

inflammationis blandæ uſque in ſphacelum ignis agere poteſt, ergo de omnibus his actum eſt.

§ 478. *Diagnoſis* Si combuſtio ſit lenis ab aquâ fervidâ ſubito præterlapsâ, & cutis integra, rubor, dolor, calor non magnus, hinc ſine ſuppuratione facilè curabitur vel ſponte vel ad ignem parte appoſita, vel cum ſpiritu vini; ſi pars retenta fuerit in aquâ fervidâ gangrænam ferè uſque, tum non ita cito reſtituitur, ſed poſt longum tempus ad ſuppurationem perducitur; ſi bulla fiat ſine ſuppuratione, tum facilè prædicitur curatio, ſed magnus dolor ob nervea loca ſub bullis, ſi bulla ſit rupta & appareat nigredo, gangræna eſt peſſima, longa cura, nec facilis & malà cicatrix prædicitur; ſcio multos jactare ſe magnas uſtiones ad bonam cicatricem reducere poſſe; ſed hæc vana ſunt, in parvis in me ipſo expertus concedo, non verò in magnis; hinc Chirurgus peritus ſtatim id monebit, ſi id non faciat, tum turpitudo relicta ei facilè imputabitur, nec ille multum in his caſibus plerumque inibit gratiam; ſi cutis ſit ablata, expetitur plus quam ars efficere poteſt; cuticula ſplendens tenuis & ſemi-lucens ſemper perfectè reſtituitur, ſed cutis eſt nimis artificioſæ figuræ quam ut reſtituetur ſine vitio, ſi ſuppuratio ſit profunda raro ab inferiori parte renaſcitur tantum, ut vacuum reduci poſſit, difficillimè verò in ſenibus, cum muliere octogenariâ ſæpe animi deliquio & convulſiones poſſa, caderet in ignem & per totum latus uſta nigra & inflammata eſſet, poſtquam educta ex igne ad ſe redibat, vidimus accuratè hæc omnia obſervata, nempe quod ſimplex inflammatio facilè curaretur; ubi bulla erat rupta, quod unguento Diapompholigos

fie-

fieret cicatrix; ſed quod ubi eſchara erat, gan-græna fieret.

§ 479. Si levis ſit inflammatio, curatu facilè; ſi jam bulla adſit, tum non cura-tur niſi ſuppuratione; ſed eſchara hæc quoque tolli nequit, niſi ſub ea fiat ſuppuratio, hac-que ratione eſchara ſeparatur, ſi verò tota pars ſit exſiccata, arida & uſque ad os mortua, tum non niſi exſtirpatione tollitur, hinc in omnibus eadem requiruntur, ac in inflammatione ejus-que exitu, quod quoque animadverti legendo tractatus *Fabricii Hildani viri occupatiſſimi & candidiſſimi de Inflammatione, Suppuratione, Gangræna & Sphacelo* & tandem quoque de Combuſtione ſed ubi priora legeram, vidi tracta-tum de Combuſtione non opus fuiſſe ut enim cu-ratur Eryſipelas, ſic quoque levis combuſtio cu-ratur, quod imprimis peragitur applicando un-guentum Populeum, Emplaſtrum Oxycroceum cum ſaccharo Saturni; multi Auctores jactant ſe combuſtionem ſanare poſſe ſine cicatrice, ſed tum modò intelligunt levem combuſtionem, quam aqua lithargyrii curare poſſunt, ſi verò magna ſit, bullæ adſint, & cutis cinerea nigra appareat, tum ſeparatio vel ſupparatio eſt pro-movenda, unde Epidermis poſtea recreſcit, & albedo ſtricta manet, ſi verò jam bulla ſit fac-ta, tum idem eſt faciendum; ſi cruſta adſit gangrænoſa, tum hæc modo ſuppuratione eſt tollenda; ſi adſit ſphacelus, tum exſtirpatio requiritur; hinc in his caſibus nullum eſt re-medium ſpecificum, alter adhibet flores cere-viſiæ, alter ſaponem nigrum, alter unguentum uſtorium (belgicè *brandzalf*) quod idem eſt, ſi modo hi Chirurgi advertant gradus, cum cura hic longè varia ſit.

§ 480.

§. 480. Si v: g. ad hominem cadentem in
gnem fervidam advocer, tum Chirurgum
præſentem rogo, an pars non erit deformata,
x an reſolutio ſit futura, hanc reſolutionem
uturam promittere poſſumus, ſi pars adhuc
ntegra ſit, ſi figura non multum mutata, ſi
ion in bullas aſſurrexerit, ſi color ruber &
olor ſubtilis adſit, ſi cutis mota nullum ſi-
num det Epidermidem eſſe ſeparatam, ſed
dhuc cum cutis ubique cohærere, & ſi dein
gna externæ inflammationis adſint, tum tento
eſolutionem, & ſi corpus ſit plethoricum,
um Miſſio ſanguinis eſt inſtituenda, & danda
uoque medicamenta Antiphlogiſtica, emol-
entia, ut infuſa Ciani, Althææ, Sambuci,
'erbaſci cum aqua, deinde adde Rob Sam-
ucinum, tum ſimul ægro levis victus eſt aſ-
umendus; parti verò affectæ aſſumentur dia-
horetica, laxantia & putredini reſiſtentia;
inc obliniatur Unguento populeo, ſeu Nutri-
), & ſic curatio peragitur; alii verò ſolum
inum gallicum, in quo ſal diſſolutus eſt, ap-
licant, alii Emplaſtrum Diapompholigos, ſic
t res hic conſiſtat in procuranda reſolutione,
verò parva bulla facta ſit, tum hac apertâ
ıbjacent nervi tunicis exuti; hinc valdè do-
ent, ideo tum potius bulla clauſa relinquitur,
t materia abſorbeatur.

Igne. Si qui ſint, qui ſe facile comburunt,
erte ſunt Chemici, ſed hi ex tempore curare
orunt; hi enim partem proprius igni ad mo-
ent, ita ut dolor ab igne modo in loco am-
uſtionis, non verò in parte ſanâ ſentiatur,
umque tamdiu attenuatur & igni appropinqua-
ır, donec pars ſana æquè ab ignis vi afficia-
r ac mortua.

Totus

Totus qui expedit iter, à putredine ſervat laxat & emollit; ſumatur æqualis copia aqu: lactis ebutyrati, hæc omnia ſpiritu vini mi ceantur, quæ applicata optime ſanant, vid: *Materiam Medicam* ſumatur vel lac virgini vel acetum Lythargirii cum aquâ & vino mi tum, vel urina recens, vel unguentum Ly thargirii. Pro Cataplaſmate inſervit pauxillun ſeminis lini, bulborum liliorum alborum, pau xillum aquæ, ultimo addatur parum ſpiritu vini Theriacalis ſimiliſve; Hic tantum conve niet ſpiritus vini, non in aliis occaſionibus hoc moneo, ut caveatur à *Sydenhamo in ultim tractatu paulo ante mortem edito*, vult ibi a inferioribus probare exemplo & hoc ſine diſcri mine, ſed peſſimè facit, ubi malum eſt emol liendum.

§. 481. Gangræna futura ſcitur. α. Si bull adſit; β. ſi cutis ſit criſpata & contracta; γ. pars incipiat dura apparere, tum eſto certi quod panniculus adipoſus eo uſque ſit corro ſus, ut perſpirabilis non amplius ſit, tum re ſolutio tibi erit impoſſibilis, & quoque ſepara tio, niſi promovendo ſuppurationem; an verò hic quandoque nil tentandum? Imo, ſi in fa cie vel in partibus, ubi deformatio timetur tum miſſio ſanguinis eſt inſtituenda, Diæt tenuiſſima, & medicamenta Antiphlogiſtic ſunt adhibenda, hacque ratione proſpere reſo lutio fit, ut in me ipſo experui, nam magnan uſtionem acceperam à machinâ papinianâ, qua ſic valde ignea diſſiliebat in manum meam, & ſic aqua in eâ contenta vi ſurſum in faciem meam cecidit, ita ut uno momento cæcu factus fuerim, ſed adhuc menti bene compo dixi Chirurgo, ut ſanguinem mitteret ad anim

de

[l]iquium uſque, dein ſumpſi Purgans Anti-
logiſticum, & Unguento Nutrito partes
linire juſſi, & modo pro victu aquam hor-
cum paulo lactis & macilento jure carnium
[su]mpſi, & Miſſione ſanguinis repetitâ & alvi
[pr]oductione octavo die iterum in publicum
[pr]odii. Parvam puellam, quæ in ignem facie
[in]ciderat, curavi Venæ Sectione (licet paren-
detrectarent in tali puellâ tenellâ Miſſio-
[ne]m ſanguinis permittere) ſed tum ſemper vi-
vitæ ſunt minuendæ, ita ut nulla ſuppura-
fieri poſſit, hic enim maximum incommo-
[du]m habemus à viribus vitæ & nervis fibriſque
[ir]itatis. Si ſtillet liquorem ex parvis bullis,
[se]mper quid gangrænoſi adeſt, ſi externa tan-
[ga]ntur, nec æger ſentiat, aut dicat ſe ſentire
tem quaſi per ſuppoſita ſtragula, ſi color ſit
[ci]neritius fuſcus, certa eſt gangræna & curan-
, ut talis inflammatio; hinc ægris & amicis
[pr]ædicimus diuturnam curam & manſuram
[ci]catricem.

§. 482. Gangrænoſum ſeparari non poteſt
[si]ne ſuppuratione, hinc agenda ſunt, quæ an-
monui, 1. perſcindenda eſt pars uſque ad
[con]fi]tia ſani, 2. lavanda fotu, qui putridum con-
[su]mit & emollit, cum aquâ & ſpiritu vini,
[hi]nc apponitur Cataplaſma ſuppurans, lauda-
[tu]r farina lini, nam eſt blandiſſima puls, huic-
[qu]e decocto addatur pauxillum butyri inſulſi,
[hu]nc optime emollit, ſi eſchara vacillet, tunc
[bo]na eſt ſpes, & curo ut vulnus balſamo ali-
[ment]o, ſi quid adhuc adhæreat, digeſtivis tollitur.
cellulosa membrana fuerit conſumta ab igne,
[qu]i recreſcere non poterit, ſed cutis ſubſidens
applicabit tendinibus ſubjectis, ibique fiet
[fo]vea ſeu cicatrix, quæ nullatenus vitari po-
teſt.

teſt. Quidquid hanc cruſtam gangrænoſa externè emollit, & quidquid internè vaſa l xat, hoc faciet ſeparationem & curationem.

§. 483 Si magna vel profunda uſtio nc ſit facta, fit bona cicatrix, ſi profunda nc item. Combuſtio exedit pinguedinem & cu tim, ſed tum cuticula adnaſcitur muſculi deformata ſunt ſolida, & tenſa albedo in hc loco naſcitur; hinc ſemper ut hoc caveatu emollientia, non verò adſtringentia vel exſi cantia ſunt applicanda, quæ emollientia faciu ut natura quodammodo amiſſi defectui ſupplea hinc obſervandum eſt, quod monent *Hildan Charriere* & alii locum ſemper eſſe emollien dum, ut vaſorum fiat textura; ergo conveniu fomenta ex farina lini, floribus Meliloti, Sam buci, Unguentum Baſiliconis, quod ultimu optimum eſt emolliens. Cicatrix ex combu tione eſt politiſſimè reſplendens candidi colo ris, & dein non fere perſpirat, hinc locus c catriſatus nunquam ſudat, non habet pilo ſed eſt tantum confuſa vaſorum compages cicatrice; ad pulchram cicatricem procura dam 1. cavendum eſt, ne exſiccatio fiat int curandum, 2. ne fiat ſuppuratio magna, na nullum eſt remedium circa cicatrices, niſi ha duo inter curandum ſimul fiant.

Scirrhus.

§. 484. Hic morbus non modo Chirur cam pertractationem, ſed etiam maximè m dicam contemplationem requirit, quia in m

s Chronicis ex decem ægris fere novem ab
ıc cauſa laborent, & hinc eſt, quod ſæpe
ledici morbum Chronicum curare non poſ-
nt, ſic v: g. ſunt multæ ſpecies Icteri in
ıibus æger flavet per totum corpus, urina eſt
ıveſcens, & dolor in pericardiis & imprimis
hypochondrio dextro obſervatur, & febrem
ecticam quotidie habet, tunc ſæpe Medicus,
ıidquid facit, ſanare nequit hunc morbum,
ıia ſcirrhus hærebat in hepate, ut ex diſſectis
ıdaveribus patuit, tum malum non pendet à
ıſis nec ab humoribus, ſed à ſcirrho, idem
ıoque in pulmonibus & liene obſervatur,
ledici *Scirrhum definiunt*, nempe *quod ſit
ımor præternaturalis*, *durus*, *ſcaber*, *non do-
ns in loco glandulæ*, hacque ratione bene ab
io glandulæ morbo nempe glandulæ phleg-
one diſtinguitur, nam ibi dolor adeſt, uti &
flammatio, nam glandulæ tumore inflamma-
rio laborare poſſunt, qui non eſt ſcirrhus.

Durus eſt, ut vix ſcindi poſſit.

Scaber id eſt ſcabrities prærupta, ſcrupea,
ſpera.

In glandula, nam nunquam carnem ſcir-
ıoſam factam obſervatum eſt.

Cauſa quæ eſt? Diu ad hoc negotium cogi-
tus credidi, quod omnis glandula nobis co-
nita habeat folliculos cavos, qui folliculi ex-
a vaſa & circulationem poſiti ſunt, nam no-
ſtis, quod arteriæ diſponantur ſupra follicu-
s & tandem in iis hiant, hinc tale cavum
t extra circulationem & vaſa; hinc cum ma-
ria in eam ſecreta dureſcere incipiat tum
btile exhalat & craſſius remanet; hinc me-
camenta modo in vaſis agentia eo perve-
re non poſſunt, inde calculus in veſica ſolvi
non

non poteſt, quia medicamenta eo non pertin- gunt, ſic etiam liquor perſpirabilis partim hæ- ret in glandulis, ibique inſpiſſari poteſt, erg- pro cauſa habet omne id, quod inſpiſſat ſe- ſerum coagulat. Lac in uberibus naturalite- depoſitum inde in ductus galactophoros fertu- & tandem per papillas educitur, ſi verò ib- inter ductus galoctophoros & papillas obſtacu- lum hæreat, tum omne craſſum manet, te- nuius ſerumque per papillas exſugitur vel ex- ſtillat, manetque craſſus caſeus, & qui eo du- rior & craſſior, quo magis ſerum exſtillan- exhalavit, nam notum eſt ſanguinem conſtar- ſero & liquore rubro, ut hodie in chemici- exhibui, ſi verò hæc materies ſero craſſior- ibi ſtagnat, hæret extra vaſa, & hac ration- ſcirrhus generatur. Medici verò hodierni ple- rique imprimis, qui Philoſophiæ & præprim- Chèmiæ indulgent, nimis putant, quod in ta- caſu loco affecto alcohol, ſpiritus carmina- tivi & ſimilia ad reſolvendam materiam ſun- applicanda, ſed hodie in ipſis chemicis ope- rationibus clarè contrarium obſervavimus, ub- alcohol ſero admiſtus ilico coagulabatur, ſi- per vitriolum; ſi ergo ad glandulas vel in loc- glanduloſo talis obſtructio & materiæ aggrega- tio ſint, tum noviſtis facilè hic ſcirrhum futu- rum, ſi verò Medicus in tali inflammatio- adhibeat alcohol, tum ſuppurationem quiden- prohibet, ſed ſcirrhum facit, verum ſuppurati- hic unica erat ſanatio, hinc clarè videtis, quan- malè hoc ſit factum. Siccatio à calore co- poris in ſtagnante humore liquidori ablato, rel- quum quaſi concreſcere facit, ut ſanguis in cupe- la ſupra ignem dureſcit, ſiccatur, non verò pu- treſcit vel dividitur vel materia manet dura

aſp-

ſpera, ergo vel à coagulo vel ab inſpiſſatione vel à diſſlatione liquidiſſimi ſcirrhus oritur. His ergo intellectis quæritur quid ſit morbi ſedes? omnis glandula folliculum habens, nam hi glandularum folliculi comprimi poſſunt, & ſic materia in his comprimitur & quò fortior compreſſio, eò materia contenta fit durior, quò plures folliculi comprimuntur, eò tumor fit craſſior & pejor, nam peſſimus eſt ſcirrhus in glandulis maximis, hac ratione fieri poteſt ſcirrhus in glandulis ſex ſalivalibus, in glandula ad Thyroideam cartilaginem, in glandula Thymi ad æſophagum poſitam, in corpore glanduloſo mammarum, licet diſputetur, an mammæ ſint glandulæ, quidquid ſit, habet ductus galactophoros, qui à lacte caſeeſcente obſtrui poſſunt. In pancreate verò frequentiſſime fit, hoc quoque in viro ultimo diſſecto ſcirrhoſum inveni, in glandulis vagis, quæ etiam circa ciſternam magnâ copiâ ſunt collectæ, circa veſiculas ſeminales, & circa teſtes & ſcrotum, & in inguinibus, ut etiam in tonſillis, quæ ſæpe ſcirrheſcunt, quia ſimili ſtructurâ glandularum ſunt factæ, in omnibus his locis ſæpe ſcirrhus obſervatur, ſed quia viſcera quoque ſecundum *Malpighium* ſunt ſtructuræ glanduloſæ ſcirrheſcere quoque poſſunt. Sic totum hepar & lien ſcirrhoſa fuerunt inventa, ſæpe quoque in labiis ſcirrhus naſcitur, nam ibi hærent tubercula cava ſeu granula à nemine huc uſque deſcripta, quæ quidem ſentiri poſſunt, ſi inter mordendum labium inferius talis granula ſeu glandula dentibus comprimatur, tunc hæc inflammata quandoque ſcirrheſcit, & ſi negligatur, quandoque adeo cancreſcit; ut aliquando totum labium ſcirrhoſum evadat,

accidit enim ſæpe, ut ibi naſcantur parvi cancri, quod eſt malum contagioſum, & infectio fit, quando quis bibit in poculo alterius hoc morbo affecti tum verò curatio facilè fit conſumptâ hac parte cancrosâ cum lapide vitrioli. Maximè verò notandum tale quid quoque fieri in morbo quod dicitur oculus Elephantinus, ubi oculus cum dolore intolerabili ex orbita protrahitur, hoc malum ſedem habet in glandula lacrymali (quæ, uti notum eſt, materiam lacrymarum ſecernit) quæ tunc ſcirrhoſa & tumens facta oculum extrorſum trudit. Tale exemplum notat *Fabricius Hildanus* in prima ſua obſervatione, cui ſimile vidi in clytoris uxoris, quæ mox poſtea ſuo magno bono per mortem à ſuis crudeliſſimis miſeriis liberata fuit. Dein quoque Ovarium & Uterus mulierum ſæpe varicoſa fiunt, tunc folliculi incipiunt ſcirrheſcere, quia hi folliculi muco diſtenti comprimuntur, hi aliter fluxum rheumaticum uteri faciunt, quam *Charletonus* ſolus benè deſcripſit, eſtque inſtar muci narium, ſi ergo hæ venæ varicoſæ fiant & ſanguine comprimantur, tum fit ſcirrhus, dein cancer qui vaſa ſanguinea uteri erodit, & ſic mulieres Hæmorrhagiæ moriuntur; in naribus, membranâ ſchneiderianâ vel mucosâ ſeu olfactoriâ ab uſu dicta, & velo palatino inſpiſſatur mucus, unde fit excreſcentia mucoſa; in mammis & ſub axillis &c. frequentiſſimè fit ſcirrhus ab motum lentiorem & ſitum; ſi mulier laboret ſcirrho mammarum & causâ internâ, tunc etiam ſcirrhum geſtet in utero, raro enim contrarium obtinet, nam mammæ & uterus habent in ſe magnam affinitatem. Quando oriuntur ſtrumæ ſub maxillis aut ad parotides, tum

um ſcirrhoſæ & ſtrumoſæ inveniuntur glandulæ meſenterii, quibus ſcirrhoſis factis advertitur etiam cæteras glandulas eſſe ſcirrho affectas uti & pancreas. In his omnibus locis dictis plerumque & magis quam in aliis ſcirrhus fit. Cauſa verò remota ſcirrhi ex dictis patet, nempe materia craſſeſcens faciens ſcirrhum.

§ 485. *Inflammatio.* Cum enim parietes horum folliculorum arteriis conſtent, ipſique folliculi humorem ſuum ab arteriis accipiant, hinc ſi hæ arteriæ inflammentur, tum novum liquidum folliculis non ſuppeditant, ergo materies in folliculis ſecreta ibi ſtagnat & liquidiſſimum exhalet, ſic quoque videmus in naribus, in quibus materia tenuis ſecernitur, ſed ſi ibi per aliquot horas hæreat, tum per aëris acceſſum inſpiſſatur, fitque mucus tenax, ſic quoque ſemen in teſtibus, ubi primo ſecernitur, non eſt adeo tenax, ſed poſtea ſtagnando incraſſatur, hacque ratione materia in folliculis depoſita ſtagnans magis magiſque inſpiſſatur, hinc inflammatio ſcirrhum procreare poteſt.

Lac ab omnibus alcalinis ad ignem coagulatur & ab acidis in frigore ipſo & nonnullis ſalibus. Si lac caſeoſum ſit factum, & non inflammatio nec ſuppuratio bene ſuccedat, tum fit ſcirrhus, nam lac ſtagnans ſemper inſpiſſatur, lenteſcit, & caſeoſum fit coagulum, quod ſemper oritur à lacte, à quo ſerum ſeceſſit, quis enim crederet quod caſeus (belgicè *comine-kaas*) imprimis dictus, qui ſi per annum ſervetur, fiat adeo durus, ut vix ſcindi poſſit, cum tamen ex ſolo lacte componatur, eodem modo etiam lac in mammis inſpiſſari poteſt; quod eo facilius fit, quia lac

hæret in tubis in medio latis, in fine anguſtis vide *Nuckium*. Lac non hæret intra arterias, ſed intra tubulos galactophoros *demonſtrante Ruyſchio*.

Dureſcens. Nam lac durum fieri poteſt, licet non caſeeſcat.

Coagulatum. Tum morbus eſt leviſſimus.

Contuſio frangit vaſa minima, hinc in folliculis hærens liquor comprimitur, nec novo liquore ſecreto diluitur; hinc à nulla cauſa citius & magis fit ſcirrhus quam à contuſione.

Attritus. Veſalius, *Columbus* aliique habuerunt occaſionem aperiendi corpora ſcortorum in quibus vagina penitus ſcirrhoſa erat facta ab attritu, ſic quoque docet criſta Galli, quæ eſt excreſcentia ſcirrhoſa ex inteſtino recto extrorſum, ut apud citatos Auctores legere eſt.

Anthrax eſt, ſi pars ſubcutanea ilico ita indureſcat, ut nec ſuppurari nec gangræneſcere poſſit, ut ſit quaſi ſphacelus topicus & pars affecta tota una vice excidit ſine ſupparatione (ut belgæ dicunt *de peſtkool is uytgevallen*) ſi verò Anthrax in loco glanduloſo oriatur, & materia ſit lentior, tum fit ſcirrhus, ergo fit Anthrax, ſi in glandulâ materiâ craſsâ ſtagnante liquidiſſima pars expellitur, & ſi Medicus tum applicet talia? quæ partem dureſcere faciunt, tum ilico ſcirrhus ex anthrace in glandulâ nata oritur.

Bubones ſunt maligni tumores circa inguina hi ſunt triplices 1. ſunt bubones non maligni qui oriuntur ſæpe eo tempore, ubi adoleſcens ad pubertatem accedit, 2. ſunt bubones critici ſemi-peſtilentiales vel peſtilentiales, id fit, ſi

febri

febris peſtilentialis materiam ad glandulam ilico deponit; 3. ſunt bubones à lue Venerea, cum verò tales mihi ſæpe videre contigerunt, hinc dicere poſſum, quod glandula nunquam citius ſcirrheſcat, quam à lue venerea, ſi verò tum aquæ Theriacales vel Theriaca vel ſimiles aquæ exſiccantes applicentur, tum ilico fit ſcirrhus, ſi verò emollientia vel ſuppurantia applicentur, tum curatur æger & contagium educitur, raro tamen poſtea perfectè mollis glandula iterum redditur; hinc annotandum eſt, quod ſi peccatum fuerit admiſſum horum malorum nec ad ſuppurationem perfectam fuerunt deducti bubones ſed nimis cito clauſi, tum ſcirrheſcunt, & dein ſæpius cancreſcunt, quod plerumque contingit in curatione bubonum venereorum, cum feſtinantes Chirurgi nimis cito claudunt.

Ulcus eſt ſolutio continui in parte molli, ubi parietes ſic conſtitutæ ſunt, ut nil niſi pus vel ichorem vel ſaniem generent, ſi tum huic ulceri applicentur exſiccantia, tum ſcirrheſcit, fitque aſperitas ſcrupea præerupta, licet tum Empyrici dicant ſe curaſſe partem, ſed minime verum eſt, nam ſic ſcirrhum induxerunt; ergo ulcus fit, ſi nimis cito aër admittatur, vel adſtringentia applicentur, ſic quoque in internis obtinet, nam ſi v: g. quis à Peripneumoniâ ſuppurationem pulmonis accipiat, & paulo levatus ilico ad priſtinam vivendi conſuetudinem redeat, & omnes glandulæ non ſuppuratæ vel reſolutæ ſint, tum fit ſcirrhus.

Materies atrabiliaris. Eſt conditio ſanguinis, ubi oleum craſſiſſimum & fæx terreſtris plus remanet quam à bono ſanguine, ut in Chemiâ demonſtravi, ſi ergo talis homo penitus

atrabiliarius ſanguinem ſtagnantem habet, tum magnus eſt ſcirrhi metus; ſic melancholici ut plurimum in loco habent ſcirrhum hærentem, & ſic inter centum mulieres melancholicas fere nonaginta novem inveniuntur ſcirrho laborare. Veteres vocarunt atram bilem, ubi diſſlato blandiſſimo & fluidiſſimo, reliquum craſſum, terreſtre viſcoſum oleum remanſit; ſi hinc bilis ſic excocta occupaverit glandulas, tunc hæ ab hac materiâ obſtipantur, materia lapideſcens ſemper hæret in omni corpore, ut *Helmontius* bene *in tractatu de Lithiaſi* annotavit, nam omnis urina ſemper intra viginti quatuor horas intra corpus in matula munda generat plus minuſve calculorum, hinc ſi ſtagnet in hepate, glandulares veſiculas obſtipat.

Ceſſante menſtruo. Quando mulieribus intra quadrageſimum & quinquageſimum annum deficiunt menſtrua, tum *nonante Hippocrate* fiunt ſcirrhi & cancri in mammis & utero, ut verò ſi his mulieribus in mamma fuerit antea ſcirrhus factus à quadam contuſione huc uſque ut plurimum facilè fertur, ſed ſimulac devenerit mulier ad illam ætatem, tum ſcirrhus ille incipit ſe maniſeſtare & cancreſcere.

Hæmorrhoidali fluxu. Nam veteres putarunt hunc ſanguinem maximè eſſe atrabiliarium; hinc hoc fluxu deſinente putarunt ſcirrhum naſci, quod non ita abſurdum videtur, nam ſi ſanguis huc derivatus non magis excerni poſſit, tum tenuiſſimum diſſipatur & avolat, & hic ſanguis vel ad venam portarum vel ad venam azugos (quam nonnulli dicunt etiam deorſum pergere) derivatur, tum ſanguis hoc craſſo non ita impropriè atrabiliario dicendo ſanguine inficitur, qui ad varia loca glanduloſa depoſitus

us ſcirrhum generat, quod utroque ſexui con-
ingere poteſt.

Lapideſcens. Non enim dubito materiam ad-
ſſe in corpore, unde lapides creſcere poſſint,
idi ſub linguâ ex ductu glandulæ ſublinguali
apidem fuiſſe excretum, ſic quoque in pulmo-
ibus & excreatione deponitur, ſic etiam in
nteſtinis, & per alvum ſecedit, ſic etiam in
Hepate, Uretheribus, Renibus, veſicâ, ſi er-
go calculus hæc loca occupet, pondere ſuo
comprimens ſcirrhum facit, qui eſt ſcirrhus
peſſimus.

Auſtera. Licet rarò & multo rarius, quam
vulgò creditur inde ſcirrhi oriantur.

Gypſea. Nam ſæpe in corpore generatur con-
cretum gypſum ſeu genus ſemi-calcis, quod
am facilè exſiccatur, nam hoc videmus in
nuco narium, qui ſi per duas horas hæſit in
naribus inſtar corii durus evadit, cum tamen
ſub liquoris ſat tenuis formâ ſecretus fuerit,
an non ergo ſimilis materia poſſit præbere ma-
eriam ad gypſum in corpore generandum ſic
mihi videtur.

Vita triſtis. Scirrhoſas plerumque reddit glan-
dulas, hinc triſtes plerumque habent ſcirrhos
n Pancreate, Hepate vel Meſenterio, unde
dependent anxietates, quas melancholici ſen-
tiunt in hypochondriis, quia ſanguis propter ſcir-
rhoſas glandulas circulare bene non poteſt,
inde turbantur omnes functiones à viſceribus
dependentes. Deinde *demonſtrante ſanctorio*
nil magis perſpirationem inhibet quam triſtitia
& melancholia.

Victus durus eſt caro fumo & ſale indurata,
piſces exſiccati, farina non fermentata, fabæ,
piſaque cruda *obſervante Hippocrate*; hinc peti-

 tur

tur ratio, quare infantibus ruſticorum plerumque durus abdominis tumor oritur, quia hortos frequentantes auſtera & cruda edunt.

Hæreditaria labes. Hoc ſemper obſervatur, ſic novi in hac urbe familiam, in qua omnes certa ætate ſcirrhum accipiunt, & hoc malum ab ovo parenti liberis eſt communicatum, uti & familiam, ubi omnes certâ ætate icterum accipiunt, & ſic orto poſtea hydrope moriuntur. Novi etiam aliam familiam, ubi omnes primo ſatis faceti, ſed certâ ætate in melancholiam incidunt.

Nunc cognoſcitur ſcirrhi definitio locus & unde oriatur.

§ 486. Effectus ſcirrhi hic deſcribitur.

Mole ſic vidi parotidem ſcirrhoſam factam ad magnitudinem capitis excreviſſe & protuberaſſe, unde omnia vicina erant compreſſa, *Harvæus* quoque duo exempla narrat, ubi in altero ad arteriam & in altero ad venam cruralem ſcirrhum natum refert, unde his vaſis compreſſis malum ab horum compreſſu ſe multum extendit.

Suppurationes, Hæ non fiunt in ipſo ſcirrho, ſed in confinio, ut anthrax excidit, tum ſcirrhus.

Gangrænæ fiunt, ſi pars in ſuppurationem abire non poſſit, & motus tamen adſit magnus.

Paralyſes quando ſcirrhi comprimunt nervos & præſertim ſcirrhi ad gangliones poſiti, unde oriuntur ſæpius morbi, quorum cauſa latet, deinde poteſt fieri paralyſis ab extenſione ſcirrhi, ut videmus in extenſione parotidum vide *Severinum de Abſceſſum naturâ.*

Atrophia oritur, ſi nervi & arteriæ comprimantur

nuntur. *Sphacelus*, ſi pars nutriri nequit, notabile eſt exemplum apud *Harvæum* homiis, cui in femore, tibia & pede omnia hæc hænomena ſunt obſervata, medicamentis nulo effectu applicatis mortuus eſt, in aperto adavere inventa eſt glandula lumbaris ſcirrhoa facta arteriam Iliacam comprimens.

Sterilitatem. Harvæus de Generatione animaum docet ſe inquiſiviſſe ſedulo in omnes cauas fæcunditatis & ſterilitatis in brutis & homiibus & inveniſſe fere ſemper ſcirrhum in arteiis tubis falloppianis aliave parte generationis ti & *Mauriceaux in Obſervationibus* animadertit ſteriles mulieres fere ſemper laboraſſe cirrho in utero.

Partus difficilis fit à ſcirrho poſito circa os teri, vel in vagina, qui ſcirrhus aditum inercipit juxta *Mauriceau.*

Volvulum voco, ſi ingeſta per os poſt factam hylopoieſin vel cruda evomuntur, quia deorſum e non poſſit, quod fit, quia aditus eſt interceptus; glandulæ inteſtinales ſe ita aliquando xpandunt, ut impediunt chyli tranſitum, unde chyloſæ materiei & fæcum regurgitatio oriur, tum omnes illi ægri ſunt famelici, & nil er alvum deponunt, hacque ratione tribus ut quatuor diebus fament, dolent, & revount chyloſam materiam ſubſtercoream; hiſce ene intellectis raro vel nunquam ſi ſcirrhus dſit, falli poteſtis. Puer patrem Chalopodiis rratis obviam euns, valde defatigatus, ſudansue à patre in vehiculo belgicè *narreſlee* fuit eceptus, in quo ſubitò refrigefactus poſt hoc empus ſemper languebat; & per tres dies cios avidè ſumens quarto die omnia evomebat, nde eandem mortuus eſt, cadavere aperto in-

veni omnia inteſtina tenuia ad colon uſque duo
decuplo ampliora quam naturaliter, & in col
erat tumor ſcirrhoſus, & ſub hoc loco inteſti
na inſtar vermicularis proceſſus erant, quo
etiam vidi in ſimili caſu, ubi atrociſſimi ade
rant dolores, ad partem inteſtinorum tenuium
nigros cancros, qui tumore ſuo tranſitum præ
cluſerant, hic morbus nempe Volvulus ni
fiat ab inflammatione vel conſtrictione in Her
nia, ſemper à glandulis ſcirrhoſis redditis or
tur, rariſſimè aliquid in cavo inteſtinorum hæ
ret, quod Volvulum facit.

§ 487. Oritur hic ſcirrhi præſentis cogn
tio.

Cauſa ſi nempe præceſſerit ſcirrhi expoſi
cauſa, hinc ſi præceſſerit inflammatio, qu
nec verſa in ſuppurationem, nec gangrænam
nec ſphacelum interim tamen non reſoluta,
ſi quidem hoc fuerit in loco glanduloſo & im
primis ubi glandula conglomerata locatur,
etiam imprimis ſi deprehendamus ibi medica
menta eſſe applicata, quæ ſcirrhum faciunt,
eſt medicamenta exſiccantia calida, ſi tum ſim
temperies atrabiliaria accedat id eſt terreſt
oleoſa, vel penitus terreſtris ſeu melancho
lica.

Cauſa Scirrhi erat contuſio, ſi talis fi
circa loca glanduloſa, & ſi tum ſimul temp
ries accedat terreſtris.

Effectu ſi v: g. videam in loco vaſa var
coſa, quæ antea erant libera (niſi id fiat à ge
tatione fœtus in utero) tum certus ſum ſci
rhum hærere in hoc corpore, quia venæ ra
varicoſæ fiunt, tum concludimus ſcirrhum
hoc corpore latere, ſicque hic effectus ſcirr
eſt ſignum præſentis; hacque ratione ſcirrh

pu

pulmonis tuſſim, palpitationes cordis, Duſpneam, Aſthma parit, & omnes boni effectus à pulmone pendentes depravantur, ſic ſi concretio gypſea in ultimis bronchiis, ut folliculi hi ſmegma fundentes obſtruantur, tum æquè verus ſcirrhus naſcitur. Si lien ſcirrhoſus ſit factus, tum hepar caret effectu lienis; hinc primò mictus perpetuus oritur & pronitas magna in Venerem, ſputatio frequentiſſima, ſimulque tenſio hypochondrii dextri, unde Icterus, Hydrops & mors; ſi Hepar ſcirrhoſum fiat, ilico eadem oriuntur.

Phænomenis. Ubi tumor glanduloſus, durus, indolens & ſcaber adeſt, ibi loci hæret ſcirrhus, ſic ſi quis habeat tumorem, ſic ad mammas eſt aliquid ſpeciale, ſi hæc pars ſit dura & indolens, tum eſt ſcirrhoſa, ſi tumor ſit ſub ventriculo & alvus dura & obſtinata, tum ſcio eſſe in pancreate, cujus officium eſt diluere; hinc ſi pancreas ſcirrhoſum ſit, tum ſiccitas magna ſentitur in inteſtinis, & ſcirrhus glandulas ipſas meſenterii inficit; ſi hepar indureſcat, tum fæces pallidæ & flavedo in toto corpore docent ſcirrhum in hepate; in utero facit ſterilitatem & retinet fluxum menſtruum, hocque modo ſæpe per compreſſionem vaſorum varicoſorum hæmorrhagia lethalis naſcitur; erat vir quidam qui corpore in Ephippium incurrerat ad cordis ſcrobiculum circiter ſub cartilagine Xiphoideâ, unde hæmorrhagiâ natâ & adſtringentibus à Medicis propinatis, totâ vitâ languebat, & poſt mortem in illo cadavere aperto pars hepatis ſcirrhoſa fuit inventa.

Loca. Nempe glanduloſo imprimis glandularum conglomeratarum.

Temperie. Homines qui habent ſigna melancholicæ temperiei, quæ ſigna in phiſiologicis explicantur, nempe ſi color pallidus plumbeus in corpore & facie, ſi pulſus lentus debilis, ſed tamen æquabilis, ſi affectus animi non facilè varient, ſi conſtans ſit ad quodcunque propoſitum, tum concludimus illum hominem facilè ſcirrho affici poſſe; imprimis ſi cauſæ præceſſerint. Verum ſi internè ſcirrhus hæreat, quomodo cognoſcitur? ſi v: g. ſcirrhoſum factum ſit pancreas? dictum eſt ſcirrhi cauſam eſſe internam vel externam, externa eſt contuſio, ut oritur, ſi ictus vel lapſus ſub ſterno fiat ingens, tum utcunque pancreas contuſionem accipit, hepar enim ſub coſtis ſatis eſt reconditum, ſi tum inflammatio ſequatur & non reſolvatur ſcirrhum præſentem, ſed præterea hoc maximè ſcitur ex effectu, ſi nempe homo eo loci pondere gravetur & ſimul alvus dura & ſicca eſt, quia ſuccus pancreaticus aliter multum facit ad dilutionem.

§ 488. *Eventus* vel quod ſcirrhus ſit manſurus qualis eſt, vel quod augebitur vel degenerabit in ſpeciem cancri.

Durationem. Si ſcirrhus in ſano & non in corpore temperiei terreſtris hæreat, tum diu tolerari poteſt, ſi verò corpus melancholicum & vita adhuc ſatis fortis ſuperſit, tum cito pergit, ſi diatheſis inflammatoria adſit, tum facilè inflammatur, fitque cancer.

Innocui. Niſi quod impediant functionem partis ſcirrhoſæ. Omnis ſcirrhus hæret extra vaſa, hinc eſt ut corpus heterogeneum, & ſi non nimis urgeatur, diu tolerari poteſt, ſi verò vaſa poſita extra ſcirrhum inflammentur, tum ſcirrhus non mutatur, ſed vis vitæ in eum

in-

mpellens agit, ſed tamen adhuc vaſa per ſcir-
hum mittuntur, ut adhuc quidem cum vitali
arte habeat communicationem, & non plane
nortua ſit, ut in ſphacelo contingere diximus,
inc dolor nunquam eſt in ſcirrho, ſed ad ſu-
erficiem ſcirrhi in vicinis, unde vaſa quaſi ad
apidem aſperum ponuntur; ergo ſcirrhus in ho-
nine lento vix quid mali parit, ſed motu ma-
iguus fit; hinc in hoc caſu eſt cavendum à
pirituoſis, ut ſpiritu vini, & animi affectibus
imilibuſve, tum ſcirrhus non nocebit.

§ 489. Nam vix vitari poſſumus, quin non aliquando inflammetur, vix enim vitam adeo debilem & moderatam ſemper conſervare poſſumus & ſic inflammationem prohibere & hinc ſemper metus eſt, ne cancer generetur. In prognoſi ſcirrhorum ſemper eſt cogitandum, an cauſæ vitari poſſint, quibus ſcirrhus tranſire deberet in cancrum; hinc quando Medicus ſuper hac re conſulitur, conſiderari debet, num mulieres, quæ cancrum in mamma geſtant, motus vehementiores vitare poſſint an non, idque pro conditionibus eorum ac vivendi ratione.

§ 490. *Recens* id eſt qui non ultra menſem duravit, verum longitudo durationis non facilè ſciri poteſt, ſed quò recentior eò tutius medicamenta emollientia applicentur.

Benignus, id eſt ut α. non ſit nimis magnus, β. non nimis durus, γ. non nimis ſcaber, ita ut materia non nimis cretacea ſit, δ. quæ vaſa varicoſa nondum fecit, ε. ſi partibus vivus non annectitur, ſed mobilis eſt, ϑ. ſi nullus dolor adſit nec inflammatio, & ſit in homine boni humoris non atrabiliario, deinde in loco idoneo qui admittit medicamenta.

Euchymum corpus poteſt habere ſcirrhum à cauſâ externâ, & ab inflammatione male curatâ, tum verò magna ſpes eſt curæ, *corpus* verò *Euchymum dicitur*, *quod laudabiles ſuccos corpori proportionales facit* denique ſi materia in folliculis glanduloſis ſtagnans nondum talis eſt, ut in formam indiſſolubilem concreſcat, ſed adhuc cedit, ſi tum Medicus internè det liquidum tenue emolliens, & ſimile fomentum ad locum applicet, hoc per venas abſorbetur, & in corpus defertur. Sic fuit homo, qui me conſuluit de ſcirrho parotidis ſatis magno, ita ut de ejus cura deſperaverim, ſed tamen præſcripſi emollientiſſimum medicamentum & fomentum, partemque pannis laneis fricari juſſi hacque ratione curavi, Ficus aſſatæ ſub cineribus in pultem contuſæ calidè applicatæ & fotæ maximè conveniunt; gummi fætidæ maximè hic laudantur, ut galbanum, ſagapenum & opoponax admiſceatur parum vitelli ovi, v: g. ſagapenum ad dragmas tres vel quatuor ad ignem molliter & leniter extendatur ſupra alutam ad ſpiſſitudinem daleni Philippæi, poſtea hoc amplaſtro ſuperimponatur tegula figulina, quam alibi commendavi, quæ diu calorem retinens mammæ commodè applicatur; hic verò in *Materiâ Medicâ* omne genus medicamentorum, quæ hic tuta ſunt præſcripſi, nam hic ſæpe feſtinando exſiccantia applicantur, ſi humidum tenuiſſimum adhuc diſſipetur, tum ſcirrhus redditur adhuc multo durior, hinc verò locus ſcirrhoſus ita eſt fovendus ut internè ſi hæreret, à naturâ foveretur, natura enim optimè facit fotum, ſic quoque ſumi poteſt farina ſecalis cum poſca miſta & cocta in cataplaſmatis conſiſtentiam, addatur ſub finem pa-

rum

rum ſalis ammoniaci & olei caſtorei vel meli-oti, idem eſt tentandum cum aceto, cui ſal ammoniacus permiſtus eſt, hoc enim inflammationem inhibet & ſummopere aperit; ſed miramini forſan, cur hic tam calida & fortia medicamenta addiderim, ut abſynthium, marrubium album, ruta & ſabina, ſed certe hoc fieri debent, nam hac ratione vaſa laxantur, liquida diluuntur, & ſimul paulo roborantur, tum proſumus maximè ægro, ſed ſi ſpirituoſa alcoholiſata adhibeantur, tum nocet.

Fumi acidi. Nam hoc obſervatum eſt, quod ſi pars ſcirrhoſa ponatur ſupra acetum, quod tum commodè reſolutio fiat, ut Medici Galli quoque experti ſunt, hi ſumunt acetum cum ſale ammoniaco & aquâ & vapores per infundibulum adſcendere cogunt, ſicque ſcirrhum emolliunt, quod eſt optimum medicamentum, hoc etiam *Galenus* animadvertit *de uſu aceti* in ſcirrho hepatis, dicitur hic morbus potu aceti juvari, ſic quoque *Dioſcorides* dicit, quod cinis ſarmentorum aceto ſolutus lienoſis inſerviat, ſic etiam *Plinius* dixit, hi omnes ſolâ obſervatione duce in hanc ſententiam devenerunt; hinc locus ſcirrhoſus bis vel ter de die vapori aceti eſt exponendus, ergo *Hippocrates* in ſcirrho ſemper oxymel, qui fit ex Oxycrato vel poſca, quod fit ex aceto, aquâ & melle & ſplenicum Emplaſtrum ſemper adhibuit, quod emplaſtrum acetum recipit, nam acetum maximè ſolvit, minimeque cogulat, ſic quoque viſum fuit ſcirrhos egregiè reſolutos vapori ſulphuris, dum facit oleum ſulphuris per campanam, ut *Boyleus* notavit *in utilitate Philoſophiæ experimentalis.*

Vis Mercurii. Chirurgi omnes habent ad ſcirrhum

rhum Emplaſtrum de Ranis cum Mercurio, Emplaſtrum Vigonis, quod conſtat multis calefacientibus], laxantibus & Mercurio vivo; ſi haberemus illud chaos *Paracelſi* fortè eſſemus majores magiſtri, nam debemus fateri, quod ſalivatio quidem deobſtruat maximè vaſorum obſtructiones, ſed in folliculis non penetret, ſic in ſtrumis glanduloſis ſæpe non juvat, ſed modo diatheſin in ſcirrhum tollit, Mercurius verò vel applicatur cum Emplaſtro Vigonis, vel ſi ſub forma fumi (ut cinnabaris quod eſt Mercurius cum ſulphure) adhibetur, tum ilico ſalivationem provocat. Hic quoque Diæta hic plurimum facit, victus ſit emollientiſſimus omni terra carens, vitandum vinum & omnia circulationem augentia, modicè aperientia ſunt adhibenda, ut ſunt decocta ligni Guajaci, Saſſafras, Radicum Bardanæ Salzaparillæ, quinque radicum aperientium, & tum parti fomenta emollientia applicentur, & vapore aceti locus irrorandus, frictiones inſtituendæ, ſi tum non reſolvatur, ſcirrhus erit irreſolubilis.

2. Si verò maneat ſcirrhus, tum metus eſt cancri; hinc, ſi fieri poſſit, eſt eximendus, ne hoſtis ille peregrinus ſuum ægrum interficiat; verum ſcirrhum eximi debere ſcimus α. ſi non cedit prioribus medicamentis, β. ſi tolli poſſit; γ. ſi non nimis inveteraſcat, δ. ſi non hæreat in loco, ubi magna vena vel arteria ſita eſt, ut in glandulis *Warthonianis*, ſub quarum profunditate magna vaſa hærent, vel in Parotide, cui ſubjacet vena jugularis, ε. ſi ſit mobilis & non profundè radicatus, neque à locis vicinis vaſa accipiat nec dimittat, & quod membrana glandula ita ſit libera, ut laxius movere

poſſit

ſſit, ζ. ſi æger bene valeat, nam ſi ſit ſenex, m ſcirrhus eſt relinquendus, robur etiam in nſiderationem venit, an longius vel melius cturus ſit æger cum ſcirrho, an poſt exſtirtionem ſcirrhi, ſi hæc omnia conſonent, irrhus eſt exſtirpandus, quia aliquando furere teſt, licet nunc ſit mitis, hinc præſtat exrpare quam æger in perpetuo metu relinıere;

Ocyus. Aliter inveteraſcit.

Integrè. Nam ſemper totus eſt auferendus, ter in cancrum abit, ſi quam minimum reıquatur, ſcirrhus enim ſe irritare non patitur; : verò quadruplex eſt methodus ſcirrhum ſexiendi 1. optima methodus eſt ferrum, licet eo adeo ægri abhorreant 2. combuſtio vel orroſio, 3. ligatura, 4. compreſſio.

1. Ligatura convenit, ſi ſcirrhus extra coris ita eminet, eſtque anguſto collo tum litur, fiatque conſtrictio magis ac magis, & : aufertur, vidi ſcirrhum à pudendis muliebus ſic ablatum, ſed tamen rarò hæc methos prodeſt, quia rarò tales excreſcentiæ ſciroſæ fiunt, aliter, ſi unâ vice plane auferri oſſit, eſt optima.

2. Combuſtio quidem convenit in parvis irrhis externè poſitis, ergo vix unquam adbentur, nam ſi ſcirrhus ſit paulo major, tum x adhiberi poteſt, quia ſi corporis pars aduraır, ilico cruſta oritur, quæ cruſta tum impementum eſt, ne uſtio ulterius fieri poſſit, ſi fere viva flamma adhibeatur, ſic idem cenndum eſt de methodo aliorum, qui applicant leum ſulphuris per campanam, oleum vitrio-, vel cauſticum Chirurgicum, vel lapidem ıfernalem, ſed hoc quoque non convenit niſi

in

in parvo ſcirrho, quia eſchara facta totale erodicationem impoſſibilem fere reddit, im & ſic ſæpe ſcirrhus in corpore melancholico i ritatus cancrum facit.

3. Compreſſione fit, pars ſcirrhoſa compr mitur intra duo plana, quæ continuò mag magiſque adducuntur ad invicem, done ſcirrhus moriatur, ſed ibi tanta putredo in v cinia oritur, ut morbus ſcirrho fit pejor.

4. Eſt ferrum, quæ methodus omnium e optima, ſi parvus ſit cancer, integumenta ap riantur, tum filo per ipſum ſcirrhum educt elevatur & extrorſum ducitur, hac ratione m nu vel inſtrumento quodam à vivo ſeparat ſine ullo veſtigio remanente eximitur, ergo o tima methodus eſt ferrum, quæ triplici mod fit.

1. Scirrhus v: g. mammarum furca arre tus à corpore abducitur, & æquali ſectior uno ictu abſcinditur, hæc methodus dicitu exſtirpatio, ſed hic nil eſt relinquendum.

2, Enucleandi, hinc methodus convenit, cutis liberè hæreat ſupra ſcirrhum, nec quoqu ſcirrhus infernè partibus hæreat, ſed undiqu liber eſt, tum integumenta ſupra ſcirrhu cruciatim ſunt diſſecanda, & maximè eſt ca vendum, ne membrana ſcirrhi pertundatu tum verò, ſi panniculus adipoſus adhuc bonu ſit, facilè à ſcirrho ſeparatur, imo totus ſci rhus ſine magno dolore eximitur, ſi verò ve infernè vel ſupernè hæreat, eſt peſſimum nam operatio tum irrita eſt, & æger tum eſt derelinquendus, vel ſi tum exſcindatur cancer fit ab irritato ſcirrho.

3. Methodus eſt, ubi integumenta ſupr ſcirrhum cruciatim ſecantur & ſcirrhus ipſ

quoqu

ioque cruciatim per duas acus filo ceraceo
unitas perforatur, per quæ fila tum ſcirrhus
evatur, hocque modo trahendo longè citius
embrana adipoſa ſeparatur, tunc locus, qui
mper eſt in membranâ cellulosà, eſt vacuus,
im in hac membrana ſemper glandulæ po-
untur, hacque ratione panniculus adipoſus
it læſus, & tractandus eſt ut ulcus, & emol-
entia ſunt applicanda, tum panniculus adi-
oſus iterum concreſcit & calloſus fit. No-
ndum verò, quod ſi magnus ſcirrhus v: g.
ammarum ſit exſtirpandus, quod operatione
ene peracta vel æger atrophicus fiat, quia
mne nutrimentum in pus vertitur, vel Phty-
cus, quia pus in ſanguinem fertur.

Hic quoque quarta methodus addi poſſe mi-
videtur, nempe ut operator manu mam-
am prehendens fortiter abſtrahat à corpore
el à muſculo pectorali, & ſic uno tractu abſ-
ndatur, hacque ratione dolores à furcâ vel
nibus aliter orituri evitantur. Si magnus ſit
irrhus ut eſt ſcirrhus mammarum, tum ſæpe
rca bidens intruditur ab inferioribus ſurſum
b ſcirrho, vitando tamen muſculum pecto-
lem ſuppoſitum, & tum infra furcam eleva-
m perſcinditur uno ictu tota mamma; alii ve-
o hic quoque duas magnas acus adhibent, qui-
is pertundunt mammam infra ſcirrhum, ſic
ad quatuor partes filum pendeat, & tum
ammam his filis elevatam abſcindunt.

3. *Vetus.* Si cum vaſis vicinis concreverit,
m eſt immobilis, ut fit, ſi diu duraverit per
iquot menſes vel annos, tum membranæ
irrhum coërcentes fiunt calloſæ, & craſſio-
s, nam membranæ nimis diu diſtentæ fiunt
aſſiores.

Colore

Colore. Si color ſit cinereus & plumbeu vel liveſcens, ſi durus ſit inſtar lapidis, doloreſ que lancinantes, tum non agit ut ſcirrhus, ſe ut cancer, ſi ſibi permittatur.

Pruritus primum ſignum eſt, quod ſcirrhu irritatus abeat in cancrum hoc pruritus fit quando nervuli ita diſtenduntur, ut ſi magi hoc duraret & augeretur, fieret dolor.

Loco. Si v: g. circa inguina hæreat ſcirrhu tum exſtirpari non poteſt, in Utero non e exſtirpandus, niſi audax nimis eſſe velis uti do cent *Mauriceaux & Ruyſchius in Obſervation ſeptima ſuæ Anatomiæ.*

Cacochymico. Hoc ſemper obſervatur, quo ſi ex tali corpore ſcirrhus exſcindatur, quo tum ilico in alio loco propullulat; hinc tu æger monendus, ne permittat, ut nimis mo ventia applicentur; hinc in hoc caſu non ex ſtirpandus, Medicus verò in hoc caſus facer debet, ut ſcirrhus portabilis evadat, hoc fit prohibendo inflammationem & 2. putrediner materiei, ergo nullus cibus, potus, nullaq medicamenta vel frictiones applicanda ſunt quæ motum augent, febremque faciunt.

4. *Anodyna.* Hic certe quædam penitus ſp cifica propoſui, ſic *Paracelſus* nullam re magis in hoc caſu laudavit quam ſperma ceti ipſi dictum ſperniola, ſic quoque *Helmonti* laudavit ranas congelatas, quæ in mucagine tranſeunt, & ſimile medicamentum ut pri nempe ſperma ceti, hinc quoque optimum Em plaſtrum præſcripſi, ubi etiam addi poteſt cic ta vulgaris venenata.

Saturnina, Omne enim quod ex plumb præparatur. hic convenit, fiet lamella plumb flexilis, illaque Mercurio obducatur, tunc a

plica

catur locis ſcirrhoſis, vel funditur plumm, additur ⅓ pars Mercurii, fiat amalgama permiſcetur plumbi dragmis tribus Mercurii agma una, tum eſt ductilis quaſi ceracea maria, ſumitur etiam Emplaſtrum diapompho-gos, additur ⅙ pars de amalgamate, tum eſt ptimum remedium, nam materiam reddit rſpirabilem, & frigefacit id eſt putrefactioem inhibet, vidi ægros talia geſſiſſe ſine dam- ad vitæ finem, laudatur etiam Emplaſtrum cicuta & ſimilia.

Mercurialia. Si nempe cinnabaris in pollim contrita cum cerâ & minio in Emplaſum reducatur, hoc optimè prodeſt, ſic etiam nalga Mercurii quoque cum cerâ in Emplaſum reduci poteſt; hæc omnia numero quarto cenſita ad compeſcendum motum ſunt adbenda, nunquam verò linteo vel panno quod naximè notandum, hic uti licet, ſed coreo utaceo, quod belgicè *ſeemleer* dicitur; hinc d impediendum attritum, ægro eſt imponenus pannus ingens ex aluta, & hoc ſuffiiet loco ſcitrhoſo, ſed tamen cum ægræ quæam medicamenta habere velint, tum adhibenur commendata in *Materia Medica*, quæ mnem acrimoniam tollentia perſpirationem rovocant, licet fatear, quod hæc non mulum faciant.

§ 491. His verò in temperie omnia per victum contrarium emendare & corrigere debemus; Temperies ſunt, ſalina, aquoſa, pituitoſa, erreſtris & bilioſa, verum raro ſcirrhus fit niſi n temperie melancholica, hinc victus oppoſius eſt præſcribendus, ut herbæ aperientes Oyngiæ, Ononidis, Radices Scorzoneræ Salzaarillæ, Bardanæ, Raſuræ ligni Guajaci, Mel

ſemper

ſemper pro baſi; ſumantur de hoc decoct unciæ duæ ſingulo die, & certus ſum, quod dicta bene adhibeantur & obſerventur, tum a ger ſcirrhum diu ferre poſſit, ſed ſi modo ſe mel peccat, in periculum cancri ſemper in currit.

Cancer.

§ 492. Jam morbum immedicabilem tracta mus, habentemque ſecum omne genus cala mitoſi, & quis in hoc curando quid præſtar poſſet, ille ſibi obſtrictum haberet totum genu humanum.

Scirrhus. Nam omnis cancer antea fuit ſcir rhus, neque memini me unquam vidiſſe can crum ſubtiliſſimè natum, ſed ſemper à Chro nico tardoque morbo habuiſſe originem.

Ætate. Nam ſi ſcirrhus diu maneat, tum ſemper cancer fit, ſic mulieres per multum tempus quidem ſcirrhum gerunt nempe pe quadraginta annos, ſed ubi ætate ſunt provec tiores, tum fit cancer.

Augmento. Sed hic diſtinguendum, quod Atheroma, Meliceris, Steatoma, Polypoſa concretiones, non cancrum faciant, ſed om nis ſcirrhus cito factus cancrum facit, ut non ita alii tumores, ſed veri ſcirrhi, qui later vaſorum comprimendo faciunt, ut concreſ cant.

Motu. Scirrhus quò cordi eſt propinquior & majores arterias habet, eò citius fit cancer hinc

ıc ſcirrhus ad pedes diutiſſimè ferri poteſt, axillas verò non ita.

Margines verò hic voco, non ſolum ſuper- & externè ſeu etiam internè ſeu infernè ſeu ncavum à ſcirrho factum.

Inflammari. Cum in omni corpore utcun- e ſano poſſimus procreare inflammationem; ıc ſcimus, quid ſit inflammatio & quid in- mmationem faciat, ſed dixi ſcirrhum eſſe terogeneum & quaſi lapidem in corpore, & e mortuum cum ſolâ hac differentiâ, quod beat adhuc vaſa per ſuum corpus decurren- , ſi tum motus augeatur, tum ibi in his vel margines oritur ſcirrhi inflammatio, & pars cipit, rubere, tumere, dolere & liveſcere. nnis ſanguis acer inflammans valde motus nvertit ſcirrhum in cancrum, ſi verò æger rrhum gerens parvam circulationem habeat, nc diu ferre poteſt, ſi verò humores ejus oveantur & ad locum ſcirrhi determinentur, n fit cancer; hinc motum augentia & in- mmantia hic maximè ſunt vitanda, nam cre- tis mihi, quod ſi verus ſcirrhus hæreat in co, tum à motu fit cancer, hoc non ſolum mammis, ſed etiam in omni ſcirrho & in is inteſtinis obtinet, ſic certus ſum, ſi æger ixir proprietatis vel ſal volatile vel vina fortia ſimilia motum augentia aſſumet, ille con- tit ſcirrhum in cancrum, vidi verum can- um in inteſtino ileo. Cancri præſentia ibi tur, ſi v: g. homo atrabiliarius conquera- ſe ilico pondus ſentire in hypochondrio id gravitatem, nec de dolore primo conque- ur, ſi verò poſtea idem æger conqueratur de ore ventriculi, ut plerumque fieri ſolet n ſi quid hi ægri aſſument, peſſimè ſe ha- bent

bent, ſi nil aſſumant, tum morbus eſt toler bilis, hi poſtea in ſpeciem Atrophiæ incidun oritur tandem Diarrhæa acerrima fætidiſſi ma, ita ut tandem membranas inteſtin rum ſimul deponant, hacque ratione miſe moriuntur, in cadavere poſt mortem aper invenitur hepar vel pancreas vel etiam vent culus plerumque cancroſus, & ſanies ex h loco affecto profluens lintea ipſa corrodit, M dici verò in hoc caſu audientes ægros conqu de dolore ventriculi, præſcribunt, Aromat vinum Abſynthii, Helenii, & cætera moven acria medicamenta, imo ſæpe purgantia & v mitoria, unde ægri præ dolore furunt, & ide ſequitur effectus æque ac frictiones ad cancru exulceratam externè applicarentur.

Cancer. Hippocrates videtur promiſcuè v caſſe carcinoma addito vocabulo occulti, ſi occultus cancer erat, ut eſt ſcirrhus, qui ca cer fieri incipit, & cancer erat, qui ſe ja clarè diſtinguit à ſcirrho, hac ratione canc diſtinguitur in apertum cancrum, qui vel ſuis pellibus adhuc hæret, vel qui vaſis fol culiſque exeſis latè ſe diffundit, qui exulc ratus dicitur & peſſimus. Habui occaſione hunc morbum bene explorandi, cum multi amicis meis eo laborarunt, quibus perdies nc teſque adfui, ita ut hic expertus loqui poſſi & certus ſum, quò magis ſcirrhus incipit flammari eò malignior eſt cancer.

§ 493. *Putridæ.* Cancri, qui non fætent, ſu optimi, uti etiam qui ſaniem ſanam non ex cerantem fundunt, peſſimus verò cancer e qui ſaniem ſubtiliſſimam fundens magnum pr ritum doloremque inde lacerantem (belg *ſchryende pyn*) & quaſi fulmine os igneas lan

n

[fl]ationes facit, tum ſcirrhus internè putreſcere incipit eodem modo, ut ſi carnes v: g. recentes applicentur loco inflammato per viginti quatuor horas, tum putridiſſimæ evadunt, ſic etiam hic tum ſimul pruritus oritur, ſed ſi hi ægri ſe ſcalpant excitati à pruritu, tum ſummam voluptatem perſentiunt, ſed væ illis poſtea, nam tum ſummus oritur dolor & ſcirrhus exacerbatur in cancrum, ſi tum ſimul fætor adſit, & vis erodens, ita ut à ſanie lintea conſumantur, quaſi fieret ab aquâ ſtigeâ. Quò verò hæc omnia pejora, eò cancer pejor; ſed hic maximè *ad pruritum* attendere debemus, qui eſt *ſtatus minimi nervi ſic tenſi, ut ſi ulterius tenderetur, tum dolorem faceret*, nam ſumma voluptas & dolor maximam affinitatem habent, maxima verò voluptas quam homo ſentire poteſt, eſt in actu venereo, ſi verò tum homo diu maneat in attritu & pruritu poſt ſpaſmum venereum, tum dolor intolerabilis oritur; in hoc verò opere nervi ſunt in tali ſtatu ac hic, hinc etiam hi pruritus ſcalpendo quidem primo ſummam voluptatem facit, ſed tranſit in dolorem intolerabilem, nam *dolor eſt illa conditio fibrillæ nervoſæ à cerebro oriundæ, unde facilè ſolutio continuitatis ſequeretur.*

Loco. Vidi in oculo, naſo & labiis, ſed etiam in interioribus cancri fieri poſſunt.

Dignitas. à neceſſitate requiſita partis ad vitam, ſi nempe malum communicetur partibus vitalibus, ut ſi cancer fiat in glandula *Veſalii*, quæ à parte poſtica ad æſophagum poſita eſt, tum via alimentis intercluditur, & æger ſic mori debet.

Nexarum. Omnis enim cancer, qui ſolus exiſtit, eſt tolerabilis, qui verò cùm aliis

glandulis communicat, ille eſt peſſimus, ut ſunt glandulæ inguinales, ſubaxillares, Uteri & Mammæ; harum verò glandularum communicatio patet, quia mammæ poſt menſtrua ſunt flaccidiſſimæ, & contra proximè verò ante menſes valdè tument, & dureſcunt, vidique quod matrona mamma una exſtirpata, poſt annum altera, & tandem cancro uteri mortua ſit; ſic quoque fauces, palatum, os internum, vagina, os uteri, hæ omnes glandulæ inter ſe communicant, ut Lues Venerea docet, ubi ferè eadem ulcera ſunt in iis locis, ergo differt multum, an cancer ſit ubi commercium glandularum non eſt.

Temperies. Omnes ſicci macilenti, colore lividi, hæmorrhoidibus obnoxii, ſi deſinant fluere, ſic etiam ſi menſes ſubſiſtant, dolores ſplenici & hepatici, melancholici, atrabiliarii imprimis, ſi ſenes evadant, nam tum fiunt ſicci, ſiccitas verò & temperies rerreſtris maximè ſcirrhum & cancrum faciunt, tumoreſque valdè acres & amurcam oleoſam colligentes, hi peſſimo cancro laborant; in corpore euchymo ſæpe obedit medicamentis, ſed in atrabiliario, ſicco, duro, rigido ferè nunquam.

§ 494. *Occultus.* Sic Medici loqui ſolent, ſed potius occultus dici deberet, ſi occulte ſe nondum manifeſtans hæreat, & in primo initio, nam manifeſtus non eſt, quin prius occultus fuerit.

Ulceroſus. Ulcus dicitur ſolutio continui in parte molli, cujus latera purulenta dant materiam & tum purulentum ulcus dicitur vel ſanioſum tum pejus eſt vel titillantem ichorem, tum adhuc pejus eſt, hic verò tota Chirurgia &

Medicina deſiderant medicamentum ad can-
um, ut ſuppuretur vel in ambitu, ut aliquan-
 in anthracibus fit, vel ut ſubſtantia ejus
rtatur in pus, & tamen continuum non ſol-
tur, ſed proh? dolor nullum datur? quid-
id nonnulli ut imprimis chemici jactent,
 habui Medicum Chemicum mihi ami-
m, ille dicebat ſe habere medicamentum
ppurationem bonam efficiens, ſed vidi eum
 tribus caſibus æquè infelicem fuiſſe ac ul-
m alium Empyricum, ſed tamen adhuc cu-
re poſſe ſuo medicamento putabat, licet con-
arium videret, ſic tale medicamentum *Para-
lſus* quoque laudat & jactat ſe mitificare poſſe
rem materiem ita ut non rodere poſſit, *Car-
nus* etiam tale ſe habere dicit. Omnes noſ-
æ glandulæ habent in ſe membranam pingui-
ſam, quæ cum abſumitur; corpus glandulæ
tea liberè accreſcit corporibus vicinis, & hinc
ulceratur cancer.

§ 495. Maliguitas cancri definitur 1. à pru-
tu, 2. à lancinatione 3. à vaſis varicoſis,
 à dolore, 5. à putredine & fætore, 6. à
æſentiâ febris hecticæ.

Scirrhum hoc eſt cauſa remota.

Acre. Vel oritur in ſcirrho putrefacto vel in
ſis viciuis, orietur tamen cancer, ſi aromata
u medicamenta acria ingerantur, vel cibi a-
es ex alliis vel cæpis & ſimilibus vel vino &
irituoſis pipere idem de omnibus alimentis &
ndimentis, in quibus acrimonia adeſt, di-
ndum eſt; ſic etiam acre morboſum ſcir-
um in cancrum degenerare facit, ut eſt acri-
onia ſcorbutica ſeu cacochymica, & ſic idem
t, ſi fiat à medicamentis ſeu victu, ſeu ſtatu
orboſo, vel ab externè applicatis acribus;

quod fit, quia ſcirrhus pedunculos & radices hinc inde dedit, materia interna cancri eſt immobilis, vixque habet vaſa viva, ſed ſimulac rumpuntur, viva trahuntur ſupra ſemi-mortuum. quod ſupereminet, hinc vitalia adhuc plus premuntur, unde ſumma oritur malignitas.

Retentis. Si v: g. quis ſcirrhum gerat ad inguina vel ad quemcunque locum, ſi tum fluxus hæmorrhoidum conſuetus vel in fæminis menſtruus retineatur, tum ex tali ſcirrho fit cancer; hinc raró in fæminis fiunt cancri, niſi quando menſtrua deſinant teſtantibus *Hippocrate* & *Mauriceau*, idem accidit, ſi ulla conſueta evacuatio modo deſinat.

Sterilitas. Harvæus in libro de generatione Animalium obſervavit maximam cauſam ſterilitatis eſſe ipſum ſcirrhum vel hærentem in ovariis vel in tubis falloppianis vel Utero. Idem teſtatur *Mauriceau* in ſuis obſervatis.

Cælibatus. Ut in cænobiis (belgicè *kloofters*) fit, ubi Virgines Veſtales vivunt, ibi plus fiunt cancroſæ quam ullibi, ut audivi ex quodam Medico, qui ſæpe talis virgines tractaverat, ſic etiam ex lectione Hiſtoriarum Sanctarum patet, pleraſque cancro mori, hoc quoque *Marcus Donatus* notat, ſed ſi ſæpe pepererint & tractentur eo tempore, quo menſtrua ſuſiſtunt, tum raró cancer generatur, licet ſcirrhus adſit.

Effæta. Tunc temporis ſæpe circa ovaria vel tubas vel Uterum oritur ſcirrhus à varicoſis flexibus vaſorum, quæ antea deponebant ſanguinem, quod jam non magis fit, ſed ibi accumulatur, corrumpitur, varicoſus fit, & ſic in ſcirrhum & dein in cancrum abit.

Victus auſterus. Nam hæc ſunt indigeſtibilia &

pl

plerumque circa glandulas colliguntur; ſic ſi pueri ruſticorum comedant groſſularia immatura vel poma, pyra vel uvas immaturas, tum accipiunt ſcirrhos circa meſenterium, & in cute ſcabiem, ſi verò homo ſcirrhum habens hæc aſſumat, ille mutat ſcirrhum in cancrum.

Acer. Ut eſt caro & piſces ſale & fumo conditi, ſic etiam lardum ſale & fumo induratum, ſturiones, ova condita in his ſalſedo oleo condita eſt & hæc peſſima ſunt, quia ſcirrhum ilico in cancrum degenerare faciunt.

Calidus. Licet multi hæc mirè laudent & pro arcano habeant ſuccum preſſum de alliis, cæpis, cretam, & ſimilia internè data, ſic quidem ſi levis parvus ſcirrhoſus tumor incipiens adſit, tum ſuppuratione reſolvitur, nam hæc febrem faciunt, peſſimè verò agunt, ſi verus ſcirrhus; multo magis, ſi cancer adſit, ſic etiam maximè nocet ſpiritus vini vel ſpirituoſa vinoſa, vel condimenta.

Triſtes. Nam dum adverſaria meâ de mea praxi revolvo, video ex decem cancro laborantes novem mæſtitiæ eſſe mortuos, nam triſtitia coƈta ſcirrhum facit, videatur *Sanƈtorius.*

Irritatio. Nam ſic homo ex ſcirrho in peſſimum cancrum delabi poteſt; hinc cavendum, ne ſcirrhi irritentur ſeu per triſtitiam vel acria medicamenta.

Motu. Medici multi ad ſcirrhum benignum friƈtiones adhibent, ut exploratiſſimum & optimum remedium, ſed ſi jam degeneraverit in cancrum, tum malum accelerat.

Calore. Si ſit ab æſtu ſolis vel igne vel medicamentis vel febre vel à motu corporis; vel

ab alia re idem eſt, ſic enim ex ſcirrho cance generatur.

Emolliente. Nam vicina irritant, cancer enim irritari nequit.

Cauſticâ. Nonnulli Medici imprimis Chemici voluerunt corrodenti materia ſcirrhos exedere, ſed deplorandos inde vidi effectus, ſi verò parvus ſit, ut una vice funditus tolli poſſi (ut ego ſemel feci in naſo felici cum ſucceſſu) tum hoc quidem convenit, aliter, ſi id fieri nequeant, tum vaſa modo irritantur, & ſcirrhus abit in cancrum.

Veſicante. Cantharides enim exacerbant ſcirrhum, faciuntque cancrum, nam ut internè motum faciunt, ſic etiam externè partem elevando in bullam vel cauſando inflammationem utraque ratione cancrum producunt.

§ 496. *Locus.* Cancer fit ex ſcirrho, hinc omnis glandula eſt locus Cancri.

§ 497. *Ex ſignis ſcirrhi.* De externis ſignis ſcirrhi nulla eſt difficultas, nam patent ex definitione; ſi verò ſit internus ſcirrhus, quomodo cognoſcitur? ſi contuſio, inflammatio, ſuppuratio prægreſſa, & non bene curata ſit, & maneat pondus & anaiſteſia, & ſi tum dein dolor v: g. ſub dextro hypochondrio, oriaturque ſimul flavedo, & ſi poſtea ſimul moleſtam inertis ponderis gravitatem percipiat æger, tum Medicus ſcit ſcirrhum hepatis eſſe natum, ergo conludere poteſt hic cancrum eſſe futurum. Cum ergo omnia ſigna & cauſæ ſcirrhi ſint explicata, hinc facilè ſigna cancri ſeu aucti ſcirrhi intelliguntur.

Titillatione. Talis uti eſſe ſolet in digitis, cum poſt frigus iterum calent, tum verò pars aceto cum ſaccharo Saturni eſt inungenda, hae-

naque ratione ſæpe ille primus cancri impetus eluditur.

Pruritu. His tam grata eſt perceptio à ſcalpendo, ut licet per vitam & ſanitatem jures ipſas ſe poſtea peſſimè habituras, tamen abſtinere non poſſunt; verum viſcera ut jecur, pancreas lien non pruriunt, ſed ibi motus vermicularis quaſi ſeu ſenſus formicationis ſentitur., at inteſtina quidem pruriunt.

Calore. A levi tepore in ſummum calorem tranſit.

Rubore. Scirrhi rubore incipientes non magis ſunt ſcirrhi vocandi, ſed ſcirrhi maligni ſeu occulti cancri, nam ſcirrhus propriè non rubet, ſed albus eſt.

Dolore Lancinante belgicè *ſteekende pyn*, ægri enim dicunt, eſt quaſi ferrum citiſſimè duceretur per partem, ſed unde hoc? quia ſemi-vitalia vaſa per cancrum, locumque inertem & deſtructum decurrunt, ſed ſi eorum vaſorum fines affici incipiant, tum convelluntur à nerveo folliculo, hinc hi dolores oriuntur.

Urente, Nam vidi ſcirrhum in ægro, qui dicebat ſe talem dolorem habere, quaſi pars aqua fervida allueretur, hoc fit per vaſa viva mortuis applicata, non verò dico hæc in ipſo cancro obtinere, ſed in partibus cancro applicatis ſeu vicinis.

Calore. Omnes hos colores ad atrum uſque deprehendi in cancro & hic prout ordine adjectivorum poſitus eſt, ea ratione ſe habet malignitas cancri.

Duritie. Cancer fit adeo durus, ut os, ſic exploravi nuper ſcirrhum in cancrum vergens, qui adeo durus erat ac lapis, non verò duri-

tiei ſpecies, ſed adeo renitens compreſſioni e-rat, hoc eò magis fit, quò cancer eſt pejor.

Apice, talis locus erit eminens, ubi integumenta magis premuntur.

Tumoris. Quò ſcirrhus vel cancer occultus magis in exulcerationem vergit, eò pejor eſt.

Vaſis. Hoc verum eſt de venis, non ita de arteriis vel vix.

Varicoſis. Vaſa ſupra muſculos, ſub membrana celluloſa diſtributa fiunt varicoſa, quia comprimuntur ab elevatu cancri in majorem planitiem & vix aliquid permittant, ſic etiam quæ per ſcirrhum decurrunt; hinc ſanguis profluere non poteſt, nam verò illæ venæ (ut nonnulli volunt) à cancro ſanguinem accipiunt, ſic etiam gravidæ mulieres & hydropici venas accipiunt varicoſas, compreſſio enim venarum venas infra compreſſionem reddit varicoſas. Hiſce intellectis cancer externus cognoſcitur, ſi verò ſit internus, tum hoc patet ex ſolo dolore cum ſignis ſcirrhi antecedentibus, ſic collatis & comparatis, vidi alicui ictum inferre, unde pancreate contuſo, æger ſanguinem per alvum deponens dolorem atque febrim accipit, ſi tum inde non ſequatur Icterus, & tamen in dextro hypochondrio ictus ſit illatus, tum glandula pancreatis ſcirrhoſa eſt facta, ſi nempe nullum ſignum reſolutionis nec ſuppurationis ſit animadverſum, ſi æger peccet in ſex rebus non naturalibus, ſi v: g. ingurgitet vinum ad ebrietatem uſque, tum fit cancer, nam inde tum ibi loci dolor ſentitur, & accedit febricula hectica, inde concluditur cancer eſſe natus, nam hic cauſa cum effectu col-

collata nobis hanc rem detegit; hic verò hæc accuratè ſunt obſervanda, nam cancer eſt infinitorum morborum peſſimorum origo.

§ 461. *Ulceratur.* Noſcitur à ſcirrhi ſignis & cancri occulti prægreſſi, & à ſignis poſtea § 499. enumerandis.

Pellis. Cancer duplici membranâ coërcente conſtat (nam omnis glandula duplicem membranam habet) nempe interiori & exteriori, hæ membranæ ſunt ſemper valde nervoſæ & fibris muſcularibus conſtant, ſed quamdiu in his ſuis propriis membranis ſeu pellibus hæret, tamdiu cutis non rumpitur, ſed propriis pellibus exeſis tum quoque exeditur panniculus adipoſus & dein cutis, dicetis forſan rumpi debere à magno tumore aſſurgente, ſed hoc non fit hac enim ratione venter hydropicorum valde extenſus non rumpitur.

Tranſudando. Nunquam vidi ex uno cavo ingentem liquidi copiam profluxiſſe, ſed quaſi per ſpongia ex multis parvis punctis tranſudat, non verò ex uno rivo materia derivatur & colligitur, ſi verò ex uno rivo in unum acervum colligeretur materia, tum ſpes curæ eſſet.

§ 499. *Progreſſus.* Hæc ſequentia non ſine commiſeratione vidi & conſcripſi cum cura in amicis quibuſdam chariſſimis notata.

Attrita. Cancer enim eſt corpus ſemi-mortuum & ſemi vivum, nam vaſa adhuc viva per hoc durum corpus tranſmittuntur, unde reſiſtentia major fit, hinc atteruntur & deteruntur; hæc verò non poſſunt ſuppurari nec reſolvi, quia à cancri corpore impeditur, & quia vaſa contra cancrum atteruntur eodem modo quaſi roſtrum applicaretur, nam idem eſt effectus,

an roſtrum motum manui admoveatur, unde vaſa atteruntur.

Tumore. Materies cancri licet ſuppurari nequeat, ab inflammatione tamen vicinarum partium tumeſcere poteſt; hinc omni momento rumpuntur quædam fibræ, nullæ ſuppurantur, & perfectè idem fit motus ac ſi quis omni momento cum tenaculo ferreo minimas fibras perpetuò divelleret.

Rumpuntur non tantum parva vaſa ſed etiam magna, ſic vidi ſub axillis glandulam cancroſam factam, unde arteria axillaris exedebatur; hinc non modo parva vaſa ſed etiam magna exeduntur.

Putredo. Cur verò totus cancer in putridum convertitur, non verò in ulcus & gangrænam, nam vix ingredi poteris in locum, ubi cancer aperitur, quin cadaveroſum haurias fætorem? hoc fit vel quia nullum pus homogeneum & mortuum hæret ad ſemi-vivum vel quia vaſa viva humores quidem recipiunt, ſed ibi humores ſtagnare coguntur, hinc putredo generatur, cum impetus vi in cancrum urgeat, & ſic vaſa minutiſſima aliter circa cancrum evadunt maxima, ita ut ſuppurari non poſſint, ſed his exeſis Hæmorrhagia ſæpe lethalis oritur, Medici cancrum convertere non poſſunt in pus vel quia pars maximè obſtructa in cancro hæret extra legem circulationis, cum verò nulla fit ſuppuratio niſi per vim vitæ, hinc non poteſt fieri in locis extra circulationem, vel quia vaſa per cancri corpus percurrentia ſunt minutiſſima, ſed circa cancrum maxima, ſi hæc ſenſim exedantur, tum ſtillant ſaniem, quæ eſt adeo acris, ut lintea exedat quaſi ab igne eſſet ambuſta. Nonnulli voluerunt cancrum

ge-

generari ex ſemine, ſed puto, quod in latebroſo corpore cancri ſtagnans humor fiat planè putridus, nam ſic in hæc Urbe in foſſa *de Vliet* dicta erat Vir, qui triduum urinam retinuerat, & cum emittebatur per cateterem, Chirurgus ab hoc fætore ferè in animi deliquium cecedit, & ſe inde male habuit valde raucus & fere peripneumonicus.

Ambientia rodens illud nervoſum, quod eſt in cancro; & quod per illum decurrit, eſt adhuc vivum, etiamſi cæteræ cancri partes ſint corruptæ & mortuæ, unde lenta eroſio, quæ fit in illis nervulis, tantos creat dolores.

Progreſſus in ambitum. Nam quantum videre potui, cancer non ſerpit, ſed coërcetur ſuâ membranâ, quæ decuplo craſſior fit, ſed putredo tamen hanc membranam exedit, & tum fit cancer exulceratus, protuberat & hoc modo in ambitum progreditur, nam ab exterioribus ſanies tranſudat, ſic etiam in omni ambitu.

Radices. Nam cancer exulceratus æquè infernè aperiri poteſt quam ſupernè, & ſic ſanioſa acriſque materia per interſtitia vicina pergere & quaſi radices formare poteſt. Cancer quidem propriè nullas radices mittit, ſed ſcitis, quod vas vivum tranſeat per cancrum, hoc comprimitur, & humor in eo vaſe ſtagnat, tum hoc vas æquè malignum fit ac ipſe cancer, nam communicat cum cancro, ſic ut ſit quaſi radix cancri; hinc eſt dimittere radices, quando glandula extenſa intra ſuam membranam protuberat multum, tum hac diſrupta cancer adhæret cum vivis.

Labia tumida. Nam Chirurgi notarunt, quod pelliculæ tenuiſſimæ à materiâ quadam

diſtentæ fiant craſſiſſimæ, ſic in Atheromate capitis una cellula membranæ celluloſæ in ſemidigiti craſſitiem expandi poteſt, ſic etiam Uterus in gravidis, ſic quoque veſica urinaria calculo infarcta pollicem craſſa fit, ſic etiam omnis folliculus diſtentus à materiâ inerti ſolet craſſeſcere, venæ & arteriæ etiam hoc modo coaleſcentes craſſeſcunt; hinc ergo cum vis vitæ urgeat in cancrum exulceratum, tum verò ubique invenit reſiſtentiam, niſi ubi apertus eſt, hinc ibi extrorſum premitur, & magis magiſque protuberat ſupra integumenta & cutim, cutis verò reſiſtens coërcetur, ita ut ſuperius pars protuberans explicetur, inferius arctetur, & ſic quaſi caput & collum formet.

Retorrida. Solus Cancer habet retorrida labia, nulla verò alia ulcera, hinc quidquid habet labia retorrida participat de natura cancri, quia cancer ſemper tumet, non cedit membrana celluloſa & cutis à parte inferiori dilaceratur & rumpitur, & tum antea diu dolens in altitudinem ſat magnam protuberat, hinc, cum rumpitur, labia incurvantur, quia vaſa preſſa faciunt exire cancrum eo loci, ubi cute non tegitur, ſed liber eſt.

Dolor. Quia omnes nervi, hic non ilico ſed lentè diſrumpuntur, dilacerantur, conſumuntur & tandem moriuntur, & accedit ad dolorem magis promovendum ſanies rodens & urens, & hoc prohiberi nequid, nam ſi exſiccantia imponantur, fit eſchara, tum ſanies internè facit atrociſſimum dolorem, hinc tum eſchara eſt tollenda, ſic etiam ſi emplaſtrum vel unguentum imponatur, tum ſanies in loco (ut prius) coërcetur, eadem omnia fiunt, ſi aqua impoſita exſiccatur, tum quoque ſub cruſta urens

rens dolor ſentitur; hinc ille doloris ſenſus nanet ad mortem uſque.

Color cineritius. Tum adhuc leviſſimus eſt ancer. *Lividus* pejor & *ater* peſſimus.

Cancri occulti. Nullus cancer in loco glanuloſo hæret, quin communicet cum aliis glanulis, ſic cancer mammarum communicat um glandulis ſubaxillaribus & uteri glandulis nter ſe, & ſi cancrum in dextra mamma extirpetur, plerumque ſub dextra axilla iterum ropullulat; ſi mulier habeat cancrum in mamna, jam habebit in inguinibus, ultimo etiam n utero, vidi ſæpius cancrum in mammis ſed unquam talem, quam in pago Norvici, namma erat humano capite major tota cancroſa, ut Saxum dura, axillæ modo fiebant ancroſæ, toto tandem corpore ſicco & arteiis axillaribus nudis pereſis magno ſuo bono laciditiſſimè è vita deceſſit. In utroque ſexu pancreas glandulæ inteſtinales & meſenterii iner ſe communicantur.

Hæmorrhagiæ. Hæ ſunt valde frequentes, ut n labiis, mammis, & utero ſæpe vidi, nam quibus oriuntur maligni dolores, hi Hæmorrhagiam accipiunt. *Mauriceau* notat, quod is, quibus in effæta ætate dolor circa lumbos oritur, uterus ſit cancroſus, & hæ plerumque Hæmorrhagiâ mori ſolent, vidi cancrum mamnarum, qui omnia ad inguina uſque conſumpſerat, & etiam axillam eroſerat, ut ægro poſtea Hæmorrhagia fuerit mortua, hic cancer vocatur haimatodes belgicè *de bloedende kanker*, germanicè *de blutende krebs* quod verò ſemper ſit, quia vicinæ arteriæ eroduntur; mulieres etiam his hæmorrhagiis afficiuntur ex cancro uteri, & ſanguinem plerumque fundunt, quan-

do dolore perſentire incipiunt, ſi verò illum dolorem aliquamdiu pacare poſſunt Medici tum hæc Hæmorrhagia aliquamdiu ſubſiſtit ſed recrudeſcente malo iterum fluit ſanguis, & tandem moriuntur, apertoque cadavere inve nitur carcinoma in utero.

Convulſiones à nervis irritatis, nam à nervi conſumptis nunquam convulſio oritur, ſec phtyſis.

Febris lenta. Quia ſanies communicatur tot corpori, & ſic nemo cancro laborat, quin ha beat febrem hecticam, & ſemper ea febre mo riuntur, ſicque prius plane conſumuntur, ni Hæmorrhagia lethalis ſuperveniat.

Extenuatio totius id eſt μαρασμὸς Græco rum.

Ἀνοσμὸς. Ab *à privativo* & νοσμὸς *affectu* quaſi *ablatio olfactus*, nemo enim perit cancro quamdiu olfacere poteſt, quia nares perpetu à fætore ſibi ſemper præſente eroduntur, u tandem totum ſyſtema nervoſum & nervorun olfactoriorum ſenſus ſit abolitus, & tum mor ſequitur, ut *Hippocrates* notat,

Indolentes in aure callo. Nam ibi parv glandulæ poſitæ ſunt, quæ ſcirrheſcere inci pientes auris meatum occludunt, & quæ ſun tubera lenta non dolentia, quaſi uvæ Corin thiacæ, tum ex his fiunt cancri vel calli, hac que ratione auditus perit, notatque cancrun glandulis per totum corpus communicari.

Lipothymiæ à doloribus, pervigiliis & Hæ morrhagiis, quæ verò hic de externo dixi, hæ de interno æquè vera ſunt, nam ſic vidi ægro coquerentes de dolore ſtomachi & inteſtinorum qui cancri laborabant.

Tabes oritur, quia pus reſorbetur in venas

undi

ıde febris hectica & Phtyſis. Hinc intelligi-
r nunc quam horrendum ſit malum, ſi in
terioribus v: g. in pancreate oriatur, tum
gna ſunt oris fætor, tumor cum febre poſt
ıltum & potum, exaſperata cum diris cruciati-
ıs, fæces alvinæ non coctæ duræ cum fætore
ıniofo.

§ 500. *In Euchymis* id eſt humores bonos
abentibus cancer occultus diu tolerari poteſt,
cque vidi cancros per plurimos annos geſta-
os, ſi modò actiones animales & vitales non
ıaximè moveantur, & omnia motum circu-
atorium nimis augentia caveantur; ſed Medi-
us hunc morbum ut calculum in renibus trac-
are debet, nempe emolliendo & laxando, ergo
ıon adhibeantur calida illa quæ vulgus ſpecifi-
a credit, ut ſuccus allii & ſimilia, nam inde
ta exacerbatur cancer, ut inde mors ſequatur,
ıt vidi in puella nobili, cui in villa vulgò
Leo dicta hoc accidit.

Occulti ita ut nondum malignitatem indu-
rerit, ſed modo diſpoſitus ſit ad malignita-
tem, ita ut indureſcere incipiat, tum conſide-
ramus, an corpus ſit euchumum vel cacochy-
micum.

§ 501. Jam quæritur, an cancer exſtirpari
poſſit? hæc quæſtio diu inter Medicos agitata
eſt. tum in hanc, tum in illam devenerunt
ſententiam, ſed puto nos hic, ut hæc quæſtio
ſolvatur, cancrum dividi debere in duo genera,
1. in cancros, qui tutè exſtirpari poſſunt &
debent, 2. quæ non exſtirpari debent, & quæ
exſtirpando pejora evadunt, & ſic quæſtio eſt,
an æger cancro præſente vel cancro abſente
diutius & melius vivere poſſit, non verò, an
exſtirpari poſſit, ſæpe enim quidem exſtirpari
poteſt,

poteſt; ſed inde in multum pejorem ſtatu
incidit æger, jam verò videamus cancrum, q
exſtirpari poteſt & debet, hujus hic perfecto
characteres dabo, unde Medicus diſtinguer
poſſit à cancro non exſtirpando per charactere
ex veris præceptis artis, & rationis, non ver
operator ſuæ arti indulgere debet, nec etiar
ſuæ crumenæ implendi gratia hanc operationer
ſuſcipere, hi enim artem nobilem exitialer
faciunt.

Parvus qui non in immenſam molem e
crevit, ut æger mori poſſit à cicatrice, nar
homines perire poſſunt à detracta cute per am
plum locum, quia tantum fit puris generatio
ſuccuſque nutritius conſumitur, cutis ver
quidem recreſcere poteſt, ſi aliquid vicem cu
tis ſuppleat, ſed ubi ad cicatricem perducitur
ut fieri ſolet, tum fit Atrophia & mors, qui
hæc ſecretio nimis cito impeditur, vel puri
jam magna copia generatur, quod pus abit i
ſanguinem, & toto ſanguine depravato æge
poſtea moritur.

Incipiens qui non diutius quam per annur
duravit, quò verò recentior, eò melior.

Liber, qui nondum vaſa vicina malignitat
infecit, qui nondum vaſa varicoſa nec dur
reddidit, hæc verò cognoſcitur, ſi cancer di
gitis æquè ſurſum quam deorſum, æquè a
unum quam ad alterum latus elevari & mover
liberè poſſit; hinc tentandum eſt, an poſſi
cutis elevari ſurſum reliquo corpore mammæ
non ſequente, dein movemus hinc inde i
omnibus ſitibus corporis & jubemus, ut pec
toralis muſculus valide moveatur ad noſcen
dum, an valide adhæreat, nec ne, & ægra ſ
curvam

urvam teneat, modo rectam modo corpore
ıcurvo ad latus pronam.

Loco. Nam cancer uteri nec pancreatis ex-
cindi non poteſt.

Vaſis. In quo non nimis magna vaſa adſunt,
ec metus eſt hæmorrhagiæ ut & ad mammas,
bi non ſunt magna vaſa, ſed ſæpe fiunt can-
ri ad axillas, qui plerumque venis axillaribus
el internis vel externis accreſcunt, ſed etiam
d inguinales & glandulas Warthonianas &
arotides, ibi ſæpe cancri vaſis maximis ac-
reſcunt, & ab his abſtinendum eſt cancris.
ic memini me audiviſſe ex Chirurgo ſat peri-
o, qui cancrum ad glandulas Warthonianas
xſtirpare tentaverat, & cum jam elevaverat,
idit jugularem venam ſimul elevari, quam ta-
nen prudenter ſeparavit, eratque ipſe tum,
t dicebat, quaſi in metu mortis eſſet, dixit-
ue ſe nunquam velle tale quid iterum expe-
iri; nam illa vena pertuſa ſanguis ſiſti ne-
uit, quia tam alte ex cranio deſcendit.

A causâ externâ. Omnis cancer eſt à ſcir-
ho, ſi verò ille ſcirrhus ortus ſit à causâ externâ
t à contuſione, lapſu, apoſtemate, externâ
nflammatione tùm exſtirpari licet & debet, ſi
orpus non ſit cacochymicum.

Juvenili. Juvenile corpus vocamus, quod
ege naturæ adhuc diu vivere poteſt, ſi verò
orpus ſenile ſit vix ultra annum v: g. vivere
otens, tum cancer eſt relinquendus.

Sanoque. Hoc ſcitur, ſi nulla febre hectica
aboret, ſi ſitis non adſit, nec atrophia.

Solus. Periti Chirurgi antequam operationem
uſcipiant, ſolent v: g. ſi ſit in unâ mammâ,
lteram quoque examinare, & tum quoque
ub axillas ad mammæ cancroſæ latus dein
quoque

quoque ad alterum latus, & ſi ibi nil inveniant, tum rogant, numne aliquando dolores circa locum ovariorum vel uterum habuerint, numne aliquando magnum pruritum circa uterum & vaginam ſenſerint, an quandoque ſubito hæmorrhagias uterinas paſſæ ſunt. Si omnes hæ conditiones ſupradictæ adſint, tum cancer eſt exſtirpandus.

502. His ita ut § 501. dictum repertis nullum medicamentum niſi ferrum eſt applicandum, nam ſi alia applicentur, ſemper malum augent, ut ſemper obſervavi, nam cancer habet hærentem materiem originalem in folliculis, & per hanc duram ſubſtantiam nervi vaſa percurrunt, nec ſuppuratio fieri poteſt, quia vaſa non deteruntur in ſuo extremo, ſed in medio quaſi, & hinc ſuppuratio requiſita non ſuccedit, ſi verò talia medicamenta applicentur, tum movetur materia, ergo iter in cancrum acceleratur, tumorque augetur, fitque inflammatio circa labia; hinc puto me non ſatis monere poſſe & vobis ſuadere, ut ab his in hoc caſu abſtineatis, nam conſiderari poteſt, ac ſi cruſta parva vitri inter digitos hærentis eſſet, quæ ſi moveatur, partes deſtruit, ſic & hic.

§ 503. Videamus jam, qui cancer non eſt exſtirpandus, hic verò æquè peccatur, ſi exſtirpetur, quam ſi non exſtirpetur, ubi præcedentia ſigna § 501. adſunt.

Magnus. Raro habetur, quin non etiam alia loca affecta ſint, & tum ſemper quoque febris hectica adeſt.

Vetus. Quamdiu hæſit, durus eſt, & radices egit.

Adhærens radicibus, qui radices ſunt infle-

xil

ilia & calloſa vaſa vitalia diſperſa per cancrum. ſic vidi cancrum in corpore muliebri & ſenili n mammis, quod fere ſenio & macilentiâ erat onſumptum, ſed tamen protuberabat cancer à artilaginibus coſtarum, eratque durus inſtar apidis.

Vaſis. Nam ſi vaſis adhæreat, tum non ſcis qualibus vaſis, nam ſæpe magna vaſa ſe in cancrum inſinuant eodem modo ut vena cava in ecur, ut obſervatores notarunt, ſic etiam noatum eſt antea hæc in cancrum & per cancrum percurriſſe.

A cauſâ internâ, quid tum juvat? Nam ſi adicitus tolli non poſſit, tum nil juvat, hic verò radices per totum corpus diſſeminatæ ſunt, quæ hic fiſtulam & caminum quaſi fecerunt, & hinc ſi tum exſtirpetur cancer, ilico lium locum occupant adhuc pejorem cancri.

Cacochymico. Ob eandem cauſam.

Ad cancrum compoſito. A macilento ſene, à nelancholico, morbis prægreſſis, ut Hæmorhagiis uterinis, vel Hæmorrhoidibus hoc judicatur,

Aliis cancris. Hoc multi norunt, & ſic quoque duos caſus in nobilibus matronæ hujus reipublicæ vidi, uni cancer erat in mamma, hæc æmina hic *Lugduni-Batavorum* venit ad exſtirpationem ſuſtinendam, ſed re examinatâ etiam cancer deprehendebatur in alterâ mammâ; hinc exſtirpatio ei fuit diſſuaſa, ſed tamem eam ieri voluit; hinc hæc feliciter quidem facta & anata eſt, ſed altero anno iterum ad curandam exſtirpationem alterius mammæ rediit, & tum quoque licet diſſuaſum fuerit, exſtirpationem fieri voluit, ſed tum dein cancrum ad xillas & uterum accepit, qui multo atrocior erat,

erat, hoc verò fit, quia ille locus antea er. diſpoſitus, jam clauditur, hinc ad alium locu pergens exacerbatur.

§ 604. *Radice. Radices voco vaſa, quæ p involuera cranii pergunt*, quæ ſi jam varico vel ſcirrhoſa facta ſint, ut fieri ſolet, tum a exſtirpatione eſt abſtinendum.

Semen voco diatheſin cacochymicam intra h mores latentem, quæ facit cancrum, ſi veni ad loca glanduloſa, tum verò ab eo eſt abſt nendum; deinde ſemen eſt triſtitia, humor cris, tenuis.

Ad interiora. Nam cancer eſt caminus, p quem materies cancroſa effluit, ſed exſtirpat & clauſo dein vulnere retropellitur hæc mat ries cacochymica cancroſa, & vadit ad axilla uterum aut alia loca.

Auget. Hoc vidi in fæmina, cui tota mam ma erat cancroſa, ſimulque tuberculum axillis inſtar ciceris quod exciſa mamma pauc ſeptimanis pugnum ſuperabat, id ſemper fi ſi bini ſint cancri, ut ſimul in mammâ & xillis.

§ 505. *Cauſa.* Nam ſi cancer ſit exſtirpan dus, tum radices & ſemina integrè una vi ſunt tollenda.

Uteri. In his enim locis hæret talis extenſi membranoſa, quæ quoque vicem perioſtei fur gitur, & hic vaſa magna vicina adſunt: frequer tiſſimè mulieribus accidit, deſinentibus me ſtruis, quod magni dolores in utero oriantur tum diu menſtrua retinent, tantum profluviur ſit ingens cum dolore magno, quibus iterat fit cancer vide *Mauriceau*, qui cancer no eſt attingendus; *Harvæus* narrat exemplur mulieris maligno ſcirrho laborantis & uterur

it

ta obſidentis, ut ore uteri aperto ſanies & fœtor exirent, tum ſuo conſilio ſolutione vitrioli injectâ cruor ſubſiſtit, ſed cancro internè maligno facto cum diris ſymptomatibus mortua eſt ægra, & cum aperiretur cadaver omnia internè cancroſa ſunt reperta.

Faucium. Glandulæ ibi poſitæ ſcirrhoſæ factæ ſæpe ita cancreſcunt, ut nares & fauces occludantur, hi cancri non ſunt attingendi propter arterias ibi poſitas & nervos vicinos, hinc nil aliud quam mors eſt optandum.

Palati. Hic cancri etiam inſanabiles ſunt ob arterias vicinas & perpetuum motum.

Labiorum. Hic cancer à levi cauſa oriri poteſt, dum nempe ſub dentibus particula labii comprimitur, in quo tale tuberculum ſeu glandula hæret, tum ibi fit ſcirrhus, & ſi tum ille inflammatus cancreſcat, & æger non permittat exſtirpationem vel ope cauſtici vel lapidis infernalis, vel ſpiritus ſalis marini vel cultri, quod optimum eſt, ſed ſi relinquatur, tum totum labium & vicina exeduntur, & exſtirpatio tum fieri nequit hinc æger eſt moriendus, ergo in hoc caſu exſtirpatio ilico eſt ſuadenda, nam ſi malum multum proſerpens occupaverit totam partem inferiorem maxillæ (ut vidi) tum vix curari poterit ob difficultatem exſtirpationis ſine vitæ diſpendio, & hoc eò magis quò in longum & latum ſe extenderit, ut vidi in ruſtico, qui habebat totum labium inferius ad mentum uſque & ad latera cancroſum.

§ 506. Nam derelinquendus eſt æger, vitam degit miſeram; hinc modo lenienda ſunt ſymptomata, in hoc caſu aluta eſt optima, ſed ſi inceperit exulcerari, tum ſolum Emplaſtrum Diapompholigos cum Saturninis.

§ 507.

§ 507. *Quies.* Nam non impropriè cancrum conſiderare poſſumus, quaſi globum ferreum hamis & uncis horridum in parte molli profundè intruſum, ita ut exſcindi non poſſit, niſi vulnus fiat nimis profundum, vaſaque magna lædens, ita ut modò ſtudere debeamus, ut impetus vitæ non nimis in hoc obſtaculum irruat, uti etiam hic, nam cancer eſt corpus iners, nil agit, niſi impetus vitæ in eam irruat; nam antequam homo moritur vel vita ſuccumbente cancri ſymptomata deſinunt. Hic verò ad omnia animadvertendum, nam fœminæ corpus conſtringere ſolent per veſtes ſtrictas loricatas ex barbis balenæ, quod eſt peſſimum, ſi cancer mammarum vel ſcirrhus adſit, ſed tum corium alutaceum molliſſimum ex pelle agnina, cervina vel vitulina laxè circa corpus gerere debent. Hic intelligo quietem in corpore ipſius cancri & in omnibus vaſis vicinis.

1. *Locum.* Ab omni califaciente, humectante, exſiccante & erodente præſervetur, hoc fit per plumbeatum narcoticum more Veterum, nam Veteres in his fuerunt prudentes, hoc fit per Emplaſtrum § 490. N. 1. deſcriptum etiam cicuta hic divinum eſt remedium. Hæc tantummodo hic conveniunt, quæ compeſcunt & demulcent, hic verò eligere ſoleo corium alutaceum belgicè *ſeemleer* uti dixi ſed tamen omne Emplaſtrum effundit vapores, hacque ratione cancrum emollit & irritat; optimum tamen emplaſtrum, ſi quid applicari debeat, fit ex plumbagine exceptâ ſolâ cerâ, ut ſit Emplaſtrum defenſivum Cæruleum, ceratum additur aliquid Opii aut croci, obducitur locus tegendus paucis ſiccis linteis.

2. Blandiſſima purgantia ſunt ſequentia, Agaricus

ricus hic maximè laudatur uti Manna, Caſ-
., Rhabarbarum, Folia Sennæ, Aloës, Scam-
onium, Reſina Jalalappæ, lenia ſubacida,
amarindi, Pruna acido-dulcia, Damaſcena,
his fiunt lenia purgantia per epicraſin, hæc
nnia ſunt optima, ſed parvâ doſi ſunt adhi-
nda, nam magnâ movent & mala ſunt.
Mercurialia. Ita ut non perturbent corpus,
d ut modo leniter liquefaciunt humores ut
nt Mercurius dulcis Æthiops mineralis, ex
ſumitur parva doſis ſemel vel bis unâ ſep-
nanâ ut leniter evacuetur materies atrabilia-
, hacque ratione obſecundamus naturæ.
3. Hæc in *Materia Medica* recenſui, quæ
nnia tutò adhiberi poſſunt, nunc unum nunc
erum, ne æger ab uno abhorreat; hæc ſunt
olliſſima. Optimum diluens eſt aqua, tunc
cocta cum lactuca optima ſunt, vel Cicho-
um, floris Papaveris Rhæados (ob famam
lgò belgicè *kankerbloemen*) Scorzonera, Tra-
pogon, Taraxicum, Endivia, Sonchus, Fu-
aria, Sambucus, hæc omnia ſunt optima in-
r Thèe ſingulo mane jejuno ventriculo ad-
ita. Nitrum Antimoniatum Diaphoreticum
oloratiſſimum habeo, quod eſt blandiſſimum
ſorbens, non verò promitto curationem
am nunquam vidi, vel adhibetur decoctum
quod lenitivum & paulo exſiccans. v: g.
e

℞. Ligni Guajac.
—— Saſſafr.
Stipit. Dulcamar. ana ℥ij.
Rad. Polypod. querc.
—— Cichor.
—— Siſari ana ℥j.

Aga-

Agaric. levis ʒiij.
Herb. Borrag.
——— Naſturtii aquat. ana mj.
Liquirit. ræſæ ℥ij.

Conſciſſ. & contuſſ. infundantur in
Aq. Pluvia per noctem altera mane
Coq. per horæ demidium leniter colati
Decocti bibantur ſingulis diebus per inter
valla unciæ quatuor.

4. Hinc cibus, victus, potus medicamen adeo temperata eſſe debent, ut inde mot majores minime fiant, nequidem Theriaca conveniunt, ſed vitentur, ut etiam cibi fun & ſale conditi, pinguedo piſcis & porcorum allium, piper, caveant denique ægri ab ani affectibus æſtu valido ſolis, foci, hypocauſ motu rhedæ, equi, ambulatione, ſaltation animique affectibus. Vidimus ergo, qu Medicus ſuis conſiliis cancrum reddere po tolerabilem, hoc verò ſic fieri debet, ut æg non peccet in aſſumptione cibi, potus, me camenti, & ne ſe nimis moveat vel motu mechanicum applicat, vitat vigilias, & h modo ſe caveat quam maximè ab illis, majorem motum faciunt, ſed utatur in ſex bus non naturalibus moderamine optimo, tu cancer ut corpus mortuum diu tolerari pote ſi verò à motu irritetur, ilico recrudeſcit, in vitanda ſunt omnia acida, ſalia alcalina, vo tilia, aromatia, hic verò in magnum peri lum incurrunt, ſi peccent in uno, nam ſ ſemper ilico luere debent pænam ad mort uſque, ſic vidi cancrum per multos annos g tatum exacerbatum eſſe ab irâ, ſic quoque v

occ

occultum cancrum pancreatis ab ebrietate ſe manifeſtaſſe, & ſic mortem intuliſſe.

§ 508. *Symptomata* maximè minuuntur, ſi jus carnium recentium ſine ſale aſſumatur, nempe jus carnis vitulinæ cum pauco ſucco citri, hoc mirè dolores lenit, oleum Amygdalarum Dulcium ter quaterve de die ad unciam unam conducit, potus aquæ eſt optimus, & ſi aliud addetur, ægro non prodeſt, ſed obeſt, ſic ſi v: g. hordeum adſit, tum nocet; optimum medicamentum eſt cicuta venenata, cui recens in pulpam contuſæ addatur pauxillum aluminis, nitri aut ſpermatis ranarum (ſi adſit) fiat cataplaſma, & apponatur loco tumenti, quod dolorem compeſcit Opiata non emendant, ſed compeſcunt dolores, & ſic tollunt motum à dolore aliter futurum, quare ergo denegarem hoc remedium, tamen non nocet, & facilè dari poſſunt veſperi, ſi non quieſcant, nam ſi evigilent, tum febricitant, caleſcunt, & hac ratione exaſperatur Cancer, ſi verò hæc omnia ita fiant, tum morbus levatur.

§ 509. Agitur hic de cancro verò, ichor verò hic tam acris eſt, ut ferè una decumbentes inficiat. Quid verò extrinſecus applicandum? Nam ſi pinguia applicentur, tum in loco affecto planè occludis poros, ut nil exhalare poſſit, ſi aliud Emplaſtrum, tum facit exhalationem & balneum in loco, ſi aquam applicem, tum emollio & moveo, hinc melius erit nil applicare; verum ſi ægri velint aliquid applicari, tum ſumi poteſt lene Oxycraton cum foliis Hyoſcyami, Papaveris Hortenſis, Rhæados, & tale fomentum per paucum tempus modo applicetur, ſed tamen ilico, ſi dolor abſit,

ſit, auferendum eſt. Verus cancer ubi jai exacerbavit, tum protuberat in magnum tumo rem & apicem facit, & ſic primò penetrat pe cutim, & tum per hanc aperturam inſtar ſpon giæ ſeu fungi excreſcit, ita ut collum faciat & eminens pars extra foramen craſſeſcit inſta ſpongiæ, quæ per parvum foramen uſque a dimidium preſſa protuberat, & à parietibus fo raminis comprimitur, hacque ratione facit col lum, & tum fundit lacrymas, quæ lacryma ſunt ichor tenuiſſimus; Chirurgi hos ægros trac tantes dicunt, ſi nil applicetur, fit eſchara nam locus exſiccatur, & cito tum cancer pro greditur, ſi ſola lintea applicentur, hæc qui dem ichorem abſorbentia imbibunt, ſed poſte concreſcunt cum cancro, & dilacerando avell debent, & ſic ſæpe-brevi imo intra triduum moriuntur, oleum verò hic quidem minim licet applicari, quod aliter à ſiccitate & aër defendit, ut ſtatim dixi, qui perſpirationem impedit, ſi enim Emplaſtrum applicetur, tum fit tanto pejor, ſed quid tandem adhibendum eſt, cum tamen aliquid ſit applicandum? re bene examinatâ & expertâ inveni quoſdam liquores, qui forma fomenti applicari poſſunt, nam ſi penitus relinquatur, tum exſiccatur, hinc hoc fomentum hic in *Materia Medica* deſcriptum applicari poteſt, ſed nil olei eſt addendum, quia obſtipat, hinc deligatio hujus fomenti ſæpius repetenda vel renovanda omni bihorio ope plumaceoli in hoc fomento intincti. Cancer non deligetur in loco frigido nec nimis calido, quò ſæpius mundetur, eò melius eſt, id tantum fiat abſorbendo belgicè *met plukiel*, nam ichor eſt tam acris, ut rodat viva; hinc cautiſſimè mundandus eſt cancer ſine ad-

admiſſu multo aëris. Nullum Unguentum nec Emplaſtrum eſt applicandum niſi neceſſitas urgeat, ſed applicari poſſunt plumbata cum aceto, nam hæc ſi cum aqua concutiantur, faciunt ſaponem, hoc verò hic commendo, quia (ut dixi) omnia plumbata in ſcirrho non conveniunt, nam in plumbo multa acria miteſcunt, ſic aqua fortis redditur dulcis in plumbo, ſic & acetum dulce fit, hinc hic ſumo acetum Lythargyrii cum oleo roſaceo, hocque applicatum non cito exſiccatur, unguentum Nutritum ex Lythargyrio eſt hic omnium mitiſſimum, quod tali modo eſt præparandum ſcilicet coquitur acetum ſupra minium, ceruſſam vel lythargyrium, donec liquor ſit æquè dulcis ac ſaccharum Saturni, hoc conteratur in oleo roſarum tamdiu, donec fiat balſamus, tum imponatur ad partem, donec non amplius pars exſiccetur, addendum eſt ad dolorem ſopiendum ipſum Opium; denique non eſt detergendus. ſed leniter abſtergendus cancer.

§ 510. De exſtirpatione egi; ſi cancer paulo major & ingens cicatrix requiratur, tum cancer eſt exſtirpandus, ſi verò requiratur exſtirpatio, tum primo antequam operatio fiat, victus debet eſſe tenuis, neque motum excitans, medicamenta debent eſſe omnia cauſæ contraria, & animi affectus ſunt vitandi quam maximè, detur ægro jus carnium oleum amygdalarum dulcium hæc dicta aliquot diebus ante exſtirpationem præcedere debent, non verò operatio eſt inſtituenda, antequam hæc dicta fuerunt prægreſſa; vires refocillantur vino rhenano cum ſucco citri & ſaccharo. Hic verò hæmorrhagia non eſt metuenda, nam ſi cautè exſtirpatio à Medico concluſa ſit, tum vaſa

magna non habet, ut ſunt v: g. mammæ. niſi cum cancer diutius hæſerit, & vaſa varicoſa fecerit; verum quia æger abſque ea nempe Hæmorrhagia deficit in operatione; hinc corpus prius bene replendum & nutriendum eſt, ut bonis ſuccis turgeat.

2. Hujus rationem dedi, ubi de ſcirrho egi; Sed poſtquam cancer ablatus eſt, tum pus ſe per totum corpus diffundere poteſt; hinc operatione bene peracta Chirurgus quidem ſuum officium facit, ſed Medicus debet ſemen tollere, hinc omnia præcedentia in uſum ſunt vocanda, poſtea debemus cogitare ingentem ſuppurationem futuram, nam ſi ingens fiat cicatrix, tum magna ſuppuratio eſt exſpectanda, v: g. ſi mamma exſtirpetur, tum cavendum eſt, ne pus ſanguinem ingrediatur.

Attollendo & protrahendo, ita ut inter muſculum pectoralem mamma abſcindi poſſit, & id quidem in medio, ita ut panniculus adipoſus per medium ſcindatur, nam peſſimum eſt, ſi muſculus lædatur, hinc in macilentis operatio non eſt inſtituenda. Quamdiu cancer non adhæret, nec habet radices, tunc ambitur infernè à membranâ pinguedinosâ, hinc cum hæc non ſentiat, tum tractari poteſt ferè ſine dolore, modo caveantur muſculi ſubcutanei; fuit mulier quæ volens ſancta videri, cum eſſet valde obeſa, panniculum adipoſum aciculis & ferramentis ſibi trajecit & hoc ferè ſine ullo dolore: quod quidem verè contigit.

3. *Rarâ.* Si enim nimis frequenter detegatur, raro curatur, ſi verò non ſatis depurgetur, tum pus per venas abſorptum ſanguinem ingreditur, & hinc videndum eſt, an multum vel parum puris fundit, & pro ratione hujus quantitatis

tem-

tempus deligationis definitur. Decocta, Bardanæ, Cichorei &c. largiter ſunt potanda, ut pus ex ſuppuratione factum, in ſanguinem reſorbtum & facturum Phtyſin (ut vulgo accidit) è ſanguine abluatur, cavendum etiam eſt, ne nimis luxuriet caro & nimium fiat pus; hinc adhibenda ſunt tantum plumaceola cum pulveribus Olibani, Maſtiches, &c. non tantum balſamus arcæi & ſimilia, quæ facerent magnam ſuppurationem.

Cruore vicino. Nam melius eſt aliquantulum cruoris exire, quam ilico per antimoniata ſtiptica ſiſti.

§ 511. Hoc bene annotandum eſt, nam ex decem ægris, in quibus hæc operatio inſtituta eſt, quidem novem ſunt, in quibus iterum propullulat; hinc omnia dicta adhuc continuanda ſunt, purgationes lenes aliquando dandæ & ſtibiata adhibenda ſunt, deinde æger ſe caveat à motu violento, nam forte ſemina adhuc ſunt in corpore vel humore.

Victu. In ſex rebus non naturalibus nullus error committendus idque per integrum annum, nam calamitoſum eſſet ægro & Medico, quod cum æger tantam carnificinam ſuſtinuerit, iterum malum de novo oriatur, vidi in hoc caſu optimè conducere diætam lacteam, & ſi verò æger ob ventriculi debilitatem ferre non poſſit, tum ſumat quandoque aliquid ſaponis veneti, & ſic ventriculus roboratur. Hæc omnia bene ſunt obſervanda & intelligenda, nam dum praxin exercemus, tum quotidianus ægrorum planctus eſt, dicentes ſe dolore intollerabili ventriculi laborare, & dicunt, ſi non edere cogerer, me melius haberem, ſed à cibis ilico dolor exacerbatur, tum verò juniores Medici

M 3 ſtatim

ſtatim cogitant de dolore colico, de dolore flatulento ventriculi; hinc dant fortia roborantia, ut olea ſtillatitia Fœniculi, Aniſi, ſpiritus Carminativi, Sales volatiles & ſimilia, ſed vidi ægros inde intollerabiles accepiſſe dolores & tandem in vomitum atrabiliarium incidiſſe, vel in Dyſenteriam materiæ liquidiſſimæ, tum ordinariò cancer hæret in pancreate, vel ad inteſtina ſeu ad glandulas vagas, tum habuerunt antea diuturnos & fixos dolores & gravitatem à ſcirrho, ſi verò hi dolores exacerbentur, & ſcirrhus irritetur ſeu ſit à cibo, potu, medicamentis, ſemper dolores intollerabiles faciunt, fitque tandem Dyſenteria, & materia, quam æger deponit, eſt ſanguis ater, ſeu alius humor tam acris, ut inteſtina deglubita conſumat, hac ratione quando Icterici Dyſenteria laborare incipiunt, tum dies noctesque alvum deponunt, quia cancer in hepate exacerbatus hæret, ſic vidi juvenes, qui magnam famem habebant, ſed ubi per tres dies ita famelici fuerunt, tum quarto die ægrotarunt, & tum vomitu omnia aſſumpta deponebant (nam alvum non deponere poterant) poſtea iterum ſani erant & famelici, donec quarto die iterum ægrotantes vomerent, & ſic porro; dum verò dicebam cancrum hærere ad inteſtinum ileum, riſui fui Medicis me putare cancrum hærere in inteſtinis, ſed poſt mortem cadavere aperto inveni gyros cancri in hoc ileo, ſic vidi in Senatoris filio ileum tumuiſſe immaniter, ita ut magis amplum videretur quam cæcum, cum tamen alia inteſtina digito craſſa erant. Ex hac doctrina Morbi Hypochondriaci, Melancholici, Hepatici, Splenici, inteſtinorumque intelliguntur, & ſemper bene eſt annotandum, quod

-uod ſi in uno loco hæreat dolor fixus, ibi
-ncer adſit, imprimis ſi æger febris hecticâ
-boret. Purgans nunquam eſt exhibendum
-iſi lene v: g. ex cremoris tartari, hac ratio-
-e duas mulieres juvenculas præcedenti ætate
-uravi.

De Morbis Oſſium.

§ 512. Omnes ſpecies degenerationis, quæ
-n partibus mollibus contingere diximus, etiam
-n oſſibus contingunt, nam oſſa partibus mol-
-ibus quoque conſtant, ut perioſteo interno &
-xterno medulla & vaſis, lamelliſque oſſeis &
-aſis intermediis. Oſſa adulti tantum differunt
- partibus mollibus, vel ab oſſibus embryonis
-n eo, quod præter vaſa à liquidis repleta ſunt
-tiam vaſa ſimul coalita & calloſa.

§ 513. Os enim eſt corpus per ſe ſubſiſtens,
-t putatur, ſed quovis momento deteritur. Si
-x duriſſimo hominis ſani juvenis cranio pars
-xſcindatur, paucis diebus protuberant puncta
-ubra ſeu papillæ, & brevi renaſcitur lamella
-ſſea, hinc oſſa non ſunt niſi lamellæ tenuiſſi-
-mæ, rigidiſſimæ, ſed non immediatè contin-
-entes, ſed in interſtitiis habentes vaſcula, ut ad
-uncturas ubi ſpatia majora à receſſu lamella-
-um oſſarum relinquuntur, & ubi magna vaſo-
-um copia ponitur, hinc omne os eſt pars mol-
-is circa juncturas, niſi in ſummo ſenio, ubi
-ſſa crepitant & facilè rumpuntur maximè
-hyeme.

§ 514. Os non eſt ubique ejuſdem ſubſtan-

 tiæ,

tiæ, ſed ſemper triplex materia, prima eſt media, unde fit oſſificatio, in medio fœtus oſſe eſt ſtellula oſſea, unde radiatim quaſi per conglutinationem fiunt ſtriæ oſſeæ. 2. Os verò verſus finem totidem lamellis eſt inſtructum ac in medio, ſed cum ibi ad fines ſit latius eo eſt fungoſius demonſtrantibus *Malpighio & Haverſio.* Os in medio ſemper primo eſt os factum, & lamellæ in fine paulo plus accedentes minus compactæ ſunt, intermedia loca vaſculis ſunt pleniſſima. 3. Os habet Epiphyſes quibus nectitur aliis oſſibus, ubi eſt molliſſimum, & habet ibi cartilaginem fimbriam, aliter enim motum pati non potuiſſet. *Clopton Hawers* demonſtravit quod os in denſiſſima parte non habeat plures lamellas quam in latiſſima, ſed tantum quod lamellæ ſint compactiores in parte denſiori, & quò proprius accedit os ad juncturas eò plura vaſa habet intermedia inter lamellas, hoc excipitur in diploe cranii. Omne os in parte molli maximè morbos pati poteſt, ut ſequenti paragrapho patebit.

§ 515. Hic quæritur, an os inflammari poſſit? quidam negant, quia talia vaſa non habet, quæ vaſa licet non videantur, oculo tamen armato in media oſſis parte & ad juncturas ſenſibus patent, hinc eadem inflammatio fieri poteſt, quia oſſa vaſis ſunt pleniſſima, quò verò os habet molliorem ſtructuram, eò plus morbos partium mollium pati poteſt, omnia verò oſſa plus partis mollis habent, quam vulgò putatur, nam ſi diu coquantur oſſa, tum modo $\frac{1}{3}$ pars ponderis remanet.

§ 516. Os circa juncturas fit craſſius, & lamellæ ab invicem ſecedunt, aliter tot lamellæ in medio oſſis ſunt, quot circa junc-

turas

turas, ſed in medio plus ſunt compactæ & complicatæ, & minora interſtitia relinquunt.

Minus vaſculoſa. Quia ibi ubique medulla membrana vaſculoſa ambitur, cum tamen medulla in tam parvas cellulas ſit diviſa, in medio verò oſſis unicâ lamellâ omnis medulla ambitur.

§ 517. Prima diſtinctio morborum ergo conſiſtit in læſione talis partis oſſeæ, quæ maximè accedit ad partes molles, ibi enim inflammatio ſuppuratio, ſcirrhus & ipſe ſphacelus ut *Hippocrates* teſtatur, fieri poteſt.

§ 518. Si ulla res Medico & Chirurgo accuratè obſervanda ſit, certe hæc eſt, quoad membrorum oſſium intellectum, ita verò res ſeſe habet, *Clopton Hawers* invenit, quod oſſa ubique in parte habeant lamellas numero inæquales, ſed quod hæ lamellæ modo in uno parte ſint compactæ; in altera dehiſcant, & ibi os fiat largius & mole quaſi majus, ſed intus maneant dehiſcentes, ponas v:g. omnes ex mille lamellis componi, hæ omnes ſibi invicem diſcedentes diſtantias apertas relinquunt, ſic ergo illæ lamellæ modo in medio manent unitæ & complicatæ, ſed in extremo lamellæ dehiſcentes ad invicem accedunt, plurimaſque cellulas formant, tali modo omnes lamellæ fiunt cellulæ, tum os longè craſſius apparet, ſed tamen in oſſis medio non plus oſſeæ ſubſtantiæ ineſt, quam ad finem & contra. Hæc omnia accuratè vidi & lubens curioſis avidis monſtrare poſſum: femur circa juncturas vix ultra digitum craſſum eſt in ſubſtantiâ oſſeâ; hinc natura ibi dedit trochanteres, ut defenſores & ſuſtentacula eſſent; in omnibus his cellulis à natura factis fit oleum, nam in his hærent fol-

 liculi,

liculi, qui oleum pingue fundunt, quod oleum ſic per omnes lamellas oſſeas derivatur; hæc *Hawers*, dein *Ruyſcius* notavit articulationem duplicem habere uſum, 1. Ut fieret tanto major & fortior circulatio per os. 2. Ut oleum hic factum ſenſim ſenſimque inter lamellas derivetur. His intellectis videtis hic varios morbos poſſe oriri, nam oleum hoc ranceſcere, acre fieri, multaque alia patrare mala poteſt.

Plena. Os animalis per medium ſecundum longitudinem ſciſſum exhibet unum magnum cavum medulloſum, ſed ad latera lamellæ oſſeæ, in hac parte hæret medulla plurima paululum ſanguinolentior, quam in medio oſſe. nulla eſt pars delicatior corporis. Ubi os eſt denſiſſimum & tenuiſſimum æquè multas habet lamellas, quam ubi ſpinoſum & craſſius eſt; ſed cavernæ fiunt minores & vaſa arctiora, adeo ut hæc vaſa ultimò fundant inter hos lamellas & tranſudent oleum, quod facit, ne oſſa areſcant, aut facilè friabilia evadant. In ſenibus hæ veſiculæ ſunt repletæ, non oleo ſed muco, ut etiam in alis hominibus, qui morbis quibuſdam laborant.

§ 519. Hinc oritur ſecundum genus morborum oſſium vel in ſubſtantiâ densâ, vel cellulosâ, vel in medullâ, vel in cellulosà ſuperiori, ubi medulla formatur; ſi in parte denſiori morbus non tollitur, niſi deſquammando ſi in celluloſa abit in cariem, partem integram amittendo.

§ 520. *Perioſteum.* Nemo bene quod ſciam ante *Hawers* demonſtravit, quid perioſteum ſit, ille enim docuit, quod perioſtei origo ſit à Dura Matre, quæ cranio pro interno perio-

te-

teo inſervit, nam non eſt muſculus cerebri, ut Itali voluerunt, ſed modò perioſtei munere fungitur, hæc pergit per omnes juncturas cranii que foramina, per quæ nervi emittuntur, & vaſa ſanguinea aliaque, & dein medullam oblongatam quoque inveſtit, quod ejus ſecundus uſus eſt, ſi verò per hæc foramina porrexerit, tum ad ſuperficiem oſſis applicatur, & perioſteum externum facit, & ſic vertebræ colli à medullâ ſpinali hoc perioſteum accipiunt, & inde vertebræ thoracis, inde lumborum, inde humeri, brachia, & uno verbo omnes partes perioſteum accipiunt, nam ſi ab omni parte ſeparari poſſet, tum appareret quaſi ſceleton Duræ Matris ſeu totus homo quoad oſſa perioſteo conſtans, hoc verò perioſteum ligamentis ſuſpendit & tendinibus muſculorum, ut *Columbus* ſolus obſervavit. Nam ligamenta apophyſibus connaſcuntur, hæc verò ſuperſcandit perioſteum, & ad inferiora articuli non pertingit, nam hæc ligamenta articulum perfectè includunt, ita ut nil ex articulo extrorſum ad perioſteum vel ad alias partes accedere poſſit, internè verò articuli oſſa undique cartilagine obducta ſunt, quæ vaſa nec *Ruyſchio* nec *Leeuwenhoekio* conſpicua non demonſtrata ſunt, hæ verò cartilagines per parvas eminentias oſſi annectuntur, uti videbitis in *Theſauro Ravii publico theatro Anatomico donato*, ubi totum habetur ſceleton, in quo epiphyſes ab oſſe ſeparatæ ſunt, quæ per dentes cartilagineos committuntur ſibi invicem, quæ poſtea ligamenta faciunt, hoc aliter vix relatum legimus niſi apud *Hawerſium*, perioſteum eſt membrana omnia oſſa amplectens, niſi dentes exceperis nam hi in ea parte, quæ aëre exponitur,

perioſteum non habent, ſed ibi externè cruſtam quaſi induunt, gallis dicitur emalie inſtar amauſi ſeu vitri metallici, belgicè *vergloeſt*, ſi hoc cadat, tum dens fit carioſus, aliter verò in alveariis, & qua parte gingiva teguntur, perioſteum habent. Oſſa palati quoque perioſteo carere dicuntur, ſed minimè verum eſt, nam ibi eſt valde craſſum & calloſum in uſus requiſitos. Verum perioſteum Epiphyſi non accreſcit, ſed ligamentis ſuperſcandit; *Hawers* perioſteum dixit eſſe ſimplex, unde in his locis perioſteum de ſimplici dictum, compoſitum verò eſt, quod tendinibus ſuperſcandit, ſed de priori hic eſt ſermo. In parte, ubi os adeſt, ligamentum applicatur huic, & perioſteum ſuperſcandit hoc ligamentum, verum ubi non eſt ligamentum, ibi ſemper applicatur perioſteum immediatè oſſi, quod facit unum continuatum progreſſum à Dura Matre oriundum cum autem muſculus temporalis immediatè applicetur oſſi; hinc pericranium ibi dictum hunc muſculum ſuperſcandit, & præbet quaſi vaginam, per quam tendo temporalis quaſi tranſmittitur. *Perioſteum verò eſt propriè ut Ruyſchius* detexit, ſimul *contextus ſeu rete vaſorum arterioſorum omnis generis, venoſorum omnis generis, arteriarum pinguedinoſarum, & venarum nervorumque, eſtque membrana hæc vaſa ubique in omni oſſis puncto per poros perpendiculariter in os mittens, nempe arterias & vaſa eodem modo recipiens ſimul venas*, ergo non eſt membrana, ſed rete innumerorum vaſorum, quæ in poros oſſium ramos mittunt, & hæc membrana vaſa ex oſſe egredientia & in os ingredientia fulcit. Tendo quoque muſculi, ſupra quos etiam perioſteum tranſcendit,

ſe

ſe oſſi affigit, & accreſcit, ut quoque *Hawers* demonſtravit, ſic tendo erectoris digiti oſſi increſcit, & ibi tum perioſteum non manet, ſed ſecedit, & tum tendo annaſcitur toti oſſi, ſed ejus membrana ſe expandit ſub perioſteo; hinc perioſteum ibi eo craſſius evadit, hinc *Hawers* dixit duplex eſſe perioſteum, unum quod ſupraſcandit tendines & ligamenta, alterum quod ipſi oſſi applicatur, prius compoſitum, alterum ſimplex audit; hinc ſolvitur illa quæſtio tamdiu agitata inter Medicos, an nempe muſculus temporalis cum cranio cohæreat, vel an pericranium ibi cranium amplectatur, nam ubi temporalis muſculus concreſcit cum cranio, ibi non eſt perioſteum, ſed tendo muſculi oſſi planè concretus & pro parte oſſeus factus huic ſuperſcandit perioſteum, & in loco vicino hæc membrana tendinis hujus cum perioſteo jungitur, unde dixerunt Auctores pericranium, quia diverſum à perioſteo eſſe putabant. *Hawers* obſervavit, quod perioſteum dimittat dupliciter ſua vaſa ad inſtar carotidum in capite nempe unum arterioſum genus quod ad ſubſtantiam oſſis pertinet, alterum etiam arterioſum genus rectè perforans oſſa ad conficiendam in medio medullam; quod perioſteum ſit textura vaſorum, verum eſſe patet, ſi recentis animalis ſuffocati non jugulati os crudum ſumatur, ſolo tantum perioſteo tectum, elevetur perioſteum, inſpiciatur microſcopio, fibræ capillares apparent diſtractione & ruptura diſcedentes, hæc ſunt vaſa, quæ os introeunt & ex oſſe exeunt, idque propriè eſt perioſteum. Ejus uſus eſt vaſa ordinata ſerie nec facilè mutanda deducere pro adferendo humore nutrititio, ſanguine, medulla & lympha; alter uſus eſt va-

ſa egredientia perfuncto munere deſcribendi humores ſic recipere, ne fiat ulla contuſio.

§ 521. Hæc tertia morborum oſſium ſeries oritur à perioſteo externo læſo; ergo ſi ſolum hoc perioſteum contundatur, oritur morbus, cujus cauſa non hæret in oſſe, ſed quia vaſa os nutrientia id eſt adferentia læduntur, peribit pars oſſis deſtituta ſuo nutrimento, ſtagnabit humor redux, orietur putredo & fiet ſuffocatio.

§ 522. *Perioſteum internum vocatur illud periſtomium vaſculoſum & nervoſum, quod oritur à vaſis perioſtei externi perforantibus os ad medullam conficiendam demonſtrante Haverſio.* hoc perioſteum ab ullo Auctore non vidi deſcriptum, *Ruyſchius* quidem aliquid memorat: Cranium uti notum eſt, habet perioſteum internum, quod eſt Dura Mater, ſic etiam vertebræ habent pro perioſteo interno Duram Matrem protractam, nam hæc ad os ſacrum uſque facit vaginam, uti verò hic perioſteum internum invenitur, ſic etiam ubique, quod hac ratione detegitur, ſumatur os quodcunque recens in medio, ubi ſolidum tenerrimè & ſubtiliter limatur uſque dum ferè in cavum penetret, tum videbitis membranam concavam partem oſſis tegentem, ſed non eſt Dura Mater, quia nullus metus fuit, quod medulla læderetur, cum oſſa ſatis fortia ſint propugnacula, hinc perioſteum internum ſeu potius enoſtium adeo tenue, nam eſt membrana tenerrima conſtans textura vaſorum innumerorum emiſſariorum ex oſſe & perioſteum externum, ſic ergo quoque morbi ſæpe accidunt, ubi os modo læditur in externâ membranâ, nam in oſſe æquè ab interioribus caries fieri poteſt.

§ 523.

§ 523. Hæc eſt quarta morborum ſpecies.

§ 524. *Medulloſa.* Vidiſtis procul dubio in natomicis os medium ſolidum habere unum omogeneum cavum, ſed circa juncturas perit avitas, ut ex ipſis epulis patet, nam ibi vidiſtis, quod in homogeneo oſſis cavo medulla ontineatur, ſed ad juncturas hæret in cellulis leum cum ſanguine miſtum medulla verò magis oleoſum. Hæc medulla ſub perioſteo nterno oſſis tanquam Dura Mater hæret, & quoque membrana tenuiori medulla ipſa inveſtitur quaſi eſſet Pia Mater, illa membrana medullam continet, ut Pia Mater cerebrum, verum de hac membranâ vix ullus bene ſcripſit, niſi ſolus *Duverney*, qui tamen noluit ſua inventa hac de re orbi erudito communicare, ſed ut reliqua inventa ſua, ſic etiam hæc ſparſim ab aliis edita ſunt. Ad oſſa verò duplex arteriarum genus derivatur, 1. quæ per perioſteum externum diſtribuuntur, ex eo ad os pergunt, quæ oſſi nutrimento inſerviunt, ut quoque cranium à Dura Matre in capite arterias pro nutritione cranii accipit, ſic quoque perioſteum externum cranii arterias ad cranium mittit pro nutrimento, 2. Ad os per truncum integrum, vaſa penetrant intra os per magna cava in oſſe relicta, & hæc vaſa per perioſteum internum pergunt ad membranam medullæ, & ſic tota medulloſa membrana conſtat folliculis ab his arteriis factis. Sic quoque Dura Mater accipit carotidem externam pro oſſis nutrimento carotidem internam pro pulpa cerebri, ut inde ſpiritus conficiantur; venæ verò ſanguinem ab hoc opere reducentes non communicant cum venis è nutritione oſſis reduces; vaſa verò ferentes hoc oleum ad articulum pro nervis haberi

beri poſſunt, & ſic hic materia ſecreta non datur venis, ſed per vas tertium in articulum defertur, ut quoque in cerebro fit, ubi cortex, quam hic medullæ aſſimulamus, facit nervos, hoſque emittit ad omnes partes, ubi tandem ſuum liquorum, vel in venas deponunt vel exhalant, vel in uſum requiſitum aliis liquoribus miſcent, ſic ut hic magna ſit convenientia. Nam ſic quoque hic perioſteum externum mittit arterias in ſubſtantia oſſis, ſic etiam internum perioſteum vaſa ad os mittit, ſed ſunt quædam vaſa, quæ eunt directè in cavum oſſis, quæ nec perioſteo interno nec externo nec oſſi proſpiciunt, ſed membranæ medullæ, & tum ex his folliculi medullæ corpus conſtituentes formantur. Arterias verò oleum hoc ſecernere inde patet, quia in hydrope, ubi ſanguis eſt planè aquoſus, modo aqua hic deponitur non oleum. Oleum verò hoc naturaliter lubricandis, inungendis, & defendendis articulis inſervit, nam tranſudat per cartilagineas Epiphyſes articuli, ibique uſum dictum habet, & coërcetur in loco à ligamentis undique articulum ambientibus & claudentibus, hocque oleum ibi tenue redditum abſorbetur. Sic hic quartum morborum genus occurrit, 1. ſi arteriæ hoc oleoſum non adferant; 2. ſi venæ ſanguinem ab hoc opere ſuperſtitem non reducant; 3. ſi in cellulis quoddam vitium hæreat, ut oleum non deferatur ad articulum; 4. ſi vaſa oleum adferentia ad articulum obſtruuntur eodem modo ac ſi nervi obſtruerentur. Medulla non eſt unus liquor, ſed congeries veſicularum innumerabilium plenarum liquido in ſanis oleoſo, in ſenibus aut defatigatis ichoroſo. Ab influxu lunari nulla eſt diſtinctio quantita-

tis

s medullæ, cum autem in ſenibus & mul-
ım defatigatis hominibus pinguedo pereat, ita
: medulla deficit, idem accidit longo morbo
maciatis, quod tale fiat in defatigatis, probant
xperimenta *Duverneyana Haverſiana* circa
ıedullam expulſam ex oſſibus cervorum,
vium & boum, unde conſtat medullam tran-
ıdare & circulare. Uſus medullæ eſt oſſa
:nere flexibilia aliquantulum, ne fiant fragilia,
verò aquoſa ſit materies medulloſa, brevi
utreſcunt, oleoſa nimis concreſcunt & fir-
ıiſſimè compinguntur, ſanguis maximam re-
ſtentiam paſſus in oſſibus ſolum oleum ſubti-
ſſimum tranſmittit, ſuntque ibi ſacculi cavi,
bi hæret exſtillans ſubtile oleum, quod in
uieſcentibus aggregatur, ut quieſcentibus &
ɔrpidis accumulatur adeps, ſed per motum
:nue fit, & ab oſſe exit, arteriæ preſſæ red-
unt temporis brevitate oleum non adeo coc-
ım, ſed ichoroſum.

§ 525. Hic eſt quinta claſſis morborum,
uando materia medullaris vel membrana me-
ullæ morbum accipit. Hic verò oritur quæſ-
o, an oſſa habeant diploen? hoc omnes re-
entiores & antiqui noverunt, quod nempe ad
:anium hæreant duæ lamellæ, & in harum
ıedio hæret celluloſa ſubſtantia, ſi ergo hæc
ıterior lamella inficiatur, tum quia in medio
æ cellulæ hærent, hinc ſic poteſt fieri ſepara-
o tabulæ vitreæ; has cellulas quidem diploën
ocare poſſumus, & hæ ubique quodammodo
ıveniuntur. *Ruyſchius* enim demonſtravit in
rmiſſimis oſſibus morbos poſſe oriri, ut fiſtu-
æ externæ, internæ, & ſic internum ab exter-
o ſeparatur, idem in medio oſſis femoris eo-
em notante oritur quandoque morbus ad
hanc

hanc celluloſam ſubſtantiam, tum oſſa ab invicem ſecedunt, & tum ſæpe curioſum fruſtum educitur, ſic vidi ab oſſe tibiæ magnam thecam oſſeam longitudinalem eſſe eductam perfectè oſſis figuram referentem non ab exterioribus ſed interioribus. Nam ibi caries facta erat, & ſpina prominens extracta fuit. Qu tamen puer Haerlemenſis fuit ſanatus per decoctum ligni Guajaci, hoc quoque in *Ravianis* videre licet, ubi videbitis os ad ſemi-ulna longitudinem in altero excreviſſe ut in theca & in ea vacillare; hinc videtur perioſteum internum & externum vaſa ad os mittere pro nutritione oſſis, hæcque vaſa ſibi occurere in medio, & ſic quandam diploën formare, hin etiam ibi caries oriri poteſt, ut ex dictis exemplis patet, jam videamus effectus morborum ſoli oſſi propriorum.

§ 526. Jam videamus ſigna, quæ docent in hoc oleo in magnis cavitatibus oſſeis hærente morbos latere & ejus dein curationem. Pinguedo medullaris, quæ in oſſe hæret, videtur ſeparari à ſanguine arterioſo, in tenerrimas medullæ veſiculas diſponi & aggregari & ex his iterum exire ſeu per vas venoſum ſeu per folliculum, & inde deferri ad oſſium articulationes & ad interſtitia oſſearum lamellarum ad glutinoſitatem & tenacitatem oſ conciliandam, & partim quoque redire in ſanguinem ut eo acria demulceat. Si bene ſani per totum diem ambuletis pluſquam commodè ferre poteſtis, tum noviſtis quod ſentiatis circa coxas & lumbos dolorem ſiccum cum rigiditate ſicca, hocque fieri videtur ab hoc oleo nimis conſumpto, nam ſi cervi inter venandum ſine multa agitatione ſubito

trans

anſfixi cadant, tum oſſa ſunt plena medul-, ſi verò per integrum diem à canibus agi-ntur, tum nil medullæ in oſſibus invenitur, d modo oleoſus quaſi ſanguis, ſic etiam quus quietus in ſtabulis occiſus multum me-ullæ in oſſibus habet, ſed equus curſorius il medullæ habet; ſic quoque in bobus, qui cet pingues ſi ferantur ad loca remota per ngum iter, tum vix medullam habent ſed ſi paſcuis vel ſtabulis imprimis bene ſaginati ccidantur, tum multum medullæ habent; inc ergo patet medullam circulatione abire, enerari, regenerari & conſumi, & ſic per aſa adferentia ſecernitur, in veſiculis retine-ır, & iterum reducitur, ſi opus ſit, hinc c quatuor in locis poſſunt fieri morbi; 1. ad ſa, 2. ad oſſis articulationem, 3. in veſicu-s medullæ, in vaſis adferentibus & deferen-ous; ſic ergo ſi medulla liberè colligatur, in eſiculis deponatur, & exire poſſit, tum ejus nitas eſt, & ejus actio ſeu uſus illæſus manet, verò ſecreta maneat, & nil novæ pinguedi-is accedat, ſed ſecretum ſtagnat, tum ultimo ud oleum à ſtagnatione & calore incipit ran-ſcere, ſic etiam oleum Amygdalarum dul-um in tepore per paucas ſeptimanas ranceſ-t, idem de lardo & butyro inſulſo verum t; nulla verò res plus ranceſcit quam medul-, *ranciditas verò eſt, ubi oleum blandum me-cum, ex hac blanda diatheſi acquirit diatheſin rem rodentem & putridam*, uti eſt oleum trefactum ſemel deſtillatum. Includite me-ullam (ut de induſtriâ feci) phialæ chemicæ, t in digeſtione teporis humani quatuor die-s, tum ſi jejuni olfeceris, fere cades in ani-i deliquium præ fætore.

Secre

Secretionem impediet. Arteriæ adferunt aſſi-duò ſanguinem, hinc ibi fit aſſidua ſecretio ſecretio ponit ſemper excretionem, ergo ſi o-leum ſtagnet, novum ſeparari nequit.

Vaſa obthurabit: adferentia vaſa ſunt arteriæ oſſium ſecernentia ſunt laterales plexus ad fol-liculos, veſicula medulloſa verò in inflamma-tione corrumpetur.

Inflammabit. Nam inflammatio eſt impedi-mentum transfluxus, & tamen vis urgens a transfluendum, ſi ergo oleum exire nequeat, & tamen eo pergat & effluat, hoc inflammati vocari licet.

Suppurabit. Fateor quidem hic ſuppuratio-nem propriè fieri non poſſe, ſed à ſimilitudin tamen ſuppuratio dici poteſt, nam ut ſangu ſtagnans à vi cordis conteritur in pus, ſic etiam hic ab influxu olei oleum conteritur in veſicu-lis, ſi ergo ſic medulla & vaſcula ſeu veſicul computruerint, tum etiam neceſſariò mem-brana communis medullæ affici debet; hin perioſteum internum afficitur, ſed internu hoc perioſteum erat (uti vidimus) baſis vaſo-rum, quæ os nutriebant, hinc tum etiam os parte debet fieri *gangrænoſum vel carioſum* quod eſt oſſis collapſus, *quia non nutriunt novâ materiâ.* Hæc verò caries eſt peſſima quæ contingit vitio medullæ prius computre-centis, ergo in hoc caſu medulla tranſire de-bet vel in ichorem vel in virus, vel in cancro-ſam materiem; & præterea hic morbus peſſi-mus, quoque eſt circa juncturas, quia ibi plu-ra vaſa, & lamellæ oſſeæ ſejunctæ; hinc inte-ligitur morbus oſſium, qui in Rachitide acc-dit, qui non eſt in medio oſſis, ſed ad junc-turas.

V.

Vaſi orba. Hoc in Odontalgia patet, ubi
odo dens à cruſta externa vitrea denudatur,
tum ibi hæc particula oſſea nudo aëri expo-
itur, hinc tum ab inhalitu aëris frigidi vehe-
nenter dolet, & ſimul putredo oritur, & ca-
es dolorque permanent, & interpolatis vicibus
edit, donec dens cadat.

Apophyſium. Hæc caries fit à putredine in-
erna, oſſa apparent dura ſed humido ablato
unt friabilia, ut etiam cum alcalinis diu cocta
unt fragiliſſima, in ſpiritu nitri flexibilia eva-
unt ut corium. Nunquam perioſteum inter-
um vel medulla inficitur, quin etiam incum-
entia inflammentur, fungeſcant quaſi, & os
ariosum fiat. Omne os quod oleo caret,
arieſcit; hinc præſertim fiunt caries oſſium,
vel ſpinæ ventoſæ ad loca ubi ſunt plures cel-
ulæ, ut fit in Rachitide infantum, Lue Ve-
nerea, Contuſione magna, aliiſve majoribus
vitiis perioſteo inductis.

*Spina ventoſa eſt caries oſſis à medulla vel
perioſteo interno ortum ducens*, *ſpina* verò di-
citur, quia per ſpinas os recedit. *Ventoſa* verò
quia partes impoſitæ raræ, inflatæ & fungoſæ
apparent, nam ſi ibi ſupra locum affectum
ncilio fiat ad os uſque, tum labia partis inciſæ
nſtar ſpongiæ apparent. Spina ventoſa eſt
cariosa corruptio oſſis à causâ internâ ortâ,
dque à medulla prius corrupta, tunc primò
n oſſe, dein in perioſteo, tum in omnibus
ntegumentis, hinc humor oritur primò in oſſe,
dein in perioſteo, tum in omnibus integumen-
tis, & omnia ſimul tum perfectè inflantur.
Quando fit ſpina ventoſa, non tantum accidit
in uno loco, ſed in pluribus, niſi caveatur,
&

& ſtatim ac deprehenditur, ſecetur pars, na
ſi unum membrum hoc malo affecto aufer
tur, poſt aliquot tempus, redit ſtatim ad aliu
ut accidit cuidam verbi Divini Miniſtro Eccl
ſiæ Reformatæ Gallicæ; cui duo brachia ſu
ceſſivè ſecuit *Clariſſimus Ravius*:phænomena h
jus morbi ſunt primò ſequentia, oritur ad locu
in meditullio oſſium dolor obtuſus profundu
pertinax, erodens, ad tactum non augens, ſ
per motum, calorem & teporem lecti exace
bans. Medicus accedens primo nil vidit, ſ
ubi diu duravit, oritur tumor in parte, nil a
tem apparet inflammationis, ſuppurationis v
ſcirrhoſi, ſed tantum ſpongioſus, vel vent
ſus, lentus & tenax tumor, poſtea tumor a
creſcit magis, nulla cum fractura vaſoru
ſed quaſi partes inflarentur, & quaſi omn
ſpongioſa fierent, ſed ubi eo devenerit, ſæ
ſponte rumpitur, vel ſi Medicus aperiat, nu
lum adeſt pus, at omnia ſunt inflata; ſi ul
mo detegatur, os fætet intolerabiliter, ut la
dum putrefactum, tunc pus prodit ciner
materiâ repletum, ichoroſum & purulentur
trahens ſecum lamellas oſſeas; aperto o
medulla tota putrefacta apparet pluribus in loc
novus eſt morbus, conſtituens cum Lue V
nerea & Rachitide triadem morborum novoru
difficillimorum & graviſſimorum.Spinæ vento
habemus quotidie exempla in carie dentiu
primò enim dolent, tum tument, dein infla
tur maxillæ, dolor acutiſſimus & intolera
dus fit, putrefacti cadunt & ceſſat malum.

§ 527, *Signa.* Si corpus ad hunc morbu
ſit diſpoſitum, nempe ſi Rachitis, Lues V
nerea, vel Scorbutum vel horum morboru
diatheſis adſit, vel omnes quatuor morbi ſim

dſint, tum adeſt dolor, ad attactum non au-
etur, ſed ad calorem lecti, ſolis, medica-
enti & alimenti, hinc ergo ſi Medicus tale
uid ſuſpicetur, tum attrectare debet locum
fectum & rogare, an inde doleat, & tum ſi
de nullus dolor oriatur, rogare, ubinam
oleant, ſi dicant profundè, & quod ſit, quaſi
interne diſploderetur, & ſi tum dein dicant,
uoties vinum vel zingiber vel piper ſumpſi,
m dolor exacerbatur, uti & à calore lecti,
nc è lecto ad aërem frigidum hauriendum
rgunt, & paulo inde levantur, dein ſi à
mpeſtatis mutatione de majori dolore con-
ueruntur nempe ſi ver ipſis magis incommo-
um ſit, nam *Virgilius* canit

Vere calor redit oſſibus.

tum ſimul ille dolor fixus maneat, & levis
bris hectica adſit, tum ſcimus morbum hæ-
re in cavo oſſis internè; verum caries quæ
c obtinet, male confunditur cum carie exte-
oris oſſis. *Caries verò eſt ſolutio continui facta
ſubſtantiâ oſſeâ una cum calcinatione oſſis à
uſa oſſi propria*, hic verò à cauſa in inferiori
ſſis cavo latente. Sed unde fit, quod cum
edulla & ejus membrana atque perioſteum
ficiuntur, etiam os afficiatur uſque ad di-
oën? quia ibi vaſa à perioſteo interno & ex-
rno concurrunt, & ſic cum perioſteum in-
rnum male afficitur, tum etiam diploën male
habet, & inde quoque hoc malum perioſteo
terno communicatur, ſed hoc perioſteum
ecies plus dolet, quam perioſteum internum,
ia hoc quam fortiſſimè oſſi adhæret, & hinc
quam minima diſtenſio vel dilaceratio oria-
tur,

tur, tum dolor fit acutiſſimus, dum verò h
perioſteum ſic afficitur, tum etiam muſculi i
ficiuntur; hinc abſceſſus;

§ 528. Prognoſis hic eſt difficillima, nam
inter lamellam primam & ſecundam malu
tantum hæreret, tum facilè fieret exfoliati
ſed hic totum os eſt conſumptum & vix ſep
ratio fieri poteſt, nec mundatio, hinc difficil
ma curatio. Hæc videntur eſſe ſymptom
ſpinæ ventoſæ, nempe corruptio oſſis, q
contingit à causâ internâ imprimis à corrupti
ne medullæ. Hic morbus videtur veterib
fuiſſe ignotus, ſed poſt Rachitidem & Lue
Veneream invaluit, nam hic habemus carien
cauſa interna, quæ cognoſcitur à dolore hi
inde quaſi vagante; ſed caries veterum eſt m
bus topicus, & non ſemper febrim hectica
habet, quæ cum priori carie ſemper eſt junc
Hic morbus dicitur παιδαρθροκακὴ vide *Au
lium Severinum de Abſceſſuum natura* à π
puer & ἄρθρον *articulus*, putavi verò olim hu
morbum curari non poſſe, ſed jam quæda
exempla vidi, ubi ægri integrè ſanati ſunt. N
la eſt abſterſio niſi ab ipſa vita, nam etia
putridum linteis eluatur, brevi poſt renaſci
cruſta, nulla enim eſt mundatio & abſter
ſine vi circulantium humorum eluentium h
putridum.

§ 529. Nonnulli Medici hic ad Antiſcorb
tica confugiunt, quæ hic quoque proſunt,
ubi morbus jam invaluit, tum non ſatis pe
trant. Hac methodo plures à ſpina ventoſa f
magno malo ſubſecuto perfectè curavi; v
hic præparata Mercurii nil prodeſſe, imo M
curium dulce plus nocere quam prodeſſe. I
cocta ex ligno Guajaco affuſa noſtris hum

bus balſamicâ vi ea imbuunt, ne unquam putreſcant, adde paululum cremoris tartari ad reſinam ſolvendam. Illud lignum eſt tam reſinoſum & penetrans, ut imbibere poſſit omnes humores; ſed tantâ copiâ hoc decoctum eſt aſſumendum, ut omnis fere ſanguis ſit hoc decoctum, ſed tum ſimul tecto pallio ſudare debent ægri ſub inſtrumento id eſt ſub ciſtella, ex qua modo caput prominet, vel ſub craticula in lecto, nam ſine ſudore nil efficimus, ſic vidi ſudorem virideſcentem perfectè ligni guajaci odoris erumpentem; curavi puerum, qui variis locis hoc malo in oſſibus afficiebatur, & inciſiones ad os uſque à Chirurgo in variis locis factæ ſunt, nam illi ſemper ſectionem faciunt ad os uſque, tum os cadit, ut quoque in illo puero articulus digiti ciderat, hunc tamen hac methodo curavi, ut etiam domicellam, ubi jam exſtirpatio digiti indicis concluſa erat, imo digitus immaniter intumeſcebat ab oſſe intumeſcente, ſed tamen ſic curavi niſi quod ille digitus adhuc $\frac{1}{3}$ pars craſſior eſſet, & quoque fere $\frac{1}{3}$ pars longior, quam alterius manus.

Fomentum cum panno ex lana in decocto guajaci intincto & expreſſo; fictilia calefacta ante commendata vel ſtannea hac methodo diu continuata ſæpe multum fit boni, leviuſculum acidum eſt optimum, ut lignum Buxi, Quercus, Saſſafras, in omnibus his oleum eſt copioſum acido miſtum.

§. 530. Determinetur verò ad locum affectum in hoc inſtrumento ab accenſu ſpiritus vini & pannis hoc decocto madidis loca applicatis. Diæta ſit tenuis, utatur æger pane biſcocto ſolo & uvis paſſis tantum, tum mirificè

fit promotio ad curationem, ſed nil adhiben-
dum pingue vel oleoſum internè nec externè
ſtatim enim eſſet gangræna ad locum, poſ
ſunt enim adhiberi antiſeptica id eſt condir
partem. Ex lue venerea affectis, quando oſſ
ita intumuerunt, in quibus nil potui proficer
mercurialibus, intellexi medullam hærer
extra circulationem, verum mercurius nil agi
in vaſis extra circulationem poſitis, hinc di
cogitàns inveni lignum guajaci; verum cun
hic oleoſa putrefacta materia hæreat, quæ non
facile abſtergetur, hinc omne oleum omnino vi
tandum; ſic hac methodo domicellam perfec
tè curavi, ſi Medicus vel æger ſuperfugiat, ſo
la ſupereſt exſtirpatio.

§. 531. Hic aliquid dico de parte externa
quando nempe vaſa in interſtitia oſſium hæren
tia afficiuntur, tum ſimilem curam inſtituer
debemus, & quo magis accedit ad curam §
529 præſcriptam eo facilius & felicius cur
procedit; hæc res verò magni eſt momenti
imprimis cum Medici omnes ſemper dican
exſtirpationem debere fieri, ut factum hic eſ
in reverendo viro, cui ambo brachia amputat
ſunt. Dicunt verò multi cariem oſſium non
poſſe oriri à perioſteo externo, ſed quid tum
de *Paronychia dicendum eſt*? *Paronychia eſt*,
ubi papillæ nerveæ in ultimo articulo digiti pe-
rioſteo fixiſſimè incumbentes afficiuntur, unde
dolor intolerabilis oritur, quaſi ferro ignito
nervi terebrarentur, & ſi tum Chirurgus non
ilico inciſionem faciat ad os uſque, & inflam-
mationi & putredini contraria adhibeat, tum in-
tra aliquot dies articulus corrumpitur & cadit,
tum verò inciſis integumentis ad os uſque tinc-
tura Maſtiches cum ſpiritu vini applicanda eſ
oſſi

oſſi, & tum ſimul Miſſio Sanguinis inſtituenda, & internè diluentia danda, decoctum Chinæ Salzaparillæ, tota verò pars eſt involvenda medicamentis anodynis emollientibus v. g. fiat Cataplaſma ex lacte dulci cum farina lini vel avenæ decocto addendo oleum lini, & hoc cataplaſmate pars involvatur, eſt optimum cataplaſma quod novi; Hæc verò omnia ſic externè & internè adhibita malum ſæpe tollunt ſine inciſione, ſic ut hæc prius tentanda ſunt, ſi verò his non cedit intra quatuor vel ſex horas, tum caries metuenda, & tum nil ſupereſt, niſi ut incidatur ad os fere uſque & eadem tamen continuanda, ſed ſi malum ad os femoris hæreat, tum hoc fieri nequit, & nil ſupereſt, niſi magna venæ ſectio & dicta ſimul adhibenda. Credo hanc rem nemo poſſe in dubium vocari, quin ſi in medullâ malum hæreat, ſit peſſimum, ſi in membrana medullæ quoque peſſimum, ſed prius pejus, ſi in interno perioſteo, tum quoque, ſed adhuc curabile eſt & quò altius malum hæret, eò levius & contra. Si in reliquo oſſe vel perioſteo externa pars ſit affecta, ut non ſit liber itus & reditus, ſive id accidat inter lamellas ſive in cellulis vel in perioſteo omnia fiant, quæ in ſpina ventoſa, ſed tantum mutato ordine dicta ſunt. 1. quia humor vitalis non advertitur, 2. putreſcit, quia ſtagnat in lamellis, cellulis, perioſteo interno, habeturque idem perfectè mutato ordine. In ſpina ventoſa primò laborat tantum medulla, ſed in his primò exteriora. At mala in medullâ peſſima ſunt & difficillima, ſed ad exteriora multo faciliora. Duræ Matris inflammationis effectus eſt primo dolor Piæ Matris, dein furor in primo gradu,

 poſtea

poſtea incipit homo totus fieri ſoporoſus, & hoc notat jam corrumpi cerebrum. In Variolis viſum eſt, tale quid accidiſſe ut in ſpina ventoſa & inflammatione membranarum oſſium.

§. 532. Curatio eſt eadem, implebo ſanguinem iis liquidis, dein ad ſummos ſudores determinabo.

§. 533. Morbi oſſium ſunt ſequentes, α membrana medullæ affecta, β à medulla affecta, γ à perioſteo interno male affecto, δ à lamellis oſſeis & vaſis inter eas hærentibus morboſis, ε ab externo perioſteo læſo. Hic verò quò magis morbus ad interiora vergit, eò cura difficilior, nam morbus ab externo perioſteo non ita difficillimè curatur, ſed à medulla omnium difficillimè; hinc prognoſis patet; ad juncturas fit difficillimè ſeparatio, ſerpit malum ex cellula in cellulam, in medio denſo oſſis eſt quidem tardior progreſſus, ſed facilior exfoliatio, hæc eſt regula univerſalis.

§. 534. 1. *Inflammatio eſt diapneuſis ſive tranſpiratio impedita in illa parte.* In perioſteo eſt membrana, ut in aliis locis, hinc etiam inflammari poteſt, ut membrana omnium partium; hinc puto, quod in oſſibus non levior morbus occurrat, quam qui à perioſteo externo oritur, nam tum interiora adhuc bona ſunt, & acceſſus datur; hinc ille morbus difficilior. Quænam verò inde mala oriuntur? Hæc recenſui in doctrina de vulneribus capitis, ubi conſtitit, quod perioſteum ſuſtineat vaſa os vivificantia & nutrientia, cum verò illa pars, quæ inde vivificatur, mori debet; hinc perioſteum ubicunque læditur, tum munus ſuum non facit, & tum os non nutritur nec vivificatur; hinc

hinc perioſtei morbi faciunt oſſis morbos. Cauſæ videntur eſſe triplices vel vitio vaſis, vel vitio humidi, vel vitio utriuſque: vaſis obthuratio fit à rigiditate vel laxitate, vel enata propria ſubſtantia, aut à liquidis craſſis acrioribus, aut ab utriſque ſimul, de his cauſis ſatis actum eſt.

2. Signa ſunt dolor punctorius, calor ingens, pulſationis geminatio, nullus dolor, febricula, hæc ſunt ſigna inflammationis, verum ſi nullus dolor ab attactu oriatur, niſi muſculi profundè moveantur, tum hæc ſunt ſigna inflammationis perioſtei. Pauci veſtrum ſunt, qui non experuerunt Odontalgiam, ſed quid eſt Odontalgia? Hæc eſt duplex, prima eſt in oſſe integro, tum morbus hæret in peridonteo id eſt perioſteo dentium, quod eſt perfectum perioſteum, vaſculis tenuiſſimis conſtans, tum dolor atrociſſimus oritur, licet cœterum corpus benè valeat, tum tandem fit dentis caries, dens vacillat & per fruſtula exidit. Secunda ſpecies Odontalgiæ fit uno momento, tum oſſis caries nervum nudum afficit, & hæc ſpecies increudeſcit, ſi æger aliquid dulce, vel nimis frigidum, vel calidum in ore ſumat, ſic quoque idem in reliquis oſſibus obtinet; hinc ergo cum audiamus ægrum conquerentem v. g. de dolore fixo profundoque ad humeros, & ſimul febricula adſit, tum ſemper cogitare debemus de perioſteo vel oſſe affecto. In hominibus Lue Venerea, Rachitide & Scorbuto laborantibus hoc obtinet, nempe paulo poſtquam in lecto ſunt, maximè dolent, dein ſurgunt, ſed ſi iterum lectum petant, hoc malum lecti tepore recrudeſcit. Si externè oriatur dolor ingens, fixus, obtuſus, profundus ad tactum

 auctus,

auctus, vel acutus ſignum eſt perioſteum eſſe affectum, in ſumma Podagra facile cognoſcitur, quia corpora prius per Podagram emaciata ſunt.

3. Exitus hujus mali ſolus bonus eſt reſolutio, nam hic nec ſuppuratio nec gangræna fieri poteſt, & ſi reſolutio non fiat, tum tandem totum os conſumitur, nam repit à perioſteo externo ad diploën, à diploë ad perioſteum internum.

4. *Curatur ut inflammatio.* Nam ſi in intercoſtalibus muſculis inflammatio ſit, quantum Medici non faciunt ad avertendam ſuppurationem & gangrænam, ſed hoc rarò hic obſervatur, ſic etiam hic eadem remedia conveniunt, eademque ac in inflammatione ſunt indicationes, nempe 1. ut materia inflammans ſolvatur, 2. ut impetus urgens minuatur, 3. ut vas laxetur. Primæ indicationi ſatisfacimus, α. Venæ Sectione, β. diluendo per nitrum, ſal aquam & ſaponaceos ſuccos, γ. ad locum applicando fomenta, ut pars mollis & laxa ſervetur, δ per Diætam tenuem; ſic quoque in Odontalgiâ Venæ Sectio inſtituatur, dentur diluentia fomentis ori applicatis, tenuiſque præſcribatur victus, ſic ſæpe conſervatur, ſi id fiat in initio Odontalgiæ.

Avertatur. Vetus Medicina incubuit, ut inveniret remedia, quæ à loco ad locum materiam & motum derivent, ſic ſi quis dolore ad brachium v. g. ad animi deliquium uſque laboret, tum Venæ Sectione locus eſt debilitandus, externè laxandus & macerandus, ut impetus ad loca exteriora derivetur, ſi verò obſtinata ſit inflammatio & non cedat, tum Chirurgus debet inciſionem facere, ſed hic labor, hic opus eſt, Chirurgus quidem poteſt per membranam

cellu-

cellulosam facile ſecare, ſed ulterius vix audet, nam hic requirit primo cognitio decurſus magnorum vaſorum & nervorum, ſecundo decurſus muſculorum & inſertionis, quod ultimum in vivo facile invenitur, ſi modo ægro jubeatur, ut edat actionem illi muſculo propriam, tum ibi, ubi muſculus deſinit, oritur eminentia, & in toto decurſu tenſio, tum hic locus eſt vitandus, verum decurſus vaſorum & nervorum ex *Veſalio* & imprimis *Euſtachio* intelligitur, plures hic vobis commendare non poſſum, ſed cum ſæpe natura ludat incurſum nervorum & arteriarum, hinc primo per cutim una cum membrana adipoſa ſectio fiat, & tum abluatur, & hac ratione ulcus apertum relinquatur per unum diem, nam ab inciſione integumentorum nullus metus hæmorrhagiæ eſt, nec à ſciſſione nervi, tum verò ſecundo die videri poteſt, an etiam nervi vel vaſa magna ibi locentur, & ſi non inveniantur, tum ſectio fiat ad os uſque & ſic perioſteum abſtergeri poteſt. Si ſimplex ſit inflammatio, Miſſio Sanguinis eſt optima, ſed in Rachitide, lue Venerea, & Scorbuto non convenit; tum commendatiſſima ſunt decocta dictorum lignorum, ut Guajaci, trium Santalorum, Saſſafras, Bardanæ pro pauperibus, pro ditioribus Chinæ & Salzaparillæ; ſi ſimul applicentur fomenta, ſed ſi ſimul Lues Venerea adſit, tum ſalivatio per mercurium eſt anceps remedium, nam aliquando curatur, aliquando non & relinquitur tumor; melius conducunt ſuperius dicta, nam à mercurio glandulæ quidem purgantur, ſed vix inde interiora oſſium.

§. 535. Si ſuppurationem arcere non poſſimus, curabo ut cauſa ſuppurationem faciens,

& hanc extrorſum determinabo, aliter abradet plus perioſtei fibras ab oſſe ſubjecto, ſic oritur major caries; hinc optimi Chirurgi unica inciſione penetrant ad ipſum os, etiam dum violenta eſt inflammatio, ſcopus eſt ut materia ſuppurari incipiens extravertatur. Notum eſt in digito ſæpe oriri dolorem intolerabilem in uno puncto, pars tumet, calet, dolet, & ardet, Chirurgus advertens ſine causâ manifeſtâ ſubitam videt inflammationem, licet externè nullam inflammationem appareat, Chirurgus ſcit ibi os nudum eſſe, pulpam multam non carnem vel muſculos, hinc adeo intumeſcit, Chirurgus hæc videns putabit eſſe Paronychiam, applicabit emollientiſſima Emplaſtra, ſi per dimidiam horam vel totam ad ſummum non tollatur dolor, inciſionem faciet uſque ad os, ubi dolor eſt, addit ſpiritus vini cum Maſtiche, Olibano, & ſic nervi puncturam tollitur. Si id non fiat, totum os carioſum excidit, niſi prius æger moriatur præ ſummo dolore.

1. Dolor violentus, calidus, profundus, ad levem tactum acutus oritur.

2. Ingens pulſatio, febris, quæ facillimè noſcuntur, ſed quid eſt *horripulatio*? Si cui inflammata vaſa rumpantur, tum ſemper fit horripulatio (belgicè *huivering* gallicè *friſons*) hoc fit, quia ſi una pars rumpatur, tum vaſa laxantur, hæc quoque fit, ſi aditus ex arteriâ in venam laxetur, à quacunque causâ ſit, ſicque homines utcunque ſani accipiunt hunc motum, nam hac ratione fit frigus & concuſſio per artus, unde horremus, ſi ergo jam hæc omnia adſint, & horripulatio ſequatur, tum ſcimus ſuppurationem fieri.

3. *Abſentia* id eſt ſi dolor bonis ſignis abſit, ſi gravitas in parte & tumor.

§. 536 Tum pars ſuppuratur, hinc tum exeditur perioſteum & oritur oſſis macula, & hæc oſſis pars peribit & gangræna fiet, id eſt quando pars non recipit nec humores dimittit, ſi tum perioſteum conſumptum ſit, tum ulcera & fiſtulæ poſtea fiunt, & tamen ſuppuratio fieri nequit, quia exitus non datur, ſuppuratione facta ſcitur, ſi gravitas & pondus in loco ſentiatur locus parum diſtendatur, & dolor ferè ceſſet, tum ſuppuratio perioſtei facta eſt, id eſt conſumptio vaſorum in os pergentium & ex oſſe egredientium, hinc os nudatur id eſt ſuis vaſis privatur. Fluctuatio in loco externo docet abſceſſum, at in profundo perioſteo difficillimè hoc cognoſci poteſt, niſi ſigna inflammationis antea adfuerunt; hinc optimi Chirurgi ſæpe non advertunt ſigna abſceſſus, niſi ubi materia maxime corrodens vicina erumpere tentat, unde ſcimus diuturna interna mala maximè orta eſſe ab inflammatione perioſtei.

§. 537. Hic morbus dependet à Lue Venerea, Scorbuto peſſimo, vel horum miſcela Rachitide.

Corrumpet. Quia pus attinget oſſis lamellas.

§. 538. *Ilico.* Novi enim homines inde mortuos.

Aperiendus. Nam profundè ut ad os & perioſteum acceſſus detur, ſi verò os videamus carioſum, tum inſtrumento ferreo inſtar cunei quo ad formam perfodiatur, & inſpergatur gummi Sarcocolla Therebinthina cocta vel Maſtiche, Olibanum, vel Elemi ad ignem inſpiſſati, tum parva fiet exfoliatio, & perioſteum citiſſimè à natura recreſcit. Quando pus juxta

has decurrens perioſteum ſecedit ad articulos, tum ibi horrendæ fiunt inflammationes, ſed ſi bonâ fortunâ pus decurrat inter muſculos, & in quadam parte faciat abſceſſum, tum hoc depurato æger curari poteſt, ſed tamen in abſceſſu apertura facta non tam facile curari poterit abſceſſus, nam illud pus hæret in gyris & ſinibus celluloſæ membranæ ſuper perioſteum, hinc Chirurgus aperit in uno loco, non tamen per hunc aditum pus extrahere poteſt, qui hinc inde in gyris latitat. Contingit aliquando puellam pulcherrimam ludendo in plateâ ad os femoris ad acetabulum ſenſiſſe dolorem maximum perſtantem, puella miſerrimè claudicans à Medicis, Chirurgis optimis & me ipſo examinatur, os bonum fuit inventum, ſed tumor triplo major erat, quam naturalis, omnes concludunt eſſe ingentem puris collectionem ſeu abſceſſum, ſed undulationis vel fluctuationis ſigna aderant; Chirurgus lanceola incidit ad os uſque, nil invenit, nec exiit niſi humor paucus, ſed hac apertione tunc aliquid facilioris greſſus conciliatus fuit illi loco; hinc abſceſſus eſt aperiendus, licet quid dubii ſubſit cavendo nervos, venas, ac arterias, hinc aliqua prudentia opus eſt, dum ſcalpellum adigitur, quia omnes venæ & arteriæ non ejuſdem loci ſunt; ergo prudentes Chirurgi nunquam ſibi ſoli hoc ſumant. Dein os purum redditu plumaceolo ad fundum craſſo & ſicco, quod ſequenti die affluxu humorum ita extenditur ut vulnus dilatet, tum oſſi nudato inſpergitu pulvis Euphorbii, qui carni non nocet & o optime curat, dein pulvis aliquis Catagmaticu ex Mirrha, Benzoë, Thure, Maſtiche &c. ſi

os optime concreſcit, poſtquam denudatum & depuratum eſt.

§. 539. 1. Si tumor, ardor, magnus, rubedo ingens, dolor ſummus, febris magna adſint, ſigna ſunt inflammationis violentæ, quo hæc ſymptomata majora ſunt, eò pejor morbus.

2. Id eſt ſi pars frigida & livida ſit, vel omnis dolor ab illa parte paulo evaneſcat ſine ullo bono ſigno.

3. Supra perioſteum incumbunt tendines, vagina muſculi, adeps, cutis, jam ſi caries ſit profunda, omnia ſuppoſita tument, quia à gangrænoſo & carioſo oſſe omnia teterrima exhalantia inflammationem faciunt, & vicina corrompunt. Per gangrænam hic intelligitur, ſi perioſteum & ejus vaſa ſic ſint deſtructa, ut nullam habeant communicationem cum ſucco vitali influente & redeunte.

§. 540. Tum fit ferè ſphacelus.

§. 541. Nil in os à nervis adfertur, tum marceſcit, & quod in oſſe quieſcit, fiet acre, putridum & corroſivum, tunc cadit os inſtar cinerum vel quaſi eſſet in cineratione combuſtum aut putrefactum; omnis humor noſtri corporis ſtagnans vi caloris fit acerrimus & corroſivus, ut patet in duriſſimis oſſibus dentium, ubi perioſteum, quod maxillam in alviis obvelat, inflammatur, unde Odontalgia oritur. Os carioſum fit friabile, ſi humore acri ſtagnante factum ſit, tunc contagio creſcit, confirmant id Malpighiana & Haverſiana obſervata, lamellæ formant cava, intermediæ ſunt ſeries vaſculorum, ſi gangræna vel caries conſumpſerit unam lamellam, tum hæret in lamella ſecunda à perioſteo, hac ratione caries ſerpit

quo ad profunditatem, ſi ſerpat inſinuatione ad longitudinem, fit exfoliatio, prior dicitur deſquammatio.

§. 542. Hic verò ægro eſt proponendum, an malit mori præ doloribus cruciatibuſque acerrimis, an verò malit partem incidi, ſi concedat, tum ſuperiora viva incidantur, & 1. nudatio fiat, 2. mundatio, 3. applicetur Emplaſtrum, & fiat injectum ex decocto Camphoræ, Mirrhæ, Aloës, Alliariæ, Croci cum Sale Ammoniaco, hacque ratione intra viginti quatuor horas fiat ſeparatio marginis. Tum verò humida non ita magis requiruntur, ſed tum inſpergatur pulvis ex Olibano cum Aloë & Succino, tum plumbum ſiccum imponatur; quomodo verò fit oſſis ſeparatio? Veterum Methodus erat per cauſtica vel per cauſticum actuale id eſt ferrum candens, verum hoc in oſſe fieri non poteſt; hinc ſeparatio fiat Methodo *Belloſte* perforando hinc inde non admodum profundè per ferrum, & tum vaſa viva protuberant, ſi verò nulla vaſa viva ſint, tum os ſphacelo eſt affectum. Si perioſteum gangrænoſum ſit, locus ad os uſque eſt incidendus, nullum enim aliud remedium datur, ut gangrænoſus ichor putrefactus acer exire poſſit, tunc addenda ſunt mundificantia ut ex Aloë, Myrrha, Galbano, Sarcocolla, ſimilibus cum Vitello ovi, Therebinthina, ac parum mellis admiſto optimum fit mundificans & deterſivum. Si parum colorem mutaverit, inſpergatur parum ſuccum Euphorbii, ſi multum, pulvis Catagmaticus ex Maſtiche & Similibus, donec ex oſſe emergeant apices vel papillæ rubræ. Si perioſteum internum inflammetur, habet cauſas & effectus eoſdem, quo ad os internum vel abi-

bit

bit in reſolutionem, vel ſuppurationem, vel gangrænam vel ſphacelum æque ac in oſſe exteriori; unum tantum eſt diſcrimen, quod materia non exhalare poſſit, hinc prius corrumpitur, antequam quid externè appareat; talia exempla ſunt apud *Hildanum* & *Ruyſchium*. An verò hoc ad *Paronychiam* Veterum, vel *panaricium* referri non poteſt? Difficillimè eſt dictu, nam nemo ſcripſit quid ſit paronychia, ſed hic morbus imprimis oritur ad primum articulum digiti vel pollicis, ad manus imprimis & pedes quoque, quandoque oritur circa radicem unguis vel ad latera vel ad anteriora, in digiti pulpa paulo ſupra inſertionem tendinis flexoris. Dicitur græcis *νοσȣ̃ ὐπαρὰ ὀνιχὸς* id eſt *morbus circa ungues*, ubi ille morbus primo fit, oritur ilico intolerabilis dolor, qui nullo dolori eſt comparandus, ita ut ipſum cerebrum afficiat, ſi per duas horas ſic duret, tum purpureæ maculæ oriuntur, totumque os carie afficitur, ſi in pollice, tum ſe uſque ad dimidiam partem radii extendit, ſi in uno ex digitis, tum ad humerum uſque, inde patet malum hærere in expanſione membranæ muſculoſæ, nam muſculi digitorum uſque ad Olecranon pergunt, & dein muſculus Biceps & Deltoidis dant membranam ſe expandentem ſupra omnes muſculos, hinc tum malum huc uſque proſerpit, ſed pollicis muſculi ad dimidium radii inſeruntur, & hi quoque non in armillam hærent ad Metacarpum, ſed propriam habent, hoc *Duverney* invenit, *eſt ergo Paronychia inflammatio acutiſſima hærens in expanſione membranaceâ muſculorum, quæ ſupra tenditur muſculis, & tandem ad digiti finem pergit ſupra inſertionem tendinum.* Inflammatio, ubi ſupra tendinem

 oritur,

oritur, ibi manet, & hæc membrana videtur multo tenſior, hinc dolor acutiſſimus oritur, quæ inflammatio intra paucum tempus fit, uti ad dentes, qui morbus non eſt perioſtei, ſed hujus membranæ. Sed cur hic tantummodo obſervatur? quia hæc membrana ibi loci eſt tenſiſſima, hinc ſi paulo major ſit tenſio, vel tumor adſit, tum ille dolor diu perdurans hujus membranæ inflammationem facit, hic præterea nullus muſculus nulla pinguedo ponitur, ſed modo perioſteum, & quia hæc membrana eſt tenuiſſima, ſi ibi extenſio oriatur, tum perioſteum comprimitur. Cur hic dolor in toto corpore ſimilis non invenitur? Quia nervi in magnâ copiâ colliguntur. Cur hic non fit bona ſuppuratio ſed ſemper gangræna? Hoc fieri videtur, quia vaſa nimis ſubtilia tumeſcunt in ſeipſum, hinc ſubſtantia non extrorſum vertitur. Hic morbus æquè facilè ac alius oſſis morbus vel inflammatio curatur, ſi modo illa tenſiſſima membrana laxa reddatur, hinc tum Venæ Sectione inſtituta Emollientia applicentur ex farinoſis avena ſecali coctis, in lacte cum oleo olivarum, ſi verò hæc intra quatuor horas nil juvent, tum incidatur uno momento in medio, non ad perioſteum uſque, ſed tamen eo uſque, ut pars extendi poſſit, & tum poſtea eadem emollientia applicentur, ſi hoc non fiat, caries oritur intra paucum tempus, quia nullibi ſunt plures nervi quam in hac parte, & perioſteum hic eſt tenſiſſimum, hinc ſi ibi oriatur inflammatio, tum os nimis compreſſum carioſum redditur.

§. 542. Nunc huc uſque vidimus, quid oſſi accidere poſſit à perioſteo externo læſo, & quomodo os inde afficiatur, rarò enim os videtur affici

ffici ex proprio malo, ſed fere ſemper à pe-
oſteo externo vel interno vel medullâ ejuſque
nembranâ; quomodo verò os afficiatur à pe-
ioſteo externo vidimus, ſimulque fieri dixi de
norbo extremos articulos digitorum occupante
panaricio ſeu paronychia dicta & rationem
dedi, cur hic tam mira ſequantur ſymptoma-
a.

§. 543. *Perioſteum internum* id eſt illa membrana, quæ oſſis concavam partem tegit, quæ pars hæret inter membranam medullæ & concavam oſſis ſuperficiem; cur verò rariſſimè hic inflammatio contingat? 1. quia hic vaſa & humores ſunt tenerrimi, 2. quia hic motus adeſt parvus, 3. quia frigus externum non accedit, aliter quoque ac alia corporis pars inflammari poſſet, hinc ibi raro fit inflammatio niſi in Lue Venerea, Rachitide, & Scorbuto peſſimo.

Quo ad os internum. Ubicunque ſanguis ſtagnat in arteriâ motus & propulſio continuatur, & ibi quoque fit idem effectus nempe inflammatio, in quocunque demum ſit loco.

Exitus. Inflammationis exitus eſt reſolutio, ſuppuratio, gangræna, ſphacelus, & ſcirrhus, hi ſunt effectus inflammationem ſequentes. Scirrhus verò hic fieri nequit, quia non eſt locus glanduloſus. Sphacelus fieri non poteſt, quia interiora lædit, nec quoque ſuppuratio, quia pinguedo non mutatur in pus ſed in rancidum liquorem; cæterum hic morbus cum inflammatione convenit, imo ſuppuratio fieri nequit niſi in vaſis liberis, nec quoque in loco clauſo, tum enim non fit pus ſed ichor.

Ob denegatam. Materies hic mutata fit putrida & acris, quia exhalatio impeditur, ſinus

ſeu

ſeu fiſtula, in qua ſe explicat, aperiri nequit & quia hic hæret in loco calido, inde hac ratione degenerat, cum verò liquor ſic degeneratus exire nequeat, non aliter fieri poteſt, quin ſimul medulla afficiatur, nam hæc oſſis membrana vix attrectatur, quin ſtatim diffluat, niſi arte præparetur, hinc tum totus effectus cadit in medullam ſubjectam.

Unde Medulla facillime putredine afficitur, uti ſæpe videmus in boum medullâ in menſâ, illa enim medulla ſemel putrefacta non redit in naturam ſuam blandam, nam difficillimè oleum quodvis rancidum iterum corrigi poteſt, imo nil horridius eſt quam oleum putrefactum, unde Auctores de Peſte dixerunt, nil magis hunc morbum propagari, quam olea pinguia, nos enim carnem ferre poſſumus, non verò oleum, nam qui oleum putridæ medullæ comedit, ille vix toto die ſibi ſaporem ex ore detergebit, hinc patet, quanta mala inde oriri poſſint.

Totum inde os. Os habet vaſa perioſtei interni & externi, ſi omnia vaſa ab oſſe ablata vel putrefacta ſint, quod idem eſt, tum oſſis gluten perit, nam os aliter materia conſtantiſſime, & vix calcinabile conſtat, illa verò conſtans materia eſt gluten, quod eſt oleum, quod nulla ignis vi ſine apertâ flammâ diuturnâ ab oſſe ſeparari non poteſt, ſi ergo illud oleum deficiat, tum fit caries, & totum os in carioſa fragmenta reſolvitur.

§ 544. Ponatur os fæmoris lædi primo medulla intacta, ſed perioſteum internum inflammari & ſuppurari, pus autem non poteſt tranſire per os, nec quieſcit, ſed calet, movetur, corrodit vicina, tum totum os coërcebit humorem

morem peſſimum corroſivum. Si medulla prius ſit corrupta, tum primò os non læditur, quin prius perioſteum internum læſum ſit, ſed perioſteum internum inde afficitur, hinc idem erit effectus, cum nulla ſit differentia niſi temporis mora.

Vix. Si morbus eo uſque perveniat, ut tota medulla converſa ſit in ichorem rancidum, tum nulla ſpes curæ, nam inde fit oſſis caries, quæ eſt quaſi gangræna oſſis, nam gangræna eſt vaſorum advehentium & revehentium ineptitudo ad munus exercendum id eſt ut nil advehant nec revehant, hinc ad hunc morbum curandum, tum nova vaſa eſſent creanda, ergo cura eſt impoſſibilis, licet multi Chemici jactent ſe hoc præſtare poſſe, cum *Paracelſus in ſua Chirurgia majori* dicat, nullum medicamentum poſſe vaſa perdita integrè facere recreſcere, cum verò ille ſic loquitur, qui aliter ſat magnus jactator fuit, multo minus hodierni Medici id præſtare poſſe puto. Lues Venerea non mihi videtur hærere in ſolo pingui, non ergo in ſanguine nec in ſero.

§ 545. *Signa.* Si Auctores conſulamus, vix aliquid invenimus, ſed ex his phænomenis diagnoſin formare poſſumus, curabile verò cognoſcitur id malum, ſi adhuc conſiſtat in inflammatione, tum enim adhuc vaſa ſunt integra, & humores non valde corrupti, ſed jam quæro, unde cognoſcatur, quod inflammatio perioſtei interni adſit? 1. Si febris continuata ſemperque eadem ratione perdurans adſit, nec interim ſit intermittens, nec quotidiana, nec tertiana, nec quartana geminata, nec febris hectica, tum Medicus concludit in hoc ægro adeſſe diatheſin inflammatoriam. 2. Si ergo

go talis febris adſit, nec tamen inflammatio externè appareat, tum Medicus dicit, hcc eſt ſignum inflammationis, externè enim non video, hinc internè eſſe debet. 3. Si æger dicat os mihi profundè dolet, quaſi diſſiliret, ſi tum ruditer tractando dolor augeatur, tum os internè eſſe affectum noſcitur, & ſi talis febris accedat, tum notio eſt eo certior.

Nulli remedio nec Embrocho nec fomentis cedens, ſi verò Podagra vel Rheumatiſmus eſſet, tum parum remitteret.

4. Si verò æger tum ſimul dicat, in lecto vel à motu muſculari dolor augetur, tum hoc eſt ſignum, quod pars profundius agitetur, & quod ibi inflammatio adſit, ſi tum ſimul nec Emplaſtris nec Unguentis aliquid proficiamus tum certi ſumus (cum nulli in oſſa adſint nervi) inſtammationem adeſſe, ſi verò illa pars non reſolvi poſſit, tum omnia mala carioſi oſſis & corruptæ medullæ fiunt.

§. 546. Hic autem nil plus facere poſſumus quam natura vel ars admittit, cum Medicus ſit tantum naturæ miniſter, hinc nil facere poteſt quam impedimenta curationis tollere. Ergo generalia ſuperſunt agenda, ſi talis oritur dolor deſcriptus in oſſium cavis, tum curamus ut Pleuritidem, ſi dicas id ſolum non ſufficere, non nego, ſed forte ſufficeret, ſi juxta generalia inflammationis curæ facio id quod poſſum Medico tamen ad hunc morbum maximè eſt attendendum, cum inflammatio hic potius ſit chronica quam acuta, ut homini hydrope laboranti accidit (quamvis hydrops prorſus ab inflammatione abſit) tunc non audemus mittere ſanguinem, id enim eſſet occidere ægrum, quia illud pauxillum boni ſanguinis, quod ad vitam

tam ſupereſt, tolleretur. Si à magno curſu olor ad tibias ſummus & febris oriantur, & ger ad preſſionem de doloris augmento conqueratur, nullo apparente tumore, ſed ſi moveatur, ſentit dolorem augeri, concludo morum in interioribus oſſium hærere, tum diluo anguinem, inſtituo Venæ Sectionem, tum cria irritantia demulcenda ſunt per medicamenta anodyna, oportet locum affectum in uis vicinis maximè laxare per fomenta aquoſa arinoſa, & ſane cura in Odontalgia quam opſimè hiſce modis ſuccedit, poſtea antiphlogiſicis adhibitis dolor & febris minuuntur, ſed ion integrè tolluntur, tum non amplius metuiur inflammatio, tum dabo decocta Chinæ Salaparillæ, Bardanæ, Scorſoneræ, Radicum Graminis, Tragopogonis quinque aperientium, tum ſudorem provocabo ſub craticulâ ope piritu vini, diæta ſit tenuis ex pane biſcocto ide § 529. Spina ventoſa quæ his ſignis obſeratur, ſi adhuc ſit in ſtatu inflammationis hac nethodo tolli poſſe videtur, hæc cura appareat rudelis, ſed alia methodo nil præſtare poſſunus; hæc cura inſervit ad ſuppurationem præavendam.

§. 547. Si nempe perioſteum internum labeactatum ſit & medulla in ichorem converſa, um quæſo quid remedii genus, forſan putes s perterebrari poſſe & ſic materiam educi, id uidem fieri poteſt, ſed tunc tamen os perioſeo nudatur, hinc eadem mala regenerabuntur, tamen oſſis caries quoque manet, tum nil gendum niſi exſtirpatio, ſi operatio inſtitui oſſit vide Caput de Sphacelo; ſi verò nobis dhuc aliquid promittere poſſimus, id erit à Decocto Guajaci, Buxi, Saſſafras, Santali rubri,

bri, citrini vel albi cum ſudatione in ciſtel
cum ſpiritu vini vel ſub craticula, ut hac ra
tione quaſi febris oriatur, & omnia ſudand
moveantur. Mercurius ſæpe adhibetur, qui i
glandulis quidem morbos curat, at difficillim
in oſſibus, quò enim plus ſalivæ educitur, e
craſſiora ad partem remanent, & vidi ſempe
quando malum in interioribus oſſis erat, mer
curium magis obfuiſſe quam profuiſſe, no
verò in externo perioſteo.

§. 548. Hic miſeram tragædiam propono
cujus cataſtrophe eſt exſtirpatio vel mors ægri.

A tumore. Hinc dolor fit acerbiſſimus, tal
dolor ſæpe oritur in hominibus Lue Venere
laborantibus, ſic ut adfuerim hominibus ben
menti compotibus, qui præcabantur, ut mod
caput pertunderetur ad mortem accelerandam
& ſic à doloribus liberarentur, hic enim dolo
eſt ſtrictè permanens & dilacerans.

Ab Acri. Si exhalationes putridæ accedan
ad perioſteum externum, tum eroſio fit, & di
ta ſymptomata geminantur.

Incumbentia. Tum omnes muſculi omnia
que integumenta fiunt fungoſa & replentur ma
teriâ non exhalante turpi & fœtida.

Lento contagio. Quia vaſa ſunt parva & mo
tus lentus.

Membrum perit. Nam acris ichor hic coll
gitur, qui ſe non manifeſtat, niſi ipſi via par
tur, vel ſibi viam paret, & ſi ipſe ichor ho
faciat, tum omnia jam ſunt corrupta, qu
perioſteum externum jam corroſum & corru
tum eſt, hocque inficit panniculum adipoſu
incumbentem, ergo muſculi modo in medi
hærent non affecti, hinc ſphacelus dici nequi
tum exſtirpatio fieri non poſſit, ægri moriun
tu

ır, hoc verò malum jam deſcriptum oritur à
ıedulla vel perioſteo interno malè affecto.
kæc putredo vocatur ranceſcentia, quæ nulla
ɔca plus infeſtat quam oſſa. Si os à putrefac-
one extendatur, tum fibræ perioſtei interni
iſtenduntur, unde fit dolor horrendus, quaſi
enſim dilaceretur fibra poſt fibram, tum pars
naximè eſt ſpongioſa ichoroſa, ſemis rigida &
laccida, donec cadat; hæc etiam ab odontal-
ıia accidunt.

§. 549. *Lues Venerea.* Quantum videre po-
ui, videtur mihi venenum venereum ſe nulli
ei magis permiſceri quam pinguedini ſeu in
celluloſa membrana *Ruyſchii* ſeu adipoſa Vete-
rum ſeu muſculoſa, ſeu in pinguedine oſſium,
& puto ſemper radicari in pinguedine, hinc
ıuic quæſito reſpondetur, ubi quæritur, quare
oſſa tam fæda afficiantur in Lue Venerea?
Notum enim eſt, hunc morbum in pinguedine
radicari, & glandulas quatenus pingues & pan-
niculum adipoſum affici, hinc per pinguedinem
palati & narium diſſeminatur, oſſaque afficit,
quia plena ſunt pinguedine, unde non mirum
eſt, quod oſſa hac ratione afficiantur, hoc ve-
rò probatur, quia ægri, qui curantur à Lue
Venerea ſic debeant macileſcere, ut nil pingue-
dinis ſuperſit, aliter recrudeſcit malum, hinc
hæc cura per ſalivationem vel decoctum ligno-
rum exſiccans peragitur. An non in Podagra ſi-
mile quid obtineat, nam ibi vidi oſſa etiam ca-
rioſa decidiſſe? Nam ibi à ligamentis & perioſ-
teo externo affecto caries fit. Quoties Lues
Venerea occupat oſſa à parte perioſtei externi,
tum curari poteſt per mercurium, ſed quando
hæc affecit medullam, tum tota oſſis moles
deſtruitur, & curari non poteſt per mercurium,
nam

nam per mercurium nil proficitur, per ſud(
rem tantum agi poteſt, quando materies e
mutabilis, ſed hic non eſt mutabilis.

Scorbutica. Plures ſumunt hanc Diatheſin
tanquam à Lue Venerea veniret, verum cu
ſcorbutum poteſt peſſima mala facere ad den
tes, quidni ad alia oſſa, in hoc morbo ging
væ gangræneſcunt, denteſque fiunt carioſi, le
gatis quæſo hoc *journal* de his tribus homin
bus, qui in Groenlandia in *Spitzbergen* hiber
nare voluerunt, ubi ultimus ſcripſit, quomo
do ſint mortui cum dolore ad omnia oſſa, er
go ſcorbuto, & ille ſcribit, ego jam ſenti
me quoque mox moriturum, & quoque mor
tuus eſt, ille vocabatur *Joris van Spitzbergen*
hinc ſcorbutum non impropriè nonnullis Bel
garum dicitur *Scheurbot.*

Rachitica. In vera Rachitide omnia oſſa tu
meſcunt, & omnes dentes nigreſcunt, & ma
le afficiuntur; in hoc morbo oſſa in cariem a
beunt, ſi diu duret, ſed tamen ſæpe ſanantur
ſi verò oſſa in Lue Venerea carioſa fiant, peſ
ſimus eſt morbus, in ſcorbuto verò caries no
eſt tam frequens niſi ad dentes & os femoris
à Rachitide omnia oſſa afficiuntur, hinc cum
hi morbi veteribus vix noti fuerint, hinc carie
tum non videtur adeo frequens fuiſſe, nan
Hippocrates quidem dicit πὲρι κεφαλισμῦ tantun
quaſi ſideratio foret ab extremis cauſis, ſic etian
Celſus de ſubitanea ſideratione ſcribit, ſed
contagio in his ſuſcepto hoc malum producen
te apud Veteres nulla fit mentio.

Gumma. Hæc vox in Noſocomiis Italis pr
mo eſt inventa, *eſt tumor ortus circa os vel pe
rioſteum, tenax, non planè durus, ſed tanquam
gummi, digito cedens, figuram impreſſam rec
piens*

tiens, *fixus hærens ad os*, qui oritur, ſi membranæ perioſtei in ſuis ſtratis, & vaſis incipiant infarciri humore lento, qui ire tamen & redire nequit; *hinc eſt tumor præternaturalis à lamellis oſſeis ab invicem diſcedentibus ob inflammationem vaſorum inter lamellas poſitorum*, *qui tumor in oſſe extrorſum delatus cum dolore ſatis magno & tenacitate adhuc facile cedente.* Tunc lamellæ adſcenderunt & hac ratione hunc tumorem fecerunt.

Tophus. Itidem vox Noſocomiorum, vocatur *tumor circa oſſa mollis quidem*, *ſed ſic ut cornua vituli vel roſtra avium primo emergentia referat*, oritur, ſi lamellæ oſſis & perioſtei referat externi infarctæ duriores fiant, eſt ulterior quam gumma.

Nodus eſt major gradus quam Tophus ejuſdem naturæ ſed durior.

Exoſtoſes ſunt duplices vel lamellarum ipſarum oſſearum vel aliquando omnes lamellæ exeſæ ſunt, & ſolæ lamellæ tenues factæ ſunt extrorſum elevatæ. Exoſtoſis eſt, ſi tumor durus in ſubſtantiâ os deformet, & tam durus ſit, ut quaſi ipſum eſſet os, in theſauro Raviano videbitis Exoſtoſin à lamella oſſea elevata cum ſucco duro quaſi oſſeo inſperſo.

Abſceſſus eſt, ſi partes oſſis celluloſæ vel membranacea vaſa ſuppurari incipiant, cellulæ rumpuntur, & os abſcedit; hoc eſt, quod vocat *Hippocrates* ἀποςατεῖν; hic abſceſſus dicitur fieri circa molles oſſis partes ad juncturas, abſceſſus in oſſe triplici modo fieri poteſt, 1. quatenus Epiphiſis adnato oſſi ab oſſe recedit, ut ſi trochanteres femoris ab oſſe femoris recedant. 1. In lamellas, ubi latiores diſceſſus ſubſtantiæ oſſeæ ad articulum. 3. In oſſea ſubſtantia

ſtantia vel inter lamellas vel maximè diploë:
nam abſceſſus nil aliud eſt, quam quid vaſ
obſtructa & inflammata faciant ſeparationem
ergo abſceſſus in oſſe eſt exfoliatio.

Caries. Si os careat nutrimento & glutin
id eſt ſi perioſteum internum & externum con
ſumptum ſit.

Spina ventoſa eſt caries à labefactato oſſe a
interno perioſteo vel medulla corrupta.

§. 550. Naturalis color oſſis eſt ſubcæru
leus, candidus, eodem modo, ut ſanguis ru
ber per venam & cutim albam externe non ru
brum colorem dat, vel ſubcæruleum, ſic etian
oſſa per ſe alba à ſtratis vaſorum pellucentibu
fiunt ſubcæruleæ; hoc quoque videmus in ſce
leto ad demonſtrationes anatomicas præparato
cujus oſſa à pinguedine non ſat orbata, ſic ii
dem colores uſque ad nigram percurrunt, hin
naturalis color eſt ſubcæruleus, ut apparet i
tunica adnata oculi, qui oritur à multitudin
vaſorum perioſtei oſſis, color albus deſigna
inflammationem & vaſorum compreſſionem
flavus putredinem, cinereus, gangrænam, li
vidus & niger ſphacelum.

In album pinguem. Ac ſi eſſet lardum, tun
vaſa contuſa & perdita ſunt, ſicque porro ma
lum augetur, pro ut colores ponuntur. Colo
naturalis dentium non eſt candidus, ſed ſub
cæruleſcens, ſi verò dens malè ſe habeat, tun
1. fiet albus, dein flavus, tum cineriteus, ni
greſcens, & tum cadet, ſi enim quis velit red
dere dentes candidos, tum vulgo ſumit vitrio
lum & ſpiritum nitri, & ita deſtruens omnia vaſ
cula reddit dentes albos ſed facilè caducos.

§. 551. Sic ſi quis acida acerba edat, tun
dentes dicuntur longiores fieri & re verâ fiunt
nan

nam ſic partes oſſeæ leviſſimè ab invicem ſecedunt, hacque ratione dentes obſtupeſcunt, ut dicere ſolemus, nam acida oſſibus inimica ſunt, ſic videntur horum oſſa inſtar ceræ mollia eſſe facta à ſimili cauſa, ut *Pariſiis*, *Lugduni in Galliis*, & *Amſtelodami* exemplum habuimus.

Inæquale. Quia vaſa attolluntur, & hinc lamellæ non æqualiter elevantur.

Spongioſum? Quia vaſculis caret humoribus replentibus & lamellæ ſecedunt.

Friabile. Omne os violentiſſimum ignem ſuſtinet, antequam redigitur in pulverem ſeu terram, ſed ſi nulla aqua nec oleum magis adhæreat, tum ilico cadit, ſi attingatur: verum ſi tum iterum in aquam vel oleum immittatur, tum os denuo dureſcit, hinc os privatum oleo & aqua carioſum fit.

§. 552. Nam ut *Hippocrates* jubet ſapores uti & odores ſunt diſtinguendi: ſi peritis Chirurgis rogetur, an ulcus ſit cum mala diatheſi, tum ſubolfaciunt Emplaſtrum vel Plumaceolum, ſi tum fætorem percipiant inſtar lardi rancidi, tum dicunt os eſſe affectum quia medulla & lardum eadem rancidıtate afficiuntur; ille fætor eſt ſimilis ac in cavo dente, caries ibi hærens putreſcit; quò plus eſt olei in parte, eò fætor major, hinc in medulla eſt tantus fætor, quia minus eſt ſalis & plurimum olei.

§. 553. Simulac os primæ phalangæ digitorum carie afficitur, tum omnes membranæ tumeſcunt, non inflammantur, ſi incidantur, tum non ſanguinem fundunt nec pus ſed ichorem, hoc fit, quia tendo oſſi annectitur, & celluloſa membrana expanditur, ſi ergo hæc

materia maligna eo pertingat, tum materia in cellulis hærens quoque denegari cogitur.

Labia inverſa non plana nec mollia nec ſubſidentia ſed retorrida, quia omne infernè hærens facit, ut externa magis protuberent, & ſic eructata labia cutis deprimit, hæcque labia à pinguedine fiunt, ut quoque de Cancro notavi, hac quoque ratione gingivæ in dentium carie reflectuntnr, ſimulac ruptura facta eſt.

Sanies clara. Quia materia tantum exit per illa parva vaſa non verò per magna ulcera, talia ſine causâ recrudeſcentia ſemper habent ſedem in pinguedine, cum verò pinguedo ſola ſit ſedes ulcerum, hinc ibi facile fieri poſſunt.

Parvis Squammulis. Quæ ſunt parva oſſis ſecedentis ſtigmata, quæ vaſis ſunt orbata.

Recrudeſcentia ſit v. g. caries dentis, illa etiam propagatur ad alios dentes, hoc verò impeditur dentis carioſi evulſione; vel reddendo dentem mortuum, ut fit per plumaceolum intrudendum ſpiritu vini Camphorati, vel ſpiritu vini cum Euphorbio vel oleis deſtillatis aromatis imbutum, quæ oſſa & vaſa exurunt, Chirurgi ſæpe vulnera per annos curant cum lapide infernali vel ſimili cauſtico, tum cruſta inducitur loco affecto, & ſic quaſi clauditur, verum citò recrudeſcit, hoc enim natura ſic facit, ut ſi materia maligna hæreat vel appellat ad locum, claudi non poſſit.

Rebellio. Chirurgi ſæpe conqueruntur ſe optima detergentia adhibuiſſe ex Aloë, Croco, & Mirrha, & optima abſtergentia de balſamis ut de Copaiva, de Peru, ſed dicunt ſe tamen nil efficere potuiſſe, ſed hoc fit quia ulcus non poteſt deduci ad cicatricem, antequam vulnus

fit

ſit factum, & vulnus quoque eſt, donec heterogeneum abſit.

§. 554. *Cur caries?* Os nutritur à duplici vaſorum genere nempe à perioſteo interno & externo, hinc oſſa diploën habent, ubi hæc vaſa conveniunt, ut antea dixi *Ruyſchium* demonſtraſſe, hinc ſi perioſteum externum ſit affectum, tum ſæpe diploë eſt bona, & ſi tum bona ſeparatio fiat, tum recreſcit perioſteum & ſic curatur.

A lue Venerea. Hoc malum hæret in oleo, hinc ſi quis poſſet ex hoc ſulphure elicere illum ſpiritum incolam, tum morbus ſanatus eſſet, ſed hoc nemo poteſt, niſi omnem pinguedinem ſolvat & educat, tum iterum bonis ſuccis ægrum repleat, ſi verò parum pinguedinis relinquatur, recrudeſcit malum, hinc hæc caries difficillimè curatur, licet *Fernelius* per raſtrum os tibiæ excuſſerit, quod in aliis oſſibus fieri nequit, cum ergo lues ferè ſemper occupet oleum & oleum tenaciter adhæreat, & difficulter abluatur, ſi oſſa afficiantur, tum hæc inflammatio, quatenus pinguia vaſa afficit, eſt peſſima, & dein quoque ad interiora & medullam pergit; Lues Venerea non agit multum in ſanguinem, ſed malum ſemper in illa pinguedine nidulat, videmus enim hos homines æquè bene bibere & edere, ſed tamen totam pinguedinem conſumi, ſed ubi hæc putredo devenit (ut in ſpina ventoſa) ad medullam oſſium, tum ipſa ſalivatio non prodeſt, neque ſudor ſolus niſi Methodo propoſita, quando autem per mercurium funditur tota pinguedo & ſub ſpecie ſalivæ educitur, tum virus venereum una cum pinguedine eliminatur.

A ſpinâ ventoſâ. Hic morbus ſemper ſecum

habet magnam diatheſin, nam rariſſimè oritur, niſi totum corpus prius labefactatum & affectum ſit, medulla enim hic prius afficitur, hacque ratione malum ſenſim proſerpit. De hoc morbo ſcripſit Italus quidam Vir *Joſephus Pandolphus de Spinoſitate Spinæ Ventoſæ morbo graviſſimo.*

§. 555. *Cur in parte ſolidiori?* Quia ibi vaſis pauciſſimis & tenerrimis lamellæ compactiſſimæ ſunt; hinc minimum vitium tenerrima vaſa facilè deſtruit, & ſolida relinquit, hinc ibi exfoliatio à vaſis ſuccumbentibus producenda eſt. Nec tamen putetis ibi nullam vitam nullaque vaſa naturaliter hærere, hoc enim minime verum eſt, nam ſi os tibiæ fractum bene apponatur, & appoſitum retineatur, tum intra decem dies unitum & concretum eſt, non verò firmum, ſed adhuc flexile, poſt quadraginta dies Chirurgus audet dicere inſiſte & ambula, licet os ſit adhuc quodammodo flexile; hinc clarum eſt os in vita habere vaſa, ſed Anatomici dicunt hæc injectione non patere, hoc verum eſt, ſed injectio non procedere poteſt ultra ſecundum vaſorum genus nec ad vaſa lymphatica provenire, nam tum in venam abiret.

In ſpongioſa? Quia ibi plura vaſa pluresque humores & lamellæ oſſeæ ſunt celluloſæ, ita ut integras cameras faciant, hinc ſi os in ſpongioſa quadam parte lædatur, vix ſanari poteſt, quia hic lamellæ ab invicem ſecedunt, & hinc ſi ibi ſemel fiat fiſtula, tum liquores ſemper affunduntur, & vix ad coalitum perduci poteſt ... ſit prope juncturas.

In juncturis? Quia hic non hæret perioſteum nec ligamenta, ſed cartilago longe plicabilior ac in reliquo corpore & vaſis conſtat plurimis, ſed

ſed ad hujus ultimam cognitionem nondum perventum eſt, nam *Ruyſchius* ibi vaſa implevit, ita ut tota cartilago externè rubra à materiâ ceraceâ pellucente appareret, ſed tamen membranam invenire non potuit. Hæc cartilago cum vicinis partibus non habet communicationem, nec habet, unde recreſcat, & præterea hic lamellæ ab invicem ſeceſſerunt; hinc hic morbus eſt peſſimus. Os femoris in medio eſt circiter digitum craſſum, ſed ad juncturas ibi vix unguis craſſitiem habet, & hinc ibi morbus ortus vix ſanari poteſt, licet omnia optimè applicentur; ergo videmus Chirurgos non indigere medicamentis externis, nam nil facere poſſunt niſi reponere & unire, hacque ratione retinere, tum natura ſanat; ſummus anatomicus *Realdus Columbus Veſalii diſcipulus* docuit oſſa conſtare ad juncturas alio fragmento concreto vocato Epiphyſi, hoc præbere exitum fibris oſſeis, unde ligamenta formantur, ergo ſi ad juncturas oriatur caries, ubi duo oſſa ſibi apponuntur, dum internodia corrumpuntur, duo oſſa inficiuntur.

Prima. Quia ibi vaſa tenerrima & motus in parte ſolidiori lentiſſimus, imo per viginti annos durari poteſt in lue venereâ.

Altera. Quia ibi vaſa humoreſque ſunt copioſi.

Ultima. Quia ibi eſt mira trajectio, nam puto (ut dixi) medullam aucto calore liqueſcere, & ſic ad medullam pergere, atque inter eas circulare hacque ratione pervenire ad hanc cruſtam cartilagineam, perque eam tranſudare, & quod ſic illa medulla cum ſmegmate Haverſiano faciat humorem articuli, puto verò, quod

ſi hic morbus oriatur, quod tum medullæ profluxus impediatur, hinc difficillima cura.

Cur in Pueris? Quia in his omnia oſſa ſpongioſa humida & mucilaginoſa ſunt, hinc facilius corrumpenda & vix reſtituenda.

Cur in Spinâ ventoſâ? Quia hic morbus non eſt topicè in oſſe, quin ſimul fuerint corrupti prius humores ad hoc os pergentes, hoc verò rarò in his humoribus ſolum obtinere poteſt; hinc rarò unum os à ſpina ventoſa afficitur; ſic quoque rarò unus dens carioſus, ſi ab interna cauſa caries orta ſit; & vidimus ſæpe unum membrum exſtirpatum malum in alio membro propullulaſſe.

§. 556. *Qui his.* Dubito, an plures dentur oſſium morbi, hinc puto me de his ſatis egiſſe, de qua re vix apud Auctores mentio fit, hinc Medici ſic hærent in curanda Rachitide, Odontalgia, & imprimis Spina Ventoſa, inde ab his morbis rari morbi oriri poſſunt, ſic Phtyſica tabes fit ab oſſe putrido. Omnes oſſium morbi oriuntur vel à violenta cauſa externa vel interna, ſi ab interna erit vel Spina Ventoſa vel caries, vel tophus, vel gumma, vel condyloma, vel exoſtoſis, vel abſceſſus.

Α'γκύλωσις tantummodo reſtat, quæ duplici ſenſu intelligitur, 1. apud Veteres & *Hippocratem Anchyloſis* dicebatur *immobilitas articuli mobilis nunc præternaturalis facta à cauſa hærente in ipſo articulo cum tumore*; Recentiores ſumunt *pro omni immobilitate* articuli à quacunque etiam cauſa oriatur, hic verò ſumamus laxo ſenſu pro omni immobilitate nata in articulo. Hujus cauſæ ſunt calli, ſi frangatur os humeri quam proximè ad proceſſum Omoplatæ maximum, tum os per ſexaginta dies reti-

retineri debet immotum, tum ibi accreſcit callus, hinc fit immobilitas, ſic quoque callus in oſſis femoris, ſi ad articulum ruptum ſit, tum à callo ibi nato articuli immobilitas fit, quia pars non moveri poteſt, niſi in callum, ut obſtaculum incurrat; ergo quando fractura accidit oſſi proximè ad juncturam, tum poſtea callus illius oſſis fracti concreſcit cum altero oſſe, hæc eſt Anchyloſis ſpecies vide *Theſaurum Ravianum in theatro Anatomico.*

Inſpiſſato linimento Haverſiano. Liquidum mucilaginoſum circa juncturas exiſtens & oleoſum in cellulis oleoſis miſcentia ſe ſimul debent ambo ita attenuari, ut exhalari poſſint, & ita reſorberi à venis in articulo patulis, tum ſi motus ibi adeo deficiat, ut mucilaginoſus hic humor exhalari aut reſorberi nequeat, tunc inſpiſſatur & fit anchyloſis, hoc accidit illis, qui fregerunt crura aut brachia, & diutius dein immotis his partibus manſerunt, tum enim Anchyloſis fit; hinc Chirurgi tantum has partes quotidie movent ſenſim & magnâ vi, & ſanant additis ſimul balneis & fomentis. Glandulæ ad juncturas poſitæ ab *Haverſio* fuerunt inventæ, quas *Ruyſchius* folliculos vocavit; hi ſemper humidum fundentes articulum ab inflammatione & tritu defendunt, ſi verò adſit nullus motus, tum humor ſecretus concreſcit, & facit gluten, hinc immobilitas, ſi hoc non per ſales alcalinos volatiles, frictiones & balnea in motum deducatur & diſſipetur, ut ſæpe fit, ſi recens ſit malum, maximè per veſicantia, hoc imprimis in articulo genu obſervatur.

Ligamentis rigeſcentibus. Omnia enim ligamenta vaſis ſanguineis ambiuntur & colliguntur per membranam celluloſam, ſi ergo hæc

 ſup-

ſuppuratione conſumatur, tum fit rigiditas & articuli immobilitas. Hoc plerumque accidit ſenibus & animalibus quibuſcunque ſenio confectis.

Exoſtoſis ſeu excreſcentia oſſea. Hic exemplum habetur de defectu liquidi Haverſiani, ſic inter octo oſſicula carpi & ſeptem tarſi hærent burſæ, quæ ambiunt quodlibet oſſiculum, ſi hæ ſint conſumptæ, tum fit immobilitas, & ſi hoc malum inde oriatur, tum licet manus fortiter trahatur, ut in luxatione fieri convenit, vel alia Methodus adhibeatur, tamen curari non poteſt, exoſtoſis eſt peſſimum ſignum in lue venerea, ſi ægri dicant ſe brachium movevere non poſſe, hoc fit, ſi caput Epiphiſeos diſtendi, figuramque mutare & Exoſtoſin generare incipiat; hinc ob figuram mutatam in ſuo cavo retineri non poteſt, & ſic quoque moveri in hoc cavo nequit, tum belgæ dicunt ille eſt rigidus à Variolis (*ſteif van de pocken*). Dein adhuc eſt alia Anchyloſis coxarum, ubi oſſa innominata concurrentia faciunt cotulam id eſt magnam illam acetabuli cavitatem & hæc cavitas ita eſt excavata, ut ad $\frac{1}{3}$ partem adſcendat, & in hac parte folliculus ſic conſtitutus ſit, ut à motu & tritu hic non afficiatur, ex hoc ſuccus continuò exprimitur, qui partem obliniens ita lubricat, ut tanta molimina ſine læſione ſuſtinere poſſit: verum os ichii pubis & Ilei hic ſuppeditant medullam, nam hæc oſſa multum pinguedinis habent. Si ergo hic in hoc caſu oriatur inflammatio, tum morbus coxarum dicitur, *Hippocrates* primus detexit, & dixit hunc balneo, frictionibus & abſtinentia poſſe curari, ergo ſanguinis miſſione, frictionibus & ſimilibus in initio curatur, ſi verò duret uſque ad tertium diem, tum pars eſt inurenda,

renda, & ſic ſæpe ſanatur, ut quoque tale exemplum vidi, & ſi hac ratione non curetur, tum ſuppuratur, & ægri per totam vitam claudicant; ſimilis ſaccus eſt circa flexuram genu.

Difficillima curatio. Nullum certum remedium hic novimus, poſſumus quidem partem oblinire, frictiones & balnea adhibere, ſed ſi callus ſemel factus ſit, & ligamenta obriguerint, vel utrumque, tum eſt morbus incurabilis, & ſæpe magnis cum doloribus cruciatibuſque lethalis; ſi linimentum ſit induratum, tum debemus 1. partes emollire balneis unguentis &c. & quotidie partes hinc inde magna vi movere, 2. victus ſit tenuis præſertim ex medulla animalium & omni mane ſumant ægri jejuno ventriculo medullam bubulam ſine ullo ſale, dein petant balneum, ut ſudor oriatur; verum ſi illa materies coaluerit cum oſſis cavitate non ſanabitur. Si hoc oriatur à ligamentorum rigiditate, tum proſunt balnea ex alto gallis *la Douche*, embrocationes, niſi hæc rigiditas oriatur à ſenio, quò locus eſt altior, eò melior. Si Anchyloſis fiat ab exoſtoſi, inutile erit ægrum torquere, nec curatio fiet.

§. 557. Vidiſtis ergo nunc morbos elementales ſolidorum & fluidorum, & ex his compoſitorum, ſed tamen ſimpliciſſimos; hinc conſideravimus ea, quæ ſenſibus externis maximè patent. Ex his conſtitit Medicum vel Chirurgum nil efficere poſſe niſi ope naturæ, nam Chirurgus quidem os fractum reponere poteſt, ſed facere non poteſt, ut extrema concreſcant, id enim natura facit, & in mortuo minimè ſuccedit, ſic in aliis, ſed ars modo aufert naturæ impedimenta, hinc *Hippocrates dixit natura ſibi ſola ad omnia ſufficit, natura repugnan-*

te omnia fruſtra fiunt. Sic etiam ſcalpellum Chirurgicum non agit niſi ope naturæ, nam ſi homo ſit in animi deliquio, tum nulla ſanguinis gutta ſecta vena ſcalpello elici poteſt, ſi ergo impedita ſit natura, tum impedimentis ſublatis natura redit. Non invidioſè dico in aliorum Virorum merita, quod qui non à Chirurgia Medicinam tractare incipit, ille malè Medicinam tractet. Id in exemplo videamus, inflammatio in oculo externo microſcopio inſpicere, externa medicamenta applicare & videre poſſum, numne reſolutio vel ſuppuratio fiat, tum oculus in periculo verſatur, & videre poſſum, an morbus oculum ſit deſtructurus id eſt an fiat gangræna. Si ergo Medico dicam ecce externam oculi inflammationem, ſi mihi tum dicere poſſit, quid ſit, tum inflammationis cognitionem habet, & quomodo curetur Ophthalmia nempe Venæ Sectione ſeu balneis & vili potu, ſi verò hac ratione nil proficiatur, tum ſuppuratio fit, ſi verò dicere poſſit, quomodo curetur, tum ſuppurationem ejuſque curam intelligit, ſi autem hoc in oculo cognoſcat, tum rogabo, quid ſit Pleuritis, ſed dixit, oritur à tali cauſa, in tali corpore, prægreſſis talibus ſymptomatibus, tali dolore, tali febre, & quarto die talis morbus mutatur, fiunt ſputa, ſi tale ſit ſputum, tum fit tale Empyema, talis gangræna, nunquam verò dixit eſſe inflammationem arteriarum intercoſtalium, ſemel modo dixit, latus ſideratum eſt. An ergo putatis ullum Medicum intelligere quid ſit pleuritis niſi ſciat, quid ſit inflammatio, hinc optimum eſt Medicos manſiſſe χειρουργοὶ ἰατροὶ, ut *Helmontius*, & *Paracelſus* optime dixerunt, nam Chirurgi morbos Chirurgicos

cos curare quoque non poſſunt, niſi ſciant vitia ſolidorum & fluidorum; ſic v. g. ſi Chirurgus ulcus ſcorbuticum curet, tum corrodentia applicat, nunc Alumen, nunc Vitriolum, nunc detergentia, ut Mirrham, Aloën, hacque ratione pars detergens fit pura, ut antea erat, ſed non correxit cauſam erodentem, ergo malum iterum redit, hinc etiam humorum vitium prius eſt corrigendum, ſic enim quoque *Jacobus Carpus* per mercurium luem veneream & ulcera venerea curavit, & modo folia braſſicæ ulceribus impoſuit, & ſic ſalivatione ægros ſanavit, an ille ergo non fuit major Chirurgus, quam qui tantum per externa agit, ſic ſi luxatio oſſis humeri cum inflammatione & febre facta ſit, medicus advocatus nil ſcit de luxatione, ille Venæ Sectione inſtituta, antifebrilia dat, ſed nil proficit, Chirurgus verò dislocatam partem reſtituit, hacque ratione vaſis compreſſis reſtitutis febris tollitur, ergo patet eſſe optimum Medicinam internam adhuc Chirurgiæ & Chirurgiam Medicinæ internæ eſſe junctam. Hoc patet ex Chirurgorum ſcriptis imprimis ſi legatis *Hildanum cum Aurelio Severino de efficacia Medicinæ editio Francofurtenſis & præ cæteris Aurelii Severini tractatum de mira Abſceſſuum natura*, ex his clare vobis patebit; neminem Medicinam internam intelligere poſſe, niſi Chirurgiam intelligat, ſic vobis antea exemplum ex *Harvæo* dedi, qui in quodam homine pedem immobilem & rigidum invenit à tumore comprimente arteriam iliacam medicamentis irritè adhibitis. Similem quoque caſum notat, ubi Ædema ad femur externè apparebat, ſed diſſecto cadavere inventum fuit ab Atheromate

magnam venam Iliacam compreſſam fuiſſe; ſic etiam crus immobile fieri poteſt, vel quædam alia pars imprimis à nervo compreſſo, ſic quoque tendinum vagina ſuppurari poteſt, tum hæc pars fit paralitica à nervo compreſſo, hoc verò, ſi curabile ſit, tollitur per Venæ Sectionem, frictiones & balnea, quid enim Medici Chirurgiam non callentes cogitarent de tali morbo, quid enim egiſſent, ſi non ſciviſſent. Si inflammatio adſit in dorſo, & panniculo manus adipoſo, idem erit effectus ac in membranâ thoracis internâ, nempe video externè majorem rubedinem in manu, ſed docuerunt Pleuritide ſubitò mortuorum corpora pleuræ membranam multo fuiſſe lividiorem ac rubicundiorem, in utriſque oritur talis dolor, quaſi aciculæ plurimæ pungerentur, & ut hinc magis quaſi per convulſionem pars contraheretur, ſic etiam pleuriticus in reſpiratione reſpirare metuit ob dolorem inde factum, coſtas immobiles tenendo, ut Pleuritici omnes ferè faciunt; jam in manu fit calor & tumor, idem in pleuriticis apertis anatome docuit; pulſus utriſque fit durus & celer, jactatur manus, malum non bene fertur, idem pleuriticus facit. Si morbus in manu non per reſolutionem tollatur, tum fit ſuppuratio, ſi non per aciculam diſcindatur, facto foramine humor exit, ſic in pleuritide cadit in cavum thoracis, vel fit gangræna, ut in manu, ſic pleuritidis cauſa, effectus & Phænomena ſunt eadem. Nunc videamus curam externè, applicantur fomenta, utatur æger Venæ Sectione inſtituta diluentibus & reſolventibus, hacque ratione humoribus fluidis redditis vaſa laxentur, idem fit internè in pleu-

pleuritide. Si verò Chirurgus non videat in manu tertio die hæc juvari, tum applicabit maturantia, facientia pus & motum in loco, ut in pleuritide hic ſuoſiſtimus, nam eſt magnum opus ad materiam per reſpirationem extrorſum educendam, & ſi in pectoris cavitatem cederit, tum non amplius eſt pleuritis, ſed Empyema, & curatur per inciſionem ad coſtas factam, hacque ratione puro educto locus mundatur, adeoque omnia eadem ſunt, ergo cauſa, ſedes, mutationes, effectus, curæ ſemper ſunt eædem. Adeoque poſtquam hæc didici per hiſtoriam Chirurgicam nunquam plus profeci quam attendendo omnes externos morbos ſimiles eſſe internis; Cum verò hoc noſtrum aſſertum ſit univerſaliter verum, commendo utiliſſima illa volumina, imprimis legendum eſt *Sepulchretum Anatomicum Theophili Boneti* hominis nati ad ſimilia operoſa opera, cum ſint collectiones obſervationum ex optimis veterum & recentiorum, quos ipſe legit; tandem pergo ad morbos internos.

Compendium Lectionum publicarum in Noſocomio.

Tumor in Hypochondrio Siniſtro.

Vir 45. annos natus olim in caſtris ſtipendia meruit, ubi ſæpius in variis expeditionibus cogebatur noctes atque dies ſub armis manere, itinera facere ſine alimento, unde ortæ ſiccitates imprimis à ſolis calore, incidit ex hiſce in

Aſthma à quo ex arte liberatus, poſtea corpo
re ſatis robuſto fruebatur.

Circiter initium Septembri elapſi ſanus ad
huc niſi quod Aſthma aliquando erat moleſ
tum, incidit in febrem tertianam, quæ cito i
quotidianam tranſivit, hæcque tandem in con
tinuam violentam, ex quo nonniſi vitæ pericu
lo evaſit, languorem tamen retinuit, manſi
febricula levis, adhuc dolor in latere ſiniſtr
abdominis ad finem cartilaginum coſtarun
ſpuriarum inortus tumor ſeparatus, à qu
languebat, dolorem retinebat, cum hoc tu
more & levi febricula ad Noſocomium ho
delatus eſt ante octo dies, quando præſcrip
leve medicamentum ad refocillandas vires, &
aliud leniter reſolvens. Ad ægros acceden
ſemper ſoleo inſpicere oculos, horumque gin
givas, quia ibi vaſa ſanguinea nuda fere appa
rent.

In hoc itaque ægro hodie oculorum colo
ſatis naturalis, horum acies pro ſene vegeto
gingivarum color bonus, ſigna tamen ſcorbu
ad dentes apparent. Reſpiratio ſedata, æquab
lis, ſine motu fere pectoris.

Pulſus lentus, ſedatus, æquabilis, & mo
deratus.

Appetitus optimus, digeſtio proba, alvu
reſpondet ingeſtis ut & lotium. Vires quæ ant
octo dies projectæ erant, nunc increſcere in
cipiunt. Somnus optimus, Rita perſpiratio
Unicum adeſt præternaturale, ſcilicet tumo
in hypochondrio ſiniſtro, qui ex eo ortus v
detur, quod in hac ætate ſenili, acceſſerat fe
bris, unde liquidiſſima perdita, & craſſiſſim
retenta, deponi videntur in vaſis hypochondria

cis

is, nam à primo febris initio conqueſtus eſt e oppreſſione hic loci.

Quæritur quænam morbi materies?

Præegreſſus eſt morbus acutus, in quo male orte tractatus erat pauper, hic uti fieri ſolet; unde tempore criſeos, materies quæ maturari & expelli deberet, manſiſſe videtur, unde tumor, ſed qualis? Non eſt Aneuriſma, nam non pulſat, non Varix, quia non cedit; nec ſchirrhus non aſper. Non inflammatorius, nulla febris. Non ſuppuratorius, nam durus eſt. Qualis ergo? Videtur oriri ab expanſis vaſis materia lenta oppletis, ergo non magna malignitas. An ergo Melicerides? tumor ſcilicet mellis ſubſtantiæ? non; nam non ſatis mobilis. An ſteatoma, ortum ſcilicet in vaſis adipoſis? non; Ergo videtur eſſe Atheroma.

Quis locus affectus? Hoc ex Anatome petendum. Non in peritonæo vel omento quia mobilis: ſub his ſplen, ventriculus, pancreas, & inteſtinum colon hærent. Quum probabile ergo videtur hærere vel in ſplene, vel flexura Coli, quia mobilis antrorſum, unde potius puto Colon affectum eſſe. Sed multum non refert, nam ſive ſplen ſeu colon ſit locus affectus, medicamenta erunt eadem, ſolis prognoſis diverſa.

Prognoſis, ſi in ſplene, difficilis, nam accedit probabilius alius morbus, ſcilicet ſcirrhus, unde miſerrima poſtea vita Hydrope tandem finienda.

Sed credo quod tumor in Colo hæreat, & facile uſu Medicaminum ſolvetur. Si jam adeſſet tempus Vernum, haberemus herbas recentes, reſolventiſſimas, unde facile abſolveretur cura. Hyems verò inſtat adeoque difficilior,

cilior inde prognoſis, ſi homo hic in re eſſ
lauta, hac ratione inſtituerem Medendi M
thodum.

1. Immittere curarem omni mane & veſpe
Clyſma tale v. g

℞ Mel. Mercurial. ℥ij.
Sapon. Venet. ℥j.
Aquæ ſimplic. ℥viij.
M. F. Glyſter.

poſtquam alvum depoſuerat, ut clyſma ret
neat, quamdiu potuerit, eo enim ſpes eſſ
reſolutionis, ſive in ſplene ſive in Colo.

2. Poſt clyſma depoſitum, juberem ut ir
in balneum aquæ communis manè & veſper
ex quo egreſſus fricaretur Unguento Althæ
compoſito vel nervino cum oleo admiſto p
horam unam vel duas ut eo promoveretur r
ſolutio.

3. Darem Medicamenta Saponacea; Ar
matica, Antiſcorbutica.

4. Juberem exercitium quotidie in rheda.

5. Diætam præſcriberem ex iis unde min
ma excrementa, ſcilicet jure carnis, & ha
ratione certus ferè ſum ægrum reſtitutum for
Sed hic loci victus talis non datur, quamv
non omnino incongruus, cum ſit ex horde
ciis, & ſimilibus, itaque talis erit victus.

1. Dabo Medicamentum Antiſcorbuticum
balſamicum.

2. Unguentum reſolventiſſimum.

3. Emplaſtrum loco affecto ſuperimponen
dum, ut inſtar fomenti ſit.

Em

℞ Emplaſtr: de Cumino
——— Meliloto ana ℥j
M.

ad alutam extendatur.

℞ Ung: Althæ: comp:
——— Martiat:
Ol: infuſ: Chamomel:
——— Croci ana ℥j.
M. F. linimentum.

℞ Aq: ſtillat: fœnicul.
——— Menthæ ana ℥viij.
Elix: proprietat: ʒiv.
Spirit: cochlear: ſtomachic. ana ℥j.
Sal: Card: Benedict. ʒj.
Syrup: Menth. ℥j.
M.

ſumat cochleare unum omni bihorio interdiu.

Aquæ hæ ſunt balſamicæ, oleoſæ, Antiſcorbuticæ, Elixir proprietatis digeſtivus, ſal tartari, ſit Antiſcorbuticus ſpiritus ſtomachi à Deckero concinnatus ex Aromaticis Antiſcorbuticis conſtat. Mallem aſſumpſiſſe Syrupum ex radicibus aperientibus loco Syrupi Menthæ, ſed apud pharmacopolum Noſocomii non proſtat, Salem Cardui Benedicti addidi quia maximè reſolvit. Melius duxi externa tumori applicanda quam clyſmata.

In primo Concilio inquiritur de Idea Morbi, 2. de cauſa materiali efficiente, 3 parte affecta, 4. de illis, quæ ex prædictis cognitis à ſanitate de-

degenerant, nam non ſufficit unum vel alterum ſignum, ſed omnia quæ detegi poſſunt. Et hinc eruitur morbi diagnoſis, ſive diſtincta cognitio. Deinde agitur de prognoſi, ſcilicet an æger quidem evadet, an morietur, an integra erit reſtitutio, & qualis erit mutatio ſive Criſis. Tandem definiri debent ea, quæ agenda ſunt, ut morbus in ſanitatem mutetur id eſt proponendæ ſunt indicationes, quæ petuntur.

1. Ex morbi natura. 2. Cauſa. 3. Materia. 4. Loco affecto.

Materia ipſa agens habetur ex victu, Chirurgia & Medicamentis ſtrictè dictis. Eſtque hic primi Conſilii finis.

In ſecundo Concilio primus Medicus, cui præcipuè æger committitur, ſolet 1. recitare omnia, quæ in primo Concilio acta erant. 2. Ex ægro inquirere, an ex præſentibus ſymptomatibus aliquid mutandum in Diagnoſi, Prognoſi aut methodo medendi.

Hoc fit inquirendo in omnes functiones Animales, Vitales, Naturales. Dein in locum ipſum affectum, & ſi in hiſce nil mutatum ſit, perſiſtendum in concluſione primi Concilii, ſi verò novum aliquid appareat, tum pro re nata confirmabitur vel mutabitur prædicta concluſio. Eſtque hic finis Concilii ſecundi.

In ægro hoc noſtro functiones omnes nullo modo pejores quam antea imo meliores apparent & vegetiores; ergo nil monent mutandum in primo concilio. Locus affectus ſcilicet tumor in hypochondrio ſiniſtro eſt jam minor, mollior, parum dolens quamvis ruditer ſatis tractetur Sed in hypochondrio dextro novus ortus eſt tumor dolens, exquiſitè ubi ſitum eſt hepar, ad tactum vel inſpirationem augetur, ap-

apparuit poſt adhibita Medicamenta primi Concilii: Alvus præterea manet obſtinata, ita ut non niſi ſemel dura dejecit.

Hic eſt præſens ægri ſtatus, an itaque aliquid de priore conſilio mutandum? Certè idea morbi manet eadem, ſed unum eſt ἐπιγινόμενον ſcilicet dolens tumor in latere dextro. Locus ubi hæret eſt ſub diaphragmate, ubi ponuntur portio Coli, Pylorus & Hepar. Credo itaque quod tumor ſit in hepate, quoniam ab inſpiratione augetur, ſi acceſſiſſet color flavus, tum certum haberet ſignum. Unde verò ortus eſt tumor ille? Non apparuit niſi poſt aſſumpta Medicamenta, & adhibitam frictionem lateri ſiniſtro, hinc videtur quod materies obſtruens in ſplene vel Colo liquefacta, moveatur per vaſa venoſa quibus in hepar defertur, ibi paululum ſiſtitur, nondum ſatis cocta, unde in Diagnoſe nihil mutatur.

An verò Epiginomenon hoc mali aliquid portendit? Credo quod non, ſi modo cura adhibeatur, ut materiæ mobili reddita, magis expediatur. Obſervavit enim olim *Hippocrates* quod tumor Hepatis obſeſſo ſplene, vel tumor ſplenis obſeſſo hepati ſuperveniens, bonum ſit ſignum. Unde Prognoſis nondum ſit pejor. An aliquid in indicationibus mutandum? Certè, cum materia jam ſolvi incipiat, priora Medicamenta continuanda erunt, ſcilicet frictiones, Unguenta, Emplaſtra ſed quoniam alvus adſtricta permanet, quamvis ab hujuſmodi Emplaſtris ſolet utcunque moveri, & materia non ſatis cocta in hepate ſiſtitur loco prioris miſcelæ dabo laxans quoddam Medicamentum una cum decocto hepatico aperiente, pergat in uſu frictionis, Unguenti & Emplaſtri.

℞. Gum.

℞ gum. galb.
—— Opopanac.
Mirrh. el. ana ℥j.
Aloës depurat. gr. x.
M. F. Pilulæ

gr: v. ſumat unam omni quadrihorio interdiu. ſuperbibendo ℥iv decocti ſequentis calidi.

℞ ligni Santal. Rubr. Raſ. ℥ij.
Rad. Apii.
—— Bardan.
—— Cichorei.
—— Petroſelin. ana ℥iij.

Conſciſſ. & confract. Coq. in aquâ purâ ſpatio ¾ horæ Colatur. ℔ v.

Sumpſi Galbanum, Myrrham, Apopanacem tanquam optima ad ſolvenda lenta; addidi Aloën, ſed pauca copia pro ſtimulo. Santalum & radices ſunt aperientia egregia, omnia ſimul faciunt ℥xiv ita ut ſint colaturæ circiter ½ ut in hiſce fieri ſolet.

Duo imprimis ſymptomata adhuc manent, materies nempe hærens, licet non multo in hypochondrio ſiniſtro, & dein dolor fixus in hypochondrio dextro, qui imprimis oriri concludebatur, quod materies hypochondrii ſiniſtri per vim vitæ, frictionem & medicamenta mota & propulſa, huc uſque in hepate jam ſiſtitur, verum nec videtur inflammatoria nec ſcirrhoſa. Quæritur itaque an aliquid in diagnoſe mutandum ſit? Certe eadem manet ac in ultimo Concilio, uti & morbi idea, nam omnes ſanitatis functiones redierunt. Dolor ad hypochon-

chondrium ſiniſtrum vix ſentitur, tumor vix invenitur.

Prognoſis. Certè omnia adhuc pulchre procedunt, ſed metus eſt, ne materies in hypochondrio dextro ſtagnet nimis diu, ſi enim hoc fiat, augebitur malum, & fiet inſuperabile. An itaque erit aliquid mutandum? Certè propria medicamenta optimè adhuc convenirent, tamen concedi poteſt vinum medicamentum loco decocti ad vaſa roboranda, quod itaque imprimis fiet ex herbis amaris hac ratione.

℞ Rad. Angel. . . . ℥j.
ſumit Centaur. Min.
—— Abſynthii ana Mß.
Cort. Winter. ℥ij.

Conſciſſ. & confract. in vin. infundantur, bibat uncias duas quater de die vacuo ventriculo.

Icterus.

Mulier 40 annorum ante triennium inciderat in febrem primo ſatis mitem, poſtea violentam valdè! Ex qua evaſit quidem, ſed anno ſequenti morbo quodam laborans huc erat delata, & ut ipſa refert à me ſanata, ſed tamen remanebat Diatheſis ad cacochymiam bilioſam, cum qua nuper iterum rediit. Oculi albi quidem apparent, ſed flavedine pellucida tincti faciei color flavus, lingua, gingivæ, labia colorem ſanguineum ſatis referunt.

Pulſus paululum celer non debilis, ſed mulieres ſanæ pulſum viris celeriorem habent.

Reſ-

Reſpiratio bona. Calor temperatus. Vires nondum deficientes. Urina crocea. Alvus obſtinata, quamvis alias celeriter reſpondere ſolet.

Adeſt Diatheſis cacochymia bilioſa uti vel ex colore patet. Cacochymia dicitur degeneratio quæcunque humorum. Cacochymia ergo bilioſa fit, quando bilis in inteſtinum duodenum fluere nequit, ſed in ſanguinem regurgitat.

Diagnoſis. Malum videtur in humoribus imprimis hærere, ſed quiſnam horum peccat? Reſpondetur bilis ſanguini reaffuſa, nam credo quod in ſanitate bilis vix in ſanguinem refluat, ubi verò via conſueta exire non valeat, ſed ſanguini reaffunditur, tum flaveſcit cutis. Bilis verò eſt ſapo reſolventiſſimus, ergo ſi ſanguini admiſceatur, hunc reſolvet, contra ac dicunt omnes ferè Practici: ſed quænam cauſa bilis liberum effluxum in inteſtina impedit? Videtur quod materies obſtruens in ductibus bilioſis hæreat, unde bilis impedita per venam cavam in ſanguinem refluit, adeoque ſolvitur ſanguis & turbatur tota Chylopoïeſis ob bilis defectum.

Prognoſis ex dictis patet. quod ſi affectus hic durat ſanguis à bile ſolutus hydropem inducet. Indicatio duplex imprimis erit. 1. Sanguinem à Diatheſi bilioſa liberare. 2. Glutinoſum obſtruens reſolvere. Utrumque promovere unica conabor pro hac vice formula.

℞ Rad. Apii.
—— Bardan.
—— Cichorei.
—— Gramin.
—— Taraxaci ana ℥ij.

De-

Decoctum cum aq. ſpatio ¼ horæ ℔ iv admiſce
Oxymel: ſcillit: ℥ij.
Tart: vitriolat: ℥j.
Bibat ℥iij fervidas omni bihorio interdiu.

Mel eſt ſapo naturalis adeoque reſolvit, ſi ei addatur acetum, penetrabit magis, ſi verò in hac miſcela infundantur ſquinæ, fit medicamentum reſolvens celeberrimum, uti eſt tartarus Vitriolatus. Hiſce medicamentis aſſumptis, ſtatus ægri hodiernus talis eſt. Acies oculorum flaveſcens apparet, cutis tota flavet, gingivæ & labia rubeſcentia utcunque ſubpellucidè flaveſcunt. Hæc externa. Appetitus parvus admodum, ſitis naturalis major, tamen non magna, alvus à duodecim diebus ne ſemel ſoluta, uti in hoc morbo familiare eſt, vires languent ſine febre. Adeſt ſomnolentia potius quam ſomnus, morbus hic quinque annos duravit, haud multum levatus, nunc pejor eſt. Incidit in morbum acutum, qui languorem reliquit, uti ſæpe fit, materies enim lenta poſt acutos relicta plerumque ad hypochondria, unde ſæpiſſime oriuntur morbi Chronici. Diagnoſis Ultima erat, quod morbus ſit Cacochymia bilioſa, quæ nunc confirmata videtur, hinc erunt effectus ibi dicti.

Locus affectus eſt totum corpus, uti docet color, ſed locus primarius & mali ſedes videtur hepar, quod bilem facit, ſed non excernit, uti docet alvus per duodecim dies non ſoluta: dein urina flava idem confirmat, hinc puto lapillos ductus biliarios occupare & quidem auſim fere dicere hoc verum eſſe.

Prognoſis. Si eſſet in re lauta multum foret ſpei, quod hæc omnia emendari poſſunt, hic

verò

verò parum. Quid itaque expectandum? Ex nimis diluto ſanguine,& viribus debilibus,tandem ſanguis derivabitur in loca ultima, unde tumor externè, internè, macilentia id eſt hydrops.

Indicatio itaque prima erit diatheſin bilioſam tollere. 2. Sanguinem ſolutum compingere 3. Cauſam obſtruentem ſolvere. Si dives eſſet deberet nihil pro victu præter jus carnium ſumere recens decoctum cum Endivia, Cichoreo Uvis Corianthiacis, Radicibus Scorzoneræ, Apii, Petroſelini, Aſparagi nec alia ulla exhiberi quæ fæces craſſas relinquunt.

Balneo quotidie ſunt adhibenda cum frictione, ut materia liquefacta propellatur.

Dein omni hora diei deglutiendus eſt ſuccus recens crudus Graminis, Beccabungæ, Naſturtii Taraxaci, Cichorei ex quibus incideret in diarrhæam, ſed abiret color flavus, nec timenda eſt talis diarrhæa, quamvis multum debilitet, ſic enim deſperatos evaſiſſe vidi. Boves tali fere morbo in ſtabulis tempore hyberno laborant, & veſiculas felleas ſæpe lapillis, plenas habent, in prata verò demiſſi verè, primo incidunt ilico in Diarrhæam, ſtatimque poſt ſolutam materiem ſanantur. Verum ingruit jam tempus hybernum adeoque hac Methodo non licet uti. Hinc potius recurrendum eſt ad ea, quæ ſaponacea vi ſolvunt, uti ſapo Venetus Mel quæ melius cum aceto, optime ſimul cum Scillâ operantur &c.

℞ Sapon. Venet.
Gum. Galban. ana ℥ij.
M. F. Pilulæ.

gr: iv. ſumat unam omni bihorio diei ſuperbibendo ℥ß ſequentis mixturæ,

℞ Oxy-

℞ Oxymel: ſcillit. ℥ij
Tart: Vitriolat. ʒj
Elixir: propriet. ʒiij
Aquæ ſtillat: menth. ℥iv
M

Poſt hæc medicamenta ægra melius ſe habuit.

Color tamen oculorum manet flavus, & hic notandum, nullum eſſè ſeveriorem indicem ſtatus corporis, quam tunica adnata oculi, quæ nunquam fallit, ſi enim ut hic Icterus ſemper flaveſcit, ſi hydrope palleſcit, ſi inflammatio interna rubet, ſi gangræna liveſcit; Hæc ſanè dedici ab iis, qui morbos pecorum curant.

Color totius corporis eſt pallidus, in ore melior, pulſus exilis, reſpiratio ferè impedita. Alvus licet uſa ſit medicamentis moventibus nondum ſolvitur. Sitis nulla, vires ut ante. At ſymptoma nunc impravium ſupervenit, ſcilicet menſtruorum eruptio, quæ primo die vehemens erat, ſecundo mitior, & jam coerceri incipit unde hoc? A medicamentis, uti videtur, ſolventibus aſſumptis. An boni vel mali quid promittit? Eſt certe bonum ut ſignum, ſed malum ut cauſa. Nam indicat corpus medicamentorum viribus obſequi, quod tamen nimia ſanguinis jactura debilitabitur, ſi hæc permaneat. An itaque, cogit ut mutentur remedia? Videtur ſe æque benè habere, ut antea, nam vires inde non dureſcunt, & incipit natura has vias claudere iterum ergo in iiſdem permanere debet nam præſtantiora non novi.

Ægra hæc à multis annis Cacochymia cum ſignis viſcerum laxorum, & materie inerti ob-

ſeſſorum, ante triennium circiter ab Ictero liberabatur. Hinc ſemper cogitare perſto, quod morbi idea ſit viſcera Chylopoiëtica laxata, tumefacta pituita obſeſſa, cum materie gypſea in ductibus bilioſis hærente. Nam hiſtoria prægreſſa & circulatio modo lenta hæc confirmare videntur, ſi eſſet in re lauta, deberet præcipua curatio in ſequentem æſtatem deferri, & tum largiſſimus uſus Cichorei, Scorzoneræ, Taraxaci Radicis graminis &c: menſe Majo uſurpari. Dein menſe Junio adhiberi debent aquæ acidulæ ferratæ cum motu & totius corporis perfrictione & tunc credo quidem ægram reſtitutam iri, ſi viſcera non nimis ſint ſcirrhoſa. Præcipua verò hoc tempore indicationes ſunt, ut conemur ſanguini addere paululum vigoris lentorem humorum viſcera obſidentium diſſolvere, & Cacochymiam Scorbuticam emendare. Hæc imprimis præſtabuntur iis, quæ ſaponacea vi ſanguinem reddunt mobiliorem & ſimul Cacochymiam corrigunt.

℞ Elix: pptis cum oleo tart: præpar. ʒij
Spirit: carm: ſylv. ʒij
Syrup: papav: Alb. ℥j
Oxymel: ſcillit. ℥ß
Aquæ ſtillat: Menth. ℥x
M.

ut capiat ℥ß omni quadrihorio diei.

NB. incipit laborare fluore uterino, qui corpori debili familiaris eſt; ſyrupus papaveris Albi, ad dolores compeſcendos exhibetur.

Symptomata eadem manent, ſed accidit Rheumatiſmus Uterinus, nunc ſanguinolentus, nunc albus cum dolore circa locum, ubi ſunt tubæ

tubæ Fallopianæ, & vomitus ſanguinolentus, ubi deſinit excretio per uterum, ut familiare eſt in tali caſu.

Dolor ille nec eſt inflammatorius, nec ſuppuratorius, ſed à vaſis uterinis conſtrictis, ſi ad hunc tollendum mittatur ſanguis, mitificabitur quidem dolor, ſed miſſio ſanguinis in chronicis eſt peſſima, præcipuè cum corpus tam debile ſit neque juvabunt veſicatoria à Clariſſimo Collega præſcripta, unde imprimis lenientia conducerent, ſed tunc princeps malum augebitur, quod fortia moventia requirit, cumque dolor non tantum urgeat, licebit moventia lenientibus miſcere.

Concluſio itaque hodierna eſt, quod morbus idem manet, & vel ipſum hepar vel ejus emiſſaria, quod imprimis ſuſpicor, obſtructa ſint, quod metuendum ſit, ne ſi morbus pergat uti hactenus, ſequatur hydrops à ſanguine ſoluto, & ex arteriis magnis in lateralia vaſa ſuccedente, unde hæc ſola implebuntur, deplebuntur illæ. Denique quod prioribus indicationibus ſatisfiet ſequentibus.

℞ gum. Ammon.
—— galban.
—— Opopanac.
Sapon. Venet. ana ℥j
M. F. Pilulæ.

ſing. gr. iv. de quibus capiat 1. omni bihorio dici ſuperbibendo ſemper cochlear. 1 ſequentis Miſturæ.

℞ Aquæ ſtillat. Menth. ℥xij
—— Cephalic.
—— Stomach.

P 2 Syrup.

Syrup. pap. albi ana ʒij.
M.

℞. Aq. cephal. ſtomach. ſyr. papav. albi ana ʒij
Aq. ſtillat. Menthæ. ℥xij
M.

℞ Ung. Althææ comp.
—— Popul.
—— Roſac.
Ol. lini ana ℥j.
M.

Pro liminento ad partem dolentem inungendam.

Incidit hodie ſymptoma præter conſuetudinem morbi, vocatur anxietas. Hæc plerumque vel ab inflammatione vel convulſione, vel viſcida & inerti materia. Quæ quando pulmones occupat, uti hic efficiunt reſpirationem impeditam, ſuffocationem, tuſſim, raucedinem ſummam, & anxietatem, ſi cauſa ſit inflammatoria, ilico mitti deberet ſanguis, ſed nulla hic adſunt ſigna inflammationis aut diatheſis inflammatoria, nam nulla eſt febris. An ergo eſt convulſiva ut in paſſione hyſterica? Certè uſa eſt remediis, quæ convulſionem ilico compeſcerent, gummi enim quæ aſſumpſit ultimo paroxyſmum hyſtericum cito ſiſterent. Ergo mihi videtur, quod materies viſcida à viſceribus abdominis delata in pulmones, liberum jam ſanguinis iter per eas impedit ſine inflammatione. Malum hoc adjuvatur eo quod à duodecim diebus non deponit alvum, quamvis aſſumpta remedia eo determinent, adeoque inteſtinorum materia fæcali ſuffocationem augere videtur.

Pro-

Prognoſis hujus ſymptomatis prædicit, quod ſi non ſubitò levetur, cito erit lethale, nam vires non ſunt magnæ, unde ſummus ſuffocationis metus, ſi non promptè reſolvi poſſit materies. Reſolutio verò tentari non poteſt. Venæ Sectione ob debilitatem, unde ad diluentia & reſolventia fugiendum eſt.

Concludimus ergo quod ſymptomatis idea ſit anxietas à reſpiratione impedita, ob materiem lentam pulmones occupantem & fæcalem, inteſtina craſſa diſtendentem ſine inflammatione, ſumma verò cum debilitate, uti docent genæ, & labia rubra & lacrymæ involuntariæ ob impeditam jugularium evacuationem. Hinc maximè convenire videtur Decoctum Emolliens, Reſolvens, Clyſma & Emplaſtra à pectore ad umbilicum.

℞ Rad: quinq. aperient: ana ℥ij
—— Glycyrrh: ʒiß.
Flor: Althæ: Rhæados ana ʒß
Sem: contuſ: papav. albi ʒj.

Cum aqua communi decoct. & depur. ℔ iv admiſce Syr. Diacodii ℥j hauriat omni ½ ℥j donec levetur anxietas.

℞ Mell. Mercurial.
Syr. Althææ Fernel. ana ℥j
Sal gem. ʒvj
Aquæ communis. ℥vj
Miſce pro Clyſmate injiciendo.

℞ Emplaſtr. de Melilot.
—— de Labdano ana ℥j
M.
extendatur pro Emplaſtro ſtomachico.

Ultima vice concludebatur ſymptoma urgens eſſe anxietatem, corpus debile & languidum ferè ſuffocantem; Quæ anxietas in acutis contingens citam ſanguinis miſſionem, ſi vires ferre poſſint, requirit. Quærebatur verò an in hac ægra tunc vena ſecanda fuit. Certe quamvis venæ, labia & lacrymæ, anguſtias ſummas indicabant, non tamen audebamus venam ſecare, nam hic ſæpe turpiter falluntur Medici, quoniam æger uno momento levatur ſummopere, poſtea proſtratis viribus vel languent vel moriuntur. Hinc collegis meis ſæpe in hac re ſoleo utcunque reſiſtere.

Si fuiſſet anxietas à ſpaſmo tum carminantia egregii fuiſſent uſus. Sed hoc non deprehendebamus, unde concludebatur malum oriri à materie inerti pulmonem infarciente & alvo adſtricta, & levatum iri Clyſmate & decocto molli aperiente uti re verâ accidit, nam poſt viginti quatuor horas reverſus deprehendi, quod circa horam tertiam poſt meridiem levata fuerat, unde ſuaſi continuationem eorundem, & morbus jam in priſtino videtur ſtatu. Concluſio itaque hodierna erit, quod diagnoſis & prognoſis morbi principis eædem manent, ſed metus ne illud periculoſum ſymptomata redeat, & hoc anni tempore non poſſumus multum reſolvere, adeoque continuabimus uſum decocti prioris, ut præcaveatur anxietas, ut reſolvatur vel ad reſolutionem diſponatur materies; Clyſma quoque accipiat, unum addemus ſcilicet cardiacum quoddam ad languorem, qui nunc occupat.

℞ Ol. ſtillat. fœniculi
—— —— Menthæ
—— —— Caryoph. ana gtt. iv.

cum

cum ſacch. eund. ſucc. ℥ij F. S. A. Eleoſaccharum in mortario vitreo diu terendo cui admiſce

Pulv. Cort. Magell. ℥j
——— Zingib. ℥ij
M.

ſumat de hoc pulvere ℈i quater quotidie ex Cochlear. vini Albi gallici.

Tales pulveres mirificè in languore proſunt, & meliores ſunt potibus, quia diutius in Ventriculo manent. Reiteretur decoctum ultimum in eundem uſum. Applicetur idem Clyſma cras.

Hodie omnia ferè eadem manent ac prius pulſus ſemper debilis. Solum quod modo urget eſt dolor ille antiquus ad os Ilium dextrum, ubi inteſtinum cæcum, ovarium, & tuba Fallopiana hærent, qui manſit ſemper ab illo tempore cum fluxu vel ſanguineo lento, vel albo ſive virulento. An itaque in languente hac muliere eſt Diatheſis ad uterum naturæ ſcirrhoſæ, vel atheromatis? Quando fluxus illi coërcentur ut alii Medici conati ſunt, augetur dolor. Si maneant, proſternuntur vires. Hinc ſuſpicor præter aliorum viſcerum labem diathæſin hærere vel ad ovarium vel tubam Fallopianam ad Ulcus vel Schirrum. Indicationes ferè eædem ac in ultimo concilio, ſi enim tempeſtate hac frigida moveamus debile hoc corpus, multum ſanè noceret medicamentum Ergo potius continuabimus emollientia illa, quibus nuper à lethali anxietate liberata fuit, ad languorem verò vix melius exhiberi poteſt

quam pulviſculi illi Aromatici, imprimis ſi addatur mixtura aliqua, quæ non tam emollit ac decoctum, ſed frigus temperet & dolorem ſedat utcunque

℞ Aquæ Stillit. Fæn. ℥xij
Spirit. Carmin. Sylv. ℥ij
—— Antiſcorbut. ℥j
Syrup. papav. Albi ℥j
M.

ut ſumat cochleare unum omni bihorio interdiu

Reiterentur pulveres ultimo præſcripti in eoſdem uſus.

Pergat in uſu Decocti.

Ægra hodie magis flaveſcit, quod morbi radicem non ſublatam, vires verò conſtantiores notat. Symptomata verò peſſima anxietatis nuperrima jam diſparent, puto verò nondum alia quam priora præſcribenda præcipuè balſamica, unde decoctum ultimum heri reiterari jubebam.

Symptomata in dies in melius tendunt, ſed flavedo potius augetur, de qua uti priore concilio ſentiendum. Pedes paululum tument: ſed frigus hybernum vetat multum adhuc movere. Incipit ſe manifeſtare ſcorbutum ad gingivas, & linguam inferiorem parvis ulcuſculis, qui morbus modo frequentiſſimus eſt cum ingenti ptyaliſimo. Huic ſymptomata vix melius novi medicamentum, quam Spiritus Salis, imprimis ſi melle roſaceo temperetur, & aqua aliqua diluatur. Optandum foret, ut hiſce uterentur in Claſſibus, ubi hic morbus ei vitæ genere

nere adeo frequens eſt, loco Spiritu vini vel Spiritu Theriacali iterentur decoctum & pilulæ in eoſdem uſus. Porro

℞ Aquæ ſtillat. roſar.
——— ——— Sambuci ana ℥iij
Spiritus ſalis ʒij
Mell. roſac. ℥ij
Sal. Ammoniac. ℈i
M.

pro lavando ore quater de die.

In hac ægra bilis fluxus in inteſtina videtur impediri, unde illa per venam cavam in ſanguinem refluit, & ibi perſtat, quod in inteſtinis perſtare debuiſſet, reſolutionem ſua vi ſaponacea. Quid itaque in hoc caſu prævidendum erit.

1. Digeſtio Chyli turbata cruditas ſanguinis inferret, 2. ſanguis diſſolutus ex vaſis maximis in minima extra ferè vim cordis ſecedet, unde totum corpus turgidum fit, ut in hac muliere, unde metus eſt ſupervenientis hydropis.

Præcipuum itaque quod agendum eſt, ut reſolvatur obſtructio & compingatur ſanguis, quod tamdiu ſaponaceis moventibus conati ſumus facere, donec anxietas periculoſa curam ſingularem requirebat, nunc verò audebimus reſolventia, aperientia adhibere, quæ optimè ex ſuccis fiunt, hi tamen nondum comparari poſſunt. Itaque decoctum ſequens vicem ſupplebit.

 ℞. Rad.

℞. Rad. Apii ⎫
—— Cichor. ⎪
—— Petroſ. ⎬ ana ℥ij.
—— Eryng. ⎭

Coq. in S. q. aquæ colat. adde ſal Polychreſt. ʒij. in decoctum ℥xij. contunde & emulge Rhabarb. ʒijß. Hujus capiat ¼ mane alternis diebus.

Nihil momenti occurrit niſi hæmorrhagia uterina aucta à viribus auctis. Concludebamus ultima vice quid tempeſtas jam mollior permittat uſum medicamentorum materiem plus moventium, jam verò ab eo tempore fideliter accepit præſcripta & fluxus uterinus ſanguinolentus inde auctus eſt. Quæritur undenam veniat ille ſanguis? an à renibus? cum dolor latus dextrum occupet juxta ſitum renis? reſpondetur, ſi ſanguis à renibus proflueret, appareret tantum quando urinam redderet: ægra verò ſanguinem hunc omni momento excernit, ergo non fluit à rene per veſicam, ſed ab utero per vaginam: an itaque circa agenda aliquid mutandum? credo ſymptoma hoc non tanti eſſe momenti, ut contraindicet aliquid, unde nolim quidpiam mutare hodie; capiat itaque decoctum ultimum: conqueritur ægra hæc de dolore lumbi dextri exacerbato, & fluxu uterino ſanguinolento cum purulenta materie excreta. Cætera ut prius. Incipit aër nunc mutari in mitiorem, & anni tempeſtas promittere brevi herbas quarum ſucci ſalubres, ſpem dabunt deobſtruendi impacta, & detergendi ulcus,

cus, quod jam videtur formari ad dextrum uteri latus, hiſce verò herbis jam deſtituimur, unde ſufficit modò decoctum detergens, ut inde etiam diſponatur corpus ut prudenter ſolvatur materies ope ſuccorum poſt ferias, addamus miſturam aliquam reſolventem, & anodynam ad ſedandos dolores.

℞. Tartar. Vitriolat. ʒjß.
Spirit. Antiſcorb. ℥ij.
Laudan. puri. gr. v.
Aq. Stillat. Menth. ℥xv.
M.

ſumat ℥ß omni quadrihorio diei, ſi non dormiat.

℞. Lignum trium ſantall. ana ℥j.
Rad. Cichor.
—— Taraxaci. ana ℥iv.

Cum 🜄 decoct. ſpatio ½ hor. tum ℔ vj. decoct. admiſce Rob. Sambuci ℥iv. bibat omni trihorio ℥iij. calidas.

Hujus ægræ hiſtoria ſatis fuſe jam habetur, nil novi ſupervenit, itaque pergemus uti ante ferias dicebatur, & innixus imprimis experimento boum, ſuccos illos ſolventes addito ſtimulo movente dabo.

℞. Rad. recent. Cichor. ℥vj.
Tarax. recent. cum toto ℥viij.

Minutim ſciſſa & contuſa ebulliant cum S. Q. aquæ ſpatio ¼ hor. Exprimantur fortiſſimè per

pannum, tumque hujus decocti ℔ v. adde ſal Polychreſt. ʒß. Syr. Cichor. cum Rheo ℥iv ſumat mane hora 7. 8. 9. 10. 11. hujus decocti ℥ij. cum pil. duabus ſequentis præſcriptionis.

℞. Gum Sagap. } ana ℥ij.
Sap. Venet. }
M.

F. pil. ſing. gr. v. Ex herbis his ſic contuſis & preſſis omnia fere exeunt. Sagapenum omnia gummi acrimoniâ ſuperat, unde melius movet.

Ægra poſt uſum ultimi præſcripti remedii hæmorrhagiam uterinam paſſa eſt, non ſtillatitiam, ut naturaliter fit, ſed quaſi pleno rivo erumpentem, an itaque habenda eſt pro evacuatione critica naturali, an debilitante? An eorundem uſus permittendus, an vitandus? Corpus Cacochyma biliosa Chronica laborat, à materie infarcta in viſceribus abdominalibus, huic accedit ulceroſum vel ſcirrhoſum quid ad ovarium forte vel uteri fundum dextrum hærens, indicatio erat vaſa laxare, vires augere, materiem reſolvere, ut hoc expediatur. Hinc cum tempus pro tali evacuatione fere inſtat vernum tempus ſit medicamenta moventia imprimis pilulæ ex gummi exhibitæ: hæc omnia inquam concurrentia evacuationem illam accelerant & augent.

Paſſa eſt ſimilem ſæpius, attamen vires inde non vacillant, ergo non pro debilitante multum habenda eſt. Hinc videtur quod eadem medicamenta continuari, poſſunt ſi addetur miſtura

ſura aliqua, quæ fluxum & dolorem compeſcat.

Concludimus ergo hodie quod ſymptoma hoc bonum ſit, ut ſignum, nam indicat priora medicamenta ritè ſucceſſiſſe, ſed malum ut cauſa. Si enim non cito compeſcitur, paululum debilitabit nimis corpus; Itaque reiterentur ultima præſcripta in eoſdem uſus.

℞. Aq. Still. Cinnam. ℥iß.
—— Menthæ ℥iv.
Spirit. vitæ Math. ℥ij.
Syrup. Papav. alb. ℥j.
Laudan. puri gr. iij.
M.

Capiat ℥ß. omni trihorio diei.

Propoſitum fuit in hac ægra, medicamentis reſolventibus materiem in hypochondriis hærentem expedire, ſi ferre poſſit & ſperabamus hoc obtinere, ſi vires non deficerent. Ex horum uſu excretio per alvum, & ſanguinis per uterum aucta eſt, quæ ultima copioſa manet, non diſtillando, ut naturaliter fit, ſed quaſi uno rivo fluendo, dolor ad hypochondrium manet, alvi fluxum exſpectabamus imo ſperabamus ſummopere; utrum quæritur an cum prudentia remedium aliquod contra fluxum ſauguinis adhiberi poſſit? nam non venit à plethora, videtur pendere à vaſis varicoſis ob tumorem fortè ſcirrhoſum vel cancroſum, unde meliora non ſunt ſperanda, ſi ſiſteretur. An itaque à remediis moventibus & reſolventibus deſiſtendum? non, nam color devenit melior, ſed tamen abſtinebimus parum, ab acerrimis iſtis gummi

& continuabimus uſum decocti, cum miſtura Aromatica, Anodyna. Fateor quidem quod reliqua ſine gummi minus præſtabunt, ſed tamen aliquid. Iterentur itaque Decoctum & miſtura ultimo præſcripta in eoſdem uſus.

Omnia tam bene procedunt, ut ſuadeant potius continuatum uſum remediorum quam mutationem. Nam à tam copioſo uſu ſuccorum viridium, nec ſuperatur appetitus, nec magna nimis urget Diarrhæa, cumque ultima vice omittebantur acres pilulæ, fluxus uteri compeſcitur. Color tunicæ adnatæ antea flavus nunc nitidus apparet, ſi in re eſſet lauta, credo quod integrè reſtitui fere poſſit ab antiquo Ictero, imprimis ope balneorum poſt ſuccorum uſum. Conqueritur jam de dolore ad Ileum dextrum, aucto poſtquam ſiſtebatur ſanguinis fluxus. Tentavi ope ſolventium & deobſtruentium expedire abdominalia viſcera, & per corroborantia nimium fluxum impedire, jam vix video quid ulterius fieri poteſt præter palliationem, & ſi ſic poterit pergere, credo quod multum levabitur. Addemus nunc Anodynum quoddam ad dolorem mitigandum; hilaris enim animus curam multum promovebit. Pergat in uſu decocti.

℞. Maſſæ pil. de Cynogloſſo ʒß.

F. pil. xv. quarum ſumat unum mane hora ſeptima, alteram veſperi eadem hora.

Morbus hic uti noviſtis eſt Chronicus duplicatus ſcilicet Cacochymia bilioſa, & diatheſis ægrota circa ovarium dextrum, ſi uteretur remediis prædictis, nec alium haberet morbum

præter

præter illam Cacochymiam, credo ſane quod feliciter ſanaretur, ſed fluxus ille uterinus eo magis augetur, quo plus liquefacta eſt obſtruens materies, unde ſubducitur bonus ſanguis & nova inducitur cacochymia. Hoc ſane multum obeſt, nam inde cogebamur omittere ſtimulantes illas pillulas, aliter adeo neceſſarias, unde ſiſtitur quidem fluxus ſanguineus, ſed manet albus, mihi videtur, quod deberet pergere in uſu eorundem ſuccorum, qui valide detergunt, & ſimul opiatorum, ad nimium fluxum cohibendum, ſed tunc dicetis pars uteri affecta plus putreſcit, certe ſucci ille putredini reſiſtunt multum.

Iterentur itaque pillulæ ultimæ ad duplum, & pergat in uſu decocti.

Ex tota ex hiſtoria habetis ſpeciem curæ ſplanchinæ vobis forte olim non inutilem futuram.

Tumor Ædematoſus in latere dextro,

Unde

Hydrops Anaſarca.

Ruſticus 28. annorum ſemper optime ſe habens, nullum morbum unquam paſſus, ad laborem aptus temperei ut videtur, ſanguine divitis, ante quatuor ſeptimanas cum ſarcinam ferret, perterrefactus, lapſu inopinato antiquæ domus, ſubito contremuit, & dolore lateris circa lumbos dextros corripiebatur, domum rever-

reverſus dolorem cum tumore deſcendentem per femur & crus dextrum ſentiebat, ita ut intra quatuor dies tumor infimum abdomen, penem, ſcrotum, femur & crus dextrum occupaverat, cæterum exinde in diæta non peccavit multum bibendo nec magnum primo apparuit malum. Habitus corporis ſic ſe habet: Oculi, labia, gingivæ, lingua pallida docent debilitatem adeſſe, lingua præterea apparet ſicca cutis nil exhibet præter pallorem non magnum, functiones vitales cognoſcuntur imprimis reſpiratione, quæ hic libera apparet, quando enim inſpirat fortiter, nullum ſentit malum, unde nulla in pulmone adeſt labes, deinde pulſus qui hic exilis eſt debilis.

Quoad functiones naturales, appetitus non eſt magnus, nec ſitis, alvus quæ ante duos dies ingeſtis reſpondebat, nunc ſiſtitur.

Ex hac hiſtoria videtur homo laborare confuſione humorum à perturbatione animi orta. Qui enim ſubito terrorem concipiunt, frigeſcunt, horrent, & ſæpe languent, ſed princeps hic morbus eſt tumor topicus præternaturalis ingens ſine febre, in loco ſupra carnem infra cutim poſito ab infimo abdomine ad calcem extenſus, eſt ergo verum Anaſarca hydrops ſive humor Ædematoſus: Hic verò ſolet fieri cum frigore & pallore, cum hic adſit rubedo: indicium eſt materiem adhuc ſatis mobilem, & tumorem eſſe ædema Eryſipelatodes. Scrotum quadruplo majus eſt naturali, & nuper majus fuit: eſt itaque Anaſarca ſcroti, non hydrocele, quæ teſtes occupat. Diagnoſis itaque morbi videtur, quod homo laboret tumore partium deſcriptarum à materie aquoſa, leviſſimè inflammatoria, partes inter cutem & muſculos

culos ſcilicet membranam adipoſam occupante, quæ ex humorum perturbatione ſecederat in loca aliena.

Prognoſis. Credo quidem quod ſanari poſſit, cum multum adſit ſignum viſceris læſi vel humoris adeo corrupti ut reſtitui non poſſit. An verò ſanabitur facile? credo ſaltem non cito, quoniam debuit fuiſſe cauſa, quæ tantam producere valuit mutationem in corpore ſano.

Quod curam ſpectat, videtur, quod victus debeat eſſe levis. ſiccus ex pane biſcocto, carne aſſata, & piſcibus. Adeo ut ſi in re lauta eſſet,talis victus intra menſem unum vel alterum mira præſtaret: debent condimenta ex acribus antiſcorbuticis fieri, ut Raphano, Sinapi, Alliis Cæpis &c. motus quantum hunc exercere poſſit, multum conduceret.

Primaria hic itaque indicatio videtur, ut aqua extra vaſa fere hærens interim in circulum reducatur vel expellatur. Unde cura abſolvitur vel reſorbendo materiem vel cutis apertione excernendo.

Poſterius præſtabant antiqui inurendo cruſtas hinc inde. Prius verò fit per magnas evacuationes ut diureſin, ſudorem vel purgationem validam, vel per medicamenta acria, calefacientia & inde exſiccantia dicta, quæ imprimis agunt humorum circulum augendo, quo turbantur viſcera, & debilitatur magis corpus jam nimis debile. Ergo Propoſito noſtro optimè convenire videntur pilulæ acres utcunque quæ in primis viis manent, & vinum medicatum, ſi urgeret maximè tumor, apponerem Veſicatoria, ut fiant bullulæ, vel fonticulos in urerem, ſed nihil tantum urget; Frictiones magnas non ſuadeo, ne rumpatur Epidermis, amoto

moto non verò expreſſo liquido. Ergo concluſio hodierna erit, quod perturbatio maxima animi ſecedere fecit à ſanguinis maſſa humorem aquoſum inertem ad loco definita accumulatum ſine Cacochymia, cui malo ſequentia conducere videntur.

℞. Gumm. Amm. Myrrh. El.
Aſ. fætid. ana ℥j.
Borac.
Balſam. copaiv. ana ʒß.

ſing. gr. v. ut copiat omni trichorio M. F. S. A. pilulæ omni trihorio diei ſuperbibendo ℥j ſequentis vini Medicati.

℞. Rad. Angel.
—— Helenii. }
—— Imperat. } ana ℥j.
—— Zedoar. }
—— Zingib,
Cort. Winter.
—— Sambuci }
Fol. Abſynth. } ana ℥ß.
—— Centauri minor. }
—— Rutæ.
—— Sabinæ ana ℥j.

Conſciſſ. & confract. F. cum vino albo gallico pint. v. S. A. Vinum Medicatum.

Pilulæ nullo modo diatheſin inflammatoriam inducunt, & bonæ ſunt in perturbatione ſpirituum. Propoſitum nempe eſt, ut Ventriculus tali materie ſoluta, officio bilis fungente perpetuo madeſcat, uti & inteſtina, ſed non facile

facile in ſanguinem tranſeunt, inde additum eſt vinum medicatum, abſtineat à potu quantum poteſt.

In ſecundo Concilio Medicus ægrum examinare debet, ut ex reſponſis videat, an Diagnoſis, prognoſis indicata cum prioribus conferta mutent aliquid, an verò confirment; æger uſus eſt fideliter præſcriptis, & inde ſe melius utcunque habet, ſed oculi adhuc pallent, lingua paululum ſcabra, color ſine febre moderatus, reſpiratio expedita, ut in hydropicis ſæpe fit, appetitus bonus & moderatus, pulſus ſatis moderatus, ſed paulo debilis, tumor abdominis plus quam nuperrime cum duritie Ileum dextrum occupans, quaſi materies mollis locum occuparet, penis & ſcrotum æquè tumida ac ante, femur & crus paululum detumeſcere, urina potum excedit. An itaque mutatur Diagnoſis? certe nil novi apparet, niſi tumor ille abdominis, qui cum non valde durus ſit; videtur fieri ab eadem cauſa ac reliqua ſcilicet Leucophlegmatici. Prognoſis eadem manet, an itaque curari poteſt morbus methodo incepta? Reſpondetur omnis hydrops vel evacuatione vel diſſipatione tollitur; Evacutio eſt vel interna per purgantia, ſudorifera, vomitoria &c. vel externa & topica, quæ ut plurimum fit urgente neceſſitate: unde videtur diſſipatio tutiſſima, quia corpus roborat, cum evacuationes debilitant, ſed quoniam natura indicat vias urinæ prioribus addemus, quæ ad renes determinant.

Concluſio itaque hodierna erit quod confirmatur Diagnoſis & Prognoſis, Indicationes verò novæ accedunt, ut adjuvetur natura in expellenda materie per renes, & tumor ille

ope

ope frictionis cum unguento aromatico & Emplaſtro tali quæ partes ſubtiliſſimas inſpirent, diſcutiatur.

℞. Ol. ſtill. Caryophill. gutt. iij.
—— Juniper. gutt. x.
F. cum Sacchar. albiſſ. ʒij.

Eleoſaccharum, cui ſenſim admiſce ſpirit. ſtill. juniper ℥iij. Sal. dulcis ℥iv.
Sal Polychreſt. ℥j.
Rob. Sambuci ℥ij.
Aq. ſtill. fœnic. ℥xij.

Ut ſumat cochleare unum omni trihorio interdiu.

℞. Ung. Mart.
—— Nervin. } ana ℥iß.
Olea puriſſ. Thereb. ℥ß.
M.

Pro linimento.

℞. Emplaſtri de Cum.
—— Melilot } ana ℥jß.
M.

Extenſum ſupra linteum exhibe pro Emplaſtro abdominis.

Pergat in uſu pilularum & vini medicati.

Re omni examinata ſic ſe habet æger. Appetitus major, digeſtio facilis ſine tumore ventriculi, quod plurimum ad prognoſin in hiſce morbis facit, nam inde ſæpe anguntur, ſitis inci-

incipit fieri major, hæc in hydropicis ſæpiſſime à victu ſicco & medicamentis calidis, raro ab ipſo morbo oritur, accedit quod homo hic antea pro victu utebatur lacte ebutyrato &c. quod hydropicis nocet & hæc ſubito mutantur pro generoſis aromaticis. Lingua non adeo ſcabra, reſpiratio adeo expedita eſt ac hominis ſani, quod hic optimum eſt, nam tuſſis & reſpiratio impedita indicant tales multum exalteri. Pulſus debilis, lentus valde temperatus, alvus non obſtricta. Urina redditur ad duplum potus, qui paucus eſt ergo urinæ exceſſus eſt ab aquoſa lympha partes antea occupante, nullus adeſt abdominis tumor; ſenſit levamen ab Emplaſtro, cujus partes ſubtiles ſe intra vaſa, venoſa inſinuando totam corporis temperiem emendant, & perſpirationem ab interioribus ad exteriora promovent. Femoris tumor non major eſt, & paulo calidior, notare hic debetis, quod ſi femur hoc à ſtagnante lympha hoc momento liberum eſſet, erit tam macilentum ac brachium, ergo exceſſus hic vaſtus tantum fit à panniculo adipoſo infarcto, unde dicitur hydrops Anaſarca vel hydrops interius. Calor hic præſens, ut in omni hydrope bonus eſt, præſertim cum hiſce diebus membra fere ſponte frigeſcunt. Scrotum æque fere magnum ut ante. N. B. eſt hujus hic duplex morbus ſcilicet hydrops tunicæ vaginalis, qui hydrocele propriè dicitur, & tum intra tumorem ſentitur corpus durum ſcilicet teſtis, ſed eſt & alius ſcilicet hydrops membranæ celluloſæ ſcroti, quæ nunquam in Eunuchis pinguedinoſa eſt, hæc facile à lympha diſtenditur, uti hic videtis, & ab hydrocele multum differt, cum ſit extra tunicam vaginalem, præputium contrahitur retrorſum, quia

quia nempe celluloſa ejus membrana valde dilatabilis infarcitur. Simile quid aliquando in lue venerea fit, quando caries eroſerit membranam præputii, quæ tunc tota tumet, adeo ut inde viderim penem brachio craſſiorem. Nulla hic adſunt ſigna læſi viſceris. Hæc verò ſunt febris hectica, quæ omnibus communis eſt, ſi pulmo affectus ſit tuſſis vel reſpiratio impedita, ſi hepar Icterus, ſi ſplen color lividus totius corporis, ſi pancreas, dolor cancroſus circa ea loca, ſed nulla talia hic ſunt,

Concludendum itaque hac vice, quod diagnoſis, prognoſis & indicationes eædem manent, nam omnia ex voto ſuccedunt. Dicit *Hippocrates* quod ſi exquiſita præſcripta ſint medicamenta & effectus inde ex voto non ſuccedant, in iiſdem tamen perſiſtendum eſſe multo certe magis, ſi omnia uti hic in meliora mutentur.

Iterentur itaque pilulæ, vinum medicatum, miſtura diuretica, linimentum & Emplaſtrum in eoſdem uſus.

Conqueritur æger hodie de languore & appetitu proſtrato & Diarrhæa.

Reliqua ſunt ut prius. In hiſce morbis quando materies ſtagnans in venis reſorbetur ſolet viſcera obruere & debilitare, hinc imprimis defici ulcus & inteſtina.

Prognoſis. Acre frigus retardat vim medicamentorum, nam jam adſunt omnia ſigna frigida temperiei, hinc quamdiu durat glacies, non ita cito curabitur.

Indicatio eadem mane ſcilicet movere materiem & per vias urinæ educere, aut etiam per alvum monſtrante natura ope hydragogi, ſed ultimum hoc vetat frigus, nam deberet

ſæpe

ſæpe denudare corpus magno cum incommodo.

Concluſio itaque erit ut priora continuentur ſed loco miſturæ proponatur alia appetitum magis excitans, & primas vias confortans.

℞. Aq. Still. cortic. Aurant. }
—— Meliſſæ } ana ℥iij.
—— Cinnamomi }
Spirit. Vitriol. Matthiol. ℥ij.
—— Stomach. ℥jß.
—— Salis ℥j.
Syr. rad. 5. aperient. ℥jß.
M.

Sumat cochleare unum omni hora vel bihorio in languore.

Pergat in uſu pilularum, Vini medicati, Linimenti & Emplaſtri.

Diarrhæa biduum ante ultimum concilium ſuperveniens adhuc manet ſine teneſmo, prius ad quinque vices ſpatio Nuckthemeræ urgebatur, nunc paululum minuitur.

Remediis ultimo præſcriptis ad confortanda, & roboranda viſcera, diſſipandam aquam, & roborandum corpus non uſus eſt, unde natura ab illo tempore vacillat.

Appetitus penitus proſtratus eſt à repercuſſa aqua ad viſcera abdominalia, accedit quod parum hic inſtructi ſint, gratis medicamentis ſine febre, ſenſus conſtant, ſomnus copioſus eſt refocillans, durities tumoris femoris major, ſcrotum minus, abdomen flaccidum lingua adhuc ſcabra. Videtur homo hic inquietus deveniſſe metu ne moriatur, hinc renuit omnia medi-

medicamenta, quamvis confitetur, quod inde ſe multo melius habuit, nunc verò ſuſpicatur omnia, & cogitat de tranſmigratione. Diagnoſis. Morbus idem manet, ſed pejor, oriebatur enim ab animi perturbatione, nunc iterum ſuæ cauſæ committitur, nec medicamentis juvatur, unde debilitantur magis ſanguis & viſcera, & magis obruitur corpus humore aquoſo. Prognoſis. Nulla adhuc apparet ſigna viſceris læſi, nulla enim adeſt febris hectica, nullus color flavus à corrupto hepate, nullus color lividus vel plumbeus ſplenem obſeſſum indicans, aut difficilis reſpiratio à læſo pulmone nulla? Ergo non videtur, ſubita ſecutura mutatio, ſed tempeſtas frigida, viſcera debilia, ſanguis iners, prognoſin pejorem reddunt.

Accedit, quod metu mortis & cadaveris ſectione inquietus fit, augetur prima morbi cauſa, dein medicamenta refocillantia renuit, adeoque ſi ſic pergat, ſenſim deficiet, imprimis ſi durante frigore hinc diſcedat, & medicamentis deſtituatur, manebit enim macilentia, obruentur magis magiſque viſcera, donec intra ſe quaſi ſepultus ob lympham ſeroſam à rubro ſanguine ſecedentem, & interim ad finem morbi excitantem deficiet: nam

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops
Nec ſitim pellit niſi cauſa morbi
Fugerit Venis & aquoſus albo.
Corpore languor.

Si verò redeat tepor acris, animus tranquillus, & bono utatur victu & medicamentis melius ſe habebit, imo promittere fere poſſum quod integre reſtituetur. Indicationes eædem manent, ſed occaſio applicandis remediis deeſt

eſt, nam omnia renuit ob nauſeam uti ait, cum tamen medicamentum gratius excogitare nequeo, quam eſt miſtura ultima, incaſſum alia præſcriberentur, commendandus eſt illi ſimplicis vini uſus loco medicamentorum.

N. B. In felix ille homo bihorio poſt deceſſit ex Noſocomio, ad domum ſuam & paupertatem priſtinam, ubi manente frigore in dies plus languebat, morbi eventus deficit.

Rheumatiſmus.

Puella conquiritur de doloribus vagis nunc artus, nunc dorſum & ſcapulas occupantibus imprimis carpos.

Eſt hæc Niſocomii ancilla, quæ noctu ſæpe cogitur è lecto ſurgere ad opem ægris ferendam. Interdiu verò nunc ſupra vaporem carbonis igniti, ſed & nunc acri frigore exponitur; viſſitudines hæ, caloris & frigoris efficiunt, ut hæreat lentus humor circa vaginas tendinum imprimis, ſed non inflammatorius, nulla enim adeſt febris, hinc nec Venæ ſectione tollendus, lentor enim hic ab inerti & mucoſo ſanguine & ſtrictis vaſis oritur, & hiſce temporibus eſt morbus frequentiſſimus, qui feliciſſime ſemper curatur, decocto penetrante & ſimul laxante blando, ſic enim expeditur materies & relaxantur vaſa.

℞. Lig. 3. Santall. ana ℥j.
Stipit. Dulcamar. ℥ij. Coque
cum aqua ſimplici vaſe clauſo, ſpatio 1 horæ adde

Ligni. Saſſafr. ℥iv.
—— Glycyrrh. ℥jſs.

Ebulliant iterum. Decoct. ℔ vj. exhibe. Bibat ℥ij. calidas omni bihorio interdiu.

Mulier Phtyſica facta ex Utero exculcerato.

Honeſta Mater familias annos 65. nata, liberos duodecim peperit & aliquoties abortivit, per multos annos vegeta ſatis, nec gravi unquam morbo corrupta, ſibi ſuæque familiæ victum honeſtâ induſtriâ quæſivit. Juxta tempus mulieribus conſuetum ſcilicet intra quadrageſimum & quinquageſimum annum à Catameniis erat libera. Ante novem menſes cum pondus magnum elevare conaretur uno impetu, uteri prolapſum violentem paſſa eſt, extra pudenda delapſi, non vaginæ inverſionem ut quandoque accidit. Perterrita, & rei ignara remedium penitus contrarium adhibuit, nam ut pendulum uterum à ſordibus coagulati ſanguinis abſtergeret frigida aqua partes lavit, unde dolor multum exacerbatus fuit, dein vulgato inter mulierculas conſilio uterus panno violaceo colore tincto prehenſus in ſitum naturalem reponebatur. Succeſſit hæmorrhagia ſatis notabilis, remiſſionibus interpolata, non ritè ſanata, hanc incipiabat ſtillicidium ingens ſeri mucoſi, ut fieri ſolet poſt novam hæmorrhagiam recrudeſcens. Acceſſit tandem febris continua quotidie exacerbata; ab eo tempore huc uſque fere permanens quibus cum inopia &

& defectu boni medicamenti concurrentibus, totum fere corpus maraſmo contabuit.

Appetitus fere deletus, ſitis ingens, alvus ſatis reſpondet, urina ſponte effluit, nec retineri poteſt. Febris fere manet perpetua. Facies Hectica-Hippocratica cum rubore ſplendente genarum: Pulmones oppreſſi materia ſubpurulenta, ut heri quando aderam, videbatur brevi ſane defectura, unde tunc temporis conatus ſum ſequentem præſcribere emulſionem.

℞. Amygd. dulc. N°. xx cum aq. hordeat.
fiat emulſio cujus ℥xvi adde
Syri Althæ. Fernel. ℥iſs.
Aquæ ſtillat. Cinnam. ℥j.

Videtur morbus nec à temperie nec malo aliquo prægreſſo perperam tractato oriri, ſed per cauſam externam accidiſſe, ut multis contingit, quæ ſæpe pepererunt, hiſce enim ligamenta uteri laxata, non tam firmiter vi illata reſiſtunt, quando nempe aër copia magna in pulmonibus retentus, rarefactus, diaphragma & viſcera abdominalia deorſum contra uterum urget, facile exprimitur, ſi verò perita manu repoſitus fuiſſet, nil inde ſecutum fuiſſet mali, corpus enim adhuc quoad fabricam forte apparet, debile verò quoad vires.

Repoſitio Uteri fit partem ilico fovendo ope decocti laxantis cum pauco ſalis admiſto. Dein mulier reſupina ponitur cruribus deductis, lumbis elevatis, ſcapulis depreſſis, in expiratione leviter introtruditur. Uteri ſitu ritè obſervato. Poſtea crura adducta retinentur ope ligaturæ, ut ſi ægra quatuordecim dies quieſcat in lecto, nunquam aſſurgat, victu ſuo facile digeſtibili

utatur & parum bibat, feliciter plerumque ſanatur.

Poſt diuturnum verò Rheumatiſmum Uterinum vix ſanatur hic morbus niſi gerendo diſcum intra vaginam horizontaliter poſitum, qui uterum ſuſtineat, prolapſum verò, pro prima vice à cauſa externa methodo dicta ſæpe curatum vidi.

Ægra hæc uterum extra ſitum per ſex ſeptimanas geſſit, hinc vaſa laxata, circulatio perverſa & ſtagnatio inducta in vaſa, quæ tandem rupta hæmorrhagiam produxere violentam ſuccedente quaſi lotura carnis, dein ſero mucoſo; Interim viſceribus debilibus & inopia boni conſilii cruditates ortæ ſunt, unde totum corpus exhauſtum. Febris non videtur Epidemica, quia hæc hoc tempore ex intermittentium natura eſt. Eſt ergo ſymptomatica ab inflammatione & ſuppuratione harum partium orta, hectica tandem facta à cruditatibus ſanguinem occupantibus, quæ tandem ut fieri ſolet, pulmonem nunc occupat, rejecta ſcilicet in minutias arteriæ pulmonalis, quas tranſire nequit, unde ibi accumulata pulmonem opplet.

Diagnoſis morbi videtur itaque eſſe maraſmus ortus ex contabeſcente ſanguine per copiam maligni humoris & puris per venas abſorpti. Nam vaſa ad uterum & vaginam inverſa, inflammata & ſuppurata tandem hæc producunt. Hinc etiam ſphincter turbatus & officii ſui oblitus urinam retinere non valet.

Prognoſis. Quando heri hac hora accedebam, ægram deprehendi debilem oculis lacrymoſis ſordeſcentibus, oppreſſam, anheloſam tuſſe vexatam, uti vix vitæ ſuſtinendæ par videbatur, multæ itaque rationes concludunt ægram tabe

&

& maraſmo confectam, brevi obituram, paucæ vitam longam promittunt. Corpus quidem ſe habet, ut ſpes eſſet ſanitatis, niſi fomes mali hæreret ad uterum, adeoque ſi omnia ritè ſuccedant alia, manet hic fixus.

Hinc metuendum eſt, ne ſanguis magis magiſque pure infectus pulmones obruat, unde ſuffocatio lethalis.

Ergo cauſa, ætas, morbi gradus, tempus hybernum ſpem vetant, ſed cum nulla ſint putredinis ad viſcera ſigna tentandum, ut vita ſaltem lenior reddatur.

Cura. Indicatio præcipua erit per victum & medicamenta corpus hoc exhauſtum, aridum, ferè tabefactum ſuccis laxantibus replere, qui ſunt vera in hoc caſu cardiaca. Nec vulgata hoc nomine ſtimulantia cardiaca conveniunt, quæ vitam fortiorem per paucas horas efficiunt poſtea debiliorem multo relinquunt. Si ſucci hi ritè degerantur, poſtea aliis medicamentis erit locus.

An aggrediendus eſt mali fomes? Scilicet uterum detergendo an ſiſtendo febris hectica? Sanè hæc omnia plus movendo corpus hoc debile magis debilitant.

Hinc Axioma Medicum conditur, ſcilicet quando indicatio vitalis cum aliis urget, priori ſupra omnia proſpiciendum.

An ſymptoma pulmonis levandum? Hoc fit expectorantibus, hæc ſunt vel blanda lenientia, vel tuſſim moventia hæc vetat debilitas. Illa cum prima indicatione conincidunt.

An dolor ad lumbos per fomenta levandus: hæc in debili corpore citiſſimè frigeſcunt, unde plus nocent.

An hoc Opiatis tentandum? Sane ob eandem

dem debilitatem non audeo. Ergo laxantibus ut in indicatione prima, ſolis hoc tentandum.

Sit itaque potus ex aqua cum avena coctа & æquali lactis copia admiſta, cum pauco cinnamomo & ſaccharo. Victu utatur ex jure carnium recente cum Oryza, miliove &c. admiſta præcipue verò Oryza, quæ tam cito non aceſcit in debili hoc corpore. Debet ſumi frequenter & paucâ copiâ ſimul. Hæc omnia non ſunt merè aquoſa, ſed vi plaſtica & nutriente prædita, ut & puri oppoſita.

Putabam apozema leniter detergens præſcribere, ſed non audeo, itaque emulſio præcedens per tres dies vicem ſupplebit. Ut verò tuſſi magis proſpiciatur oleum lene exhibebo.

℞ Ol. amygd. dulc. ℥iij
Capiat ʒj omni bihorio.

Ægra præſcripta citiſſima vomitu vel anxietate rejecit, appetitus vix ullus ſed naturaliter in acida inclinans, hinc jura carnium repudiavit, & lac ebutyratum maluit, ſitis ſatis magna à tabida ſiccitate potius quam malignitate, ut videtur orta, alvus ab ultimo concilio bis figuratas fæces depoſuit, quod in hoc malo maximè laudatur, nihil enim plus metuendum eſt quam diarrhœa, quæ ſuperveniens citò ægram auferret, urinam jam retinere poteſt, ſed præ debilitate vix movere corpus valet, unde ægrè demittit.

Pulſus idem ac antea ſcilicet debilis, adeo ut vix ſentiatur, tamen non nunc debilior.

Reliqua ſymptomata potius meliora quam pejora. Diagnoſis itaque manet eadem, uti & cauſa morbi prius detecta.

Pro-

Prognoſis an mutanda? Nihil ex præſcriptis malè ceſſit, ſi quid mutandum ſit, in melius mutatur, tamen hæc adeo parum apparet, ut nondum ſperare licet, ſed metuere ne corpus in dies plus conſumatur, pulmo plus oppleatur, & humores magis corrumpantur pure, unde tandem ſuperveniat diarrhæa certiſſimè lethalis.

Indicationes. An tanta adhuc manet debilitas & humorum penuria ut adhuc replendum ſit corpus, nec adhuc detergere? Certe detergentia ſunt magnâ copiâ aſſumenda, cumque ſit maſſa iners à vi vitæ tantum movenda, corpus ea adhuc ferre poteſt, ſed in hydropem laberetur. Ergo quamdiu nauſea non repugnat in iiſdem erit pergendum. An ſtimulans aliquid cardiacum addendum? De hiſce in Inſtitutionibus agens docui, quod alia ſint cardiaca, quæ in noſtram ſubſtantiam convertuntur, alia quæ grato ſtimulo agunt, priora jam præſcripſi, nec aliquid ex poſterioribus adhibere audeo, niſi fortè vinoſum aliquid, ut tuſſis magis expediatur, quæ debili laterum concuſſu fieri modo nequit. Ergo concluſio hodierna eſt, ut primæ indicationi prioris concilii ſatisfiat, & pectus levetur leniſſimo ſpirituoſo cardiaco.

Iteretur ultima emulſio & oleum amygdalarum in eoſdem uſus.

℞ Aq. ſtill. cort. Aurant.
—— Meliſſæ ana ℥iv
Spirit. Vit. Matthioli ℥iſs
—— pector. ℥ij
Syr. papav. albi ℥iſs.
M.

ut ſumat ℥β omni trihorio diei ſuperbibendo ℥j vel alteram lactis calefacti. Nil plus nutrit

quam oleum preſſum amygdalarum dulcium, & emuſio ex iiſdem: levi ſtimulante Cardiaco liberabitur paululum pectus, ſyrupus paraveris tuſſim titillantem lenit, & lentum expedit.

Ægra hæc videtur ſe pejus habere, deficiunt enim vires, & corpus quotidie exſiccatur nec medicamentis quicquam proficimus. Videtis nunc genas collapſas penitus liveſcere, ut in moribundis accidere ſolet, & lacrymas ex oculis ſponte fluere, quod peſſimum eſt, quando enim hæ ſine aliqua prægreſſa evacuatione, aut motu magno, aut animi affectu, aut denique morbo evacuationem venarum impediente fluunt, ex ſola debilitate proveniunt, & indicant ægram cito à defectu virium morituram, auditis ſtrepitum magnum & tuſſim ſine levamine ab expectaratione, quæ non à motu materiei, ſed mole inhærente in bronchiis oriuntur. Hoc autem malum etiam eſt ſignum, cum enim tuſſire cogatur ſine expectoratione, levamine muſculis abdominis & reſpiratione defeſſis, & viribus conſumptis inde fit ægra. Alvus antea ſtricta pro prima vice heri inſcia ægra ſolvebatur cum multa aqua; ergo metuendum eſt, ne putridâ ſuperveniente diarrhæâ è medio cito tollatur. Materies ex Ictero fluida ſolita biduum abhinc ſiſtitur, hoc verò accedente Medicus conſiderare debet, an ex defectu virium, an verò ex iiſdem inſtauratis, & materie in alium locum pulſa, cum levamine oriatur. Omnia ſane hinc docent ſymptoma hoc à virium defectu provenire; & malum admodum eſt ſignum. Dicebat enim *Hippocrates* ſi ulcera antiqua ſine ullo percepto levamine fluere deſinant, actum eſt, notat enim circulationem fere extinctam.

Dia-

Diagnoſis itaque eadem manet. Prognoſis. Quoniam defectus virium quotidie ingraveſcit, cum cæteris pravis ſymptomatibus, certe nulla ſpes relinquitur. Quidnam itaque indicatur? Certè fere neſcio. Jam enim omnia contra maraſmum tentavi ſine ſucceſſu. Dicit *Hippocrates* mala ſuis oppoſitis eſſe tractanda, ergo diſſiccatio humectantibus dedi itaque cibos potus, medicamenta, quæ vaſis adhærerent, nec tam cito abluerentur tamen incaſſum. Quid magis humectat, nutrit, vaſa replet quam lac, emulſiones, decocta farinoſa & ipſum oleum. Hæc omnia copia ſatis magna & ſine nauſea accepit, tamen corpus manet aridum, nec iis aliquo modo repletum, ergo tentavi omnia niſi balnea, quæ adhiberi nequeunt. Quid itaque agendum, an Cardiaca refocillantia? Certe non; hæc enim quantum novi nequaquam in corpus noſtrum convertuntur, ſed ſolummodo vi aromatica ſtimulante agunt, unde Phtiſi nocent corpus aridius reddendo, ergo in ſolis emollientibus & humectantibus remediis perſeverandum, ut ſi quidem poſſibile ſit vaſa depleta repleantur. Iterentur itaque omnia ultimo præſcripta. Hæc forte vitam aliquatenus prolongabunt, ſed mihi videtur præ defectu virium vitam cito defecturam, & nunc quod alvus laxior evadit, metuo ne Diarrhæa ſuperveniens eam occidat, præcipue ſi medicamenta laxantia propinentur, dein metuendum eſt ne materies per ulcus excerni ſolita, nunc remanens in pulmones delata eos cito oppleat in vaſis minimis ſtagnet, & tantam faciat reſiſtentiam, ut viribus eam propellere non valentibus peripneumoniam lethalem inducat, vel ſi materies in bronchiis ſecernatur, & viribus

deficientibus excerni nequeat, omnem viam aëri intercipiat, ſicque deſinat circulatio, nam videtis jam quanta cum moleſtia aërem ducit.

Miſera ægra cujus exhauſtum cadaver ibi jacet, poſt ultimum veſtrum deceſſum incepit pulmones habere ſenſim magis magiſque repletos, reſpirationem continuò magis impeditam, ſtrepitum in gutture auctum, donec tandem ſuffocato pulmone extingueretur ſine ulla evacuatione vel ſymptomate novo. Itaque via in mortem prædicta fuit vel ab oppreſſo pulmone, vel diarrhæa putrida, quæ ultima tamen non evenit, ægra à priore ſuffocata. Hinc videtur quod nil amplius præſtari potuit, ſi enim primo quando huc delata erat, tentaſſem detergentia, inde accelerata fuiſſet mors, ſed replentia & humectantia; optima ſane quæ novi in caſſum adhibebantur. Hinc eventus morbi teſtimonium eſt, rei infeliciter ſed ritè geſtæ. Speraveram in cadavére hoc quo magis exſuccum vix videbitis, vobis montraſſe tres ventres pleniſſimos ſuis propriis viſceribus. Credo prætereа quod viſuri fuiſſetis exulcerationem ingentem ad uterum, nam poſt delapſum ejus per vaginam, os internum in ſitu ſuo manet, & pars uteri interior aëri exponitur, ligamenta lata & rotunda trahuntur deorſum, quorum vaſa in uterum patent, cum itaque à ſitu deturbatur uterus, fit ſtagnatio ad loca intorta, & compreſſio unde poſt rupturum hæmorrhagia, inflammatio & ſuppuratio, ut teſtantur dolor & ardor ad loca illa & materies purulenta per vaginam in lectum defluens uſque ad triduum ante mortem.

Hinc quatenus conjicere poſſum Diagnoſis, Prognoſis, & indicationes inde deductæ hujus morbi

morbi veræ erant, unum tamen deficit, ut certe vidiſſemus, an re verâ in cadavere talis locus ſic fuerat affectus, uti dictum eſt; Circa hanc rem notare debetis, quod ulcera omnia ante mortem exſiccata, ut hic fuit, in cadavere longe aliam præbent ſpeciem ac in corpore vivo, fiunt enim incredibiliter minora à vaſis contractis & exſiccatis ante mortem. Hujus rei inſigne exemplum mihi videre contigit, ante viginti annos, cum tractaveram hominem ſpina ventoſa laborantem, cujus manus affecta ad minimum ſextuplo major erat altera ſana, cum verò nullis levaretur remediis, incidit tandem in atrophiam, octiduo ante mortem incepit ſubſidere manus donec tandem alteram non excedebat magnitudine, excepto ſole oſſe, quod non tantum detumuit, Ergo in cadavere non debemus expectare ulcera adeo magna ac in vivis aliquod tempus ante mortem videntur. Hæc præcipua ſunt, quæ in cadavere oſtendere cogitabam, ſed honeſti mulieris amici hic ſe interponunt precibus itaque ſine ſumma fere injuria hoc aggredi non poſſum.

Febris Rheumatica.

Homo accepit febrem ante aliquot dies, quæ omnibus ſymptomatibus videtur interpolata fuiſſe magis à frigore, quam quod ex genere intermittentium ſit. Pulſus reſpiratio, facies docent febrem non eſſe magnam, & ex eo genere, quæ febres Rheumaticæ dicuntur.

Curatur hæc febris facillimè ope medica-

menti penetrantis non nimis Aromatici v: g.

℞ Santall. trium. ℥j
Glycyrrh. ℥ij

ebulliant cum aqua ½ horæ ad finem. Adde
Raſur. lign. Saſſafr. ℥iv

ebulliant iterum parum vaſe clauſo.
Exhibe decoctum ℔ vi. ut bibat ℥ij calidè omni bihorio.

Febris ultimi decocti uſus profligata fuit, manet jam tuſſis ſine alio malo.

℞ Succi Glycyrrh. inſpiſſat. ʒij
Solvat in aqua ſtillat. fænic. ℥x
Capiat cochleare unum quater de die.

Quartana Exquiſita.

Homo ante 30 ſeptimanas accepit quartanam, adhuc perſiſtentem, quæ toto tempore non vacillavit, ſed eadem ſemper rediit hora. Nulla adſunt malignitatis ſymptomata, nec abdominis, nec crurum tumor, in hoc enim ſemper inquirendum eſt in hiſce morbis, an nullum adſit læſi viſceris ſignum, & corpus bene morbum fert.

Diagnoſis patet eſſe quartanam exquiſitam benignam. Prognoſis. Superabitur facile. Cura non eſt nimis cito ſiſtenda, regula enim eſt in praxi quod quando quartana accuratè obſervat ſuum

ſuum typum, ſine malis ſymptomatibus comitantibus, vitam firmet, ſi itaque ferri poſſit uſque in vernum tempus ad longævitatem diſponet, hinc Veteres in hoc caſu leviſſimum purgans exhibebant, ut ſenſim ſubduceretur, materies ſaburroſa ex paroxiſmo relicta, cum aromaticis lenibus ad roboranda viſcera, unde ſenſim imminuta materia diſpareat tandem febris ſine noxia corpori illata. Itaque

℞ Aq. ſtill. Menthæ ℥xiv
Elixir. pptis. ʒvj
Spirit. Antiſcorb. ℥iij
Syr. Alth. ℥ij
Sal. volat. oleoſ. ʒij
M.

ut bibat ℥ß omni bihorio diei. Hæc molliter ſolvent, & leniter alvum ſubducent.

Homini huic de diuturna quartana conquerenti exhibitum fuit remedium non ad ſiſtendam febrem, ſed coquendam materiem, ut ſcilicet talis medicamenti uſu diſponeretur corpus ad curam perfectam. Jam verò à duobus ultimis paroxyſmis liber evaſit, quod imprimis attribuendum eſt calori aëris & vi moventis non ſiſtendi medicamenti. Hinc antiquum obſervatum confirmatur quod tales morbi optimè à calore curantur.

Dolor Ventriculi.

Puella inter viginti & triginta annos conqueritur de dolore Ventriculi poſt paſtum ſemper aucto, ſine alio prævio ſymptomate.

Huic malo obnoxiæ ſunt plurimæ fæminæ, quæ imprimis multos potus aquoſos bibunt. Ei verò occurrere ſolent ſemen Santonici Abſynthii vel ferrum.

℞ Sem. Abſynth. ℥j
Limat. Martis ʒß.
M. F. pulv.

Cujus ſumat omni bihorio interdiu digitabulum plexum.

Puella hæc ab uſu pulverum præſcriptorum dicit ſe bene habere, & re verâ talis dolor Ventriculi, ſi non à ſcirrho oriatur ſic ſolet ſanari. Jam verò conqueritur de ſudore nocturno à duabus prægreſſis noctibus, qui poſt uſum martis à ſanguinis motu aucto provenire ſolet. Ergo iterentur pulveres ultimo præſcripti.

℞ Diaſc. Syl. ʒß.

Sic vaſa nimis dilatata conſtringuntur, & motus ſanguinis vi Opii minuitur.

Hæmoptoæ.

Mulier 42 circiter annorum, cui menſes nondum deſiere, ſex abhinc ſeptimanis in ſputum ſanguinis incidit cum tuſſi, ſine ulla evidenti cauſa, ſicque ut videtis ſanguinem floridum cum tuſſe ſemper rejicit per intervalla, quem itaque puto provenire ab arteriâ quadam minutâ

minutâ ruptâ, ex quo ſanguis magnâ ſatis copiâ ſecretus tuſſim excitat, & per eam rejicitur. In hoc caſu inquirendum eſt à Medico ſummopere, an ſputum poſt violentum corporis motum accidit, tunc enim à vaſis pulmonis dilaceratis vi motus, ſi verò à nulla manifeſta cauſa oriatur, tum fit plerumque ab eroſione per ſanguinem nimis acrem, & eſt hæc hæmoptoe ſemper peſſima, tunc enim eroſis vaſis æger ſæpe ab hæmorrhagia moritur, vel poſtea à tabe, ex ulcere vulneris inflammationi ſupervenienti orta, quid ergo eſt hic metuendum. Quid itaque agendum? Cavendum ſummopere ab omni eo, quod ſanguinis motum auget, ne augeatur hæmoptoe, itaque ex largo vulnere fiat Miſſio Sanguinis ad ℥xij, ſic enim compeſcetur ſanguinis motus & labiorum vulneris inflammatio præcavebitur. 2. Dentur emollientia & opiata, quibus acrimonia ſanguinis obtundatur & ſenſus irritationis tuſſim excitantis tollatur. 3. Adſtringentia vulgo dicta, quamvis hæc parum tanquam adſtringentia proſunt.

℞. Sem. papav. albi. Amygd. dulc. ana ℥ij
Contundantur ſimul, ſenſim affundendo
aq. ℔ß
ut fiat Emulſio, cui admiſce ſyr. papav.
Albi ℥iiß.

accipiat Cochlear. ij omni hora leniter tepida ſi enim calida ſumantur, nimis motum augerentur, ſi frigida tuſſim.

℞ Lap. Hæmatit. Contritiſſ. ʒß
Syr. Myrtini. ℥ß

Aq.

Aq. papav. Rhæad. ℥viij
M.
ut capiat ℥ß omni trihorio.

Alterum eſt apud veteres remedium ad ſiſtendum motum ſanguinis à recentioribus prætervifum, ſcilicet ligatura artubus injecta, his enim ſanguis omnis, qui in extremis magna ſemper copia eſt, ibi retinetur, nec ad cor cito pervenit, unde vaſa rupta non tantum dilatantur. Ubi verò imminuta eſt hæmorrhagia tunc ligaturas paululum ſolvunt, nec membrum ſuffocaretur, non verò omnes ligaturas ſimul, ſed ſenſim unde optimè præcavetur hæmorrhagia.

Hic verò jam non opus eſt, ſi tamen ingraveſcat, multum applicabuntur. Abſtineat ab omni victu calido, ſalſo, vel ſtimulo quocunque motu, frigore aut calore.

Vidiſtis mulierem hanc tuſſi acerrima vexatam & cum ſuffocationis metu antequam tuſſiebat, tempore à tuſſe libero redibat oppreſſa cum ſtrepitu in pectore, & poſt ſingulam fere tuſſim rejiciebat ſanguinem floridiſſimum ſpumoſum non grumoſum non penitus floridum, vidiſtis quod ſi per breve tempus non tuſſiebat, fiebat anxia, & minitabatur animi deliquium.

Dictum fuit ægram hanc vitam ſemper ſanam degiſſe, ſed ante quatuordecim dies incidit in tuſſim ſatis lenem poſtea in ſputum ſanguinis, quod ſedatum primo recrudeſcebat, ut ante quatuor dies violentiſſima fuerit. Nulla cauſa externa inter ſex res non naturales deprehenſa fuit, unde concludebatur grave hoc ſymptoma ab interna cauſa ſcilicet ſanguinis acrimonia.

Hæ-

Hæmoptoe ſive Hæmoptoſis dicitur propriæ ſanguinis per tuſſim rejectio, ſi enim ab ore tantum proveniat ſanguis, cauſam agnoſcit ſcorbutum, & eo refertur; ſi vomitu rejiciatur, eſt morbus longè alius: ſi verò à larynge aſpera arteria bronchiis vel pulmone proveniat, eſt verâ hæmoptoe.

Quæritur ſummopere & meritò quidem quomodo cognoſcatur Hæmoptoës ſedes.

Reſpondetur 1. ſi ſanguis a larynge proveniat, tum ſentitur titillatio ad illum locum ſcilicet Tracheæ ſuperiora, inde oritur tuſſis & paucæ ſanguinis guttulæ rejiciuntur. Eſt hic morbus ſine periculo.

2. Si ipſa Trachea ſit locus affectus, cognoſcitur titillatione magis profunda quam prior, tuſſim excitante, quæ ſanguinem paucum floridum rejicit, ſed abeſt ſenſus oppreſſionis in thorace. Hæc ſpecies etiam facilè curatur, nam pulmo non afficitur. Hinc multi jactantur adeo de cura Hæmoptoes, quam adeo metuunt periti Medici.

3. Si ſanguis ex membrana bronchia ſuccingente proveniat, tum rejicitur cum muco admiſto. Auſus fui & in hac ſpecie bona prædicere, nam morbus in arteria bronchiali non verò pulmonali hæret, & certe ſputum tale cum ſtrigmentis ſanguineis ſæpiſſime in diuturna gravedine videtur ſine periculo. In hiſce minuendus eſt impetus ſanguinis, nec nimia ejus vi vaſa plus dilatentur.

4. Ultima denique ſpecies eſt quando per ruptum arteriæ pulmonalis ramum ſanguis immediatè ex Ventriculo cordis dextro in veſiculas deponitur. In hoc caſu rejicitur cum profunda titillante tuſſe ſanguis floridus ſpumoſus;

ſus; magna copia per brevia intervalla ut ſupra dicitur.

De hac hæmoptoe caveant Jactatores, ne nimis promittant, (ſi nempe à cauſa externa non proveniat, tunc enim non tam lethalis eſt.) nam ex mille decumbentibus vix unus emerget. Fit hæc ultima ſpecies quandoque à vulnere pulmoni illato, & tum periculoſa quidem eſt, ſed ſæpe tamen curabilis, talem caſum olim curavi in ſtrenuo duce bellico.

Si itaque à cauſa aliqua externa fiat hæc hæmoptoe, major manet ſpes, quoniam humores adhuc boni & blandi dimanent.

Si verò Hæmoptoe ab arteria bronchiali eroſa, non vi externa rupta, ſed à ſanguine acri ſalſo exeſa proveniat, caveat Medicus, ne multa promittat, eſt enim morbus fere lethalis, in inſulis Britannicis adeo frequens, & in Phthiſim ſuppuratoriam fere deſinens, talis eſt miſeræ hujus ægræ caſus. Si eroſio talis fiat in membrana inter veſiculas ſive in Areolis Malpighii opprimitur ſenſim pulmo vomica tecta in hoc caſu non advertitur hæmoptoe, ſed infeſtat fere tuſſis ſicca, dyſpnæa febris ſupervenit hectica.

Vomica latens in dies augetur cum prioribus ſymptomatibus auctis, donec rupta tandem puris magnam copiam cum ſanguine uno ferè impetu reddat, manente Phthiſi pulmonali verò ad mortem uſque, ſi verò non rumpatur vomica, augetur tamen in dies, donec totus fere pulmo in ſaccum purulentum converſus, aëris ingreſſum præcludens ægram ſuffocat. Quæritur jam ex qua parte pulmonis proveniat hic ſanguis? Videtur ex profundiſſima, ſed prius collectus, non prodit facile,

ſed

ſed magno cum tuſſis conamine. Cauſa videtur ſola pendere à ſanguine & debili pulmone.

Quid in ſanguine accuſandum? Videtur peccare acrimonia non atrabilis. Quo uſque provectus eſt morbus? Videtur adhuc in ſtatu vulneris non vero ulceris manere. Prognoſis quid promittit? Crediderim vix ita ſanari poſſe ægram, quin malum returgeretur, ſuppuretur tandem pulmo, & Phtiſis denique ſuppuratoria ſequatur, nam memini me vidiſſe Phtiſim ſiccam poſt hæmoptoen inſecutam. An itaque nil apparet ſpei? Certe Hæmoptoe facilius ſanatur in ætate tenera quam provecta, illa enim facilius fert ſanguinis ſubductionem quam provecta. Dixerat *Hippocrates* Phtiſim raro poſt 36 annum oriri, & verum eſt, nam poſt eam ætatem pulmo multo fortior fit & ſanguis blandior, adeoque quando poſtea fit hæmoptoe, debuit morbi cauſa tanto fuiſſe fortior.

Quid itaque agendum eſt. 1. Juberem Miſſionem Sanguinis ſingulis 14 diebus per duas menſes, nam magnum malum, magnum requirit remedium, metus enim eſt ſuppurationis vel novæ hæmoptoes & debilia vaſa, accedit quod non tantum metuendum ſit à V. S. in corpore muliebri, ubi omni menſe naturaliter excernitur ſanguis ob plethoram. Adeoque hac ratione tentavimus plethoram præcavere. 2. Debet perfectè quieſcere ſine ullo motu muſculari quantum poſſibile eſt, ne impetus ſanguinis augeatur, imprimis cavere debet à loquela, riſu, clamore &c. 3. Vitanda moventia & ſtimulantia, hinc omnia acria ſalſa &c. prohibenda. 4. Impedienda quantum fieri poteſt tuſſis per opiata. 5. Sit potus ex lacte recentium triplo aquæ, victus ex partibus æqualibus lactis

&

& aquæ. Hæc eſt exquiſita diæta lactea, lac enim purum dari non debet, ne coaguletur, nec ultra ℥j vel ij ne gravetur pulmo 6. Medicamenta fere nulla danda ſunt, niſi quæ eandem habent vim, uti Decoct. flor. Althæ. glycyrrh. vix habemus ultra hæc. Itaque in ægri gratiam hæc variari debent, dum Medicus manet in eadem indicatione. An itaque nihil de aſtringentibus addendum? Certum Hæmoptoe adſtringit ſe ipſum; ſi motus ſedetur. Dein adſtringentia ſi pulmonem pervenirent, totum viſcus ſimul adſtringerent, unde fieret ſuffocatio. Dabimus tamen lapidem Hæmatit. &c. non ad adſtringendum, ſed ad abſorbendum. An danda balſamica ad præcavendam ſuppurationem? Eſt hic certe error vulgaris nam bene norunt Chirurgi, quod balſamica egregie promovent ſuppurationem. Ergo ab hoc titulo inepto proponuntur, cum tamen blanda ſint plerumque ut oleum Amygdalarum dulcium Balſamus Arcæi &c. conducunt egregie ad leniendum & temperandum ſanguinem. Dixi antea adhiberi debere opiata ad tuſſim ſedandam; & certe ſine horum ingenti vi nunquam aggredi debet hic morbus. Nervi enim in pulmonis membranam ſunt irritabiliſſimi, cum vas hic ſit ruptum; perpetua fit titillatio, inde tuſſis, & inde nova dilatatio & forte diſruptio, ergo opiata tanta debent copia dari, ut impediatur inanis tuſſis, quò verò minori copia hoc effici poteſt eò melius.

Sanguis die ultimi concilii mittebatur, & inde ſenſim ſiſtebatur hæmoptoe, paucus ille qui adhuc ejicitur, fluidus eſt, quod bonum ſemper indicat. Ab illo die vires ſunt potius conſtantiores. Phlegmata rejecta non ſunt purulenta.

rulenta, nec ſanguinolenta, ſed ad minimum adhuc motum tuſſe ſicca fere ſuffocatur.

Concludimus itaque hodie quod omni ratione cavendum ſit, ne motu vel acrimonia ſanguinis recrudeſcat, Hæmoptoe, quod prioribus monitis & ſequentibus medicamentis efficere conabimur.

℞ Flor. Althææ.
—— Papav. Rhead. ana ℥j
Fol. Menthæ. M. I.
Semin. contuſ. papav. alb. ℥ij
Rad. Althææ. ℥ſs
—— Glycyrrh. ℥iij

F. cum Aq. decoct. ſpatio ½ horæ ut exhibeantur ℔ iv.

℞ Laudan. puri. gr. iij
Lap. Hæmatit. ℈j
Syr. papav. alb. ℥j
Aq. Flor. Rheados ℥viij.
M.

Ut bibat cochl. 1. omni bihorio interdiu ſuperbibendo ℥ij tepidas de decocto. Sumpſi hic ferè gr. iv. opii, nam ℥j ſyrupi papaveris albi ferè æquat gr. j. laudani.

Sunt verò miſturæ doſ. xviii unde ſi ſex ſumat quotidie habebit gr. i opii & ⅓ ℥. Syrupi Papaveris Albi.

Decoctum fit ex emollientiſſimis herbis non adſtringentibus : Medici ſolent addere aquam cinnamomi, & acetum quæ bona ſunt reſpectu Morbi, ſed malo reſpectu tuſſis, quæ maximè obſervanda eſt, ideoque hæc omiſi.

Con

Concluſio nuperrima erat, quod diagnoſis, quod erat Hæmoptoe ex ramo arteriæ pulmonalis ſoluto, tali ſolutioni rarò ſuperveniat ulcus ante 14 dies poſt Hæmoptoen præcedente ſemper inflammatione. Hanc adeſſe docent imprimis febris & ſitis inanis, ſed nulla talia ſigna adhuc videbantur, nec hodie apparent. Sitis quidem manet, ſed non magna, nulla urgebat quamdiu remediis utebatur, hæc verò heri fuerunt conſumpta, & tunc rediit tuſſis, ſentit anxietatis parum juxta decurſum ſterni, tuſſis notat cruditatem ad vulnus, quæ ſi adeſſet inflammatio non appareret, accedit quod dum pulſum tango & jubeo ægram expandere pulmonem, pulſus non vacillat, quamvis multum capiat aëris, quæ certè bona ſunt ſigna.

Diagnoſis. Itaque eadem manet, nempe quod vulnus pulmonis crudum ſit ſine notabili inflammatione, ſine ſuppuratione.

Prognoſis. Ergo metuendum eſt ne fiat recidiva Hæmoptoes, quoniam poſt Venæ Sectionem vaſa vix detumuere, corpus fæmininum & titillatio tuſſim excitans remanet. Ergo hodie agendum, ut imprimis ſedata tuſſe impediatur nova ſolutio. Clari Viri hic cogitant de adſtringentibus, ſed dixi quid de his ſentiam. Alii volunt detergere, ut impediatur nova ſuppuratio. Si hoc fiat, excitabitur vulnus crudum ad novum ſanguinem dimittendum.

Ergo primis 14 diebus agendum imprimis eſt, ut impediatur nova ſolutio & inflammatio, ſine qua nequaquam fiet ſuppuratio. Concludimus ergo circa agenda, quod omni decimo quarto die Venæ Sectio ſit inſtituenda. Et intermedio tempore in iiſdem perſiſtendum,

nam

nam nondum reſpuit decoctum & præſtantius non novi. Lapidis hæmatitides uſus non videtur amplius neceſſarius, eſt enim vena ferri & ſi nimis adhibeatur, agit ut ferrum, unde poteſt novam efficere hæmorrhagiam.

Pergat in uſu decocti & miſturæ ultimo præſcriptæ omiſſo lapide hæmatitide.

Præcepta fuit Miſſio Sanguinis ſingulis decimis quartis diebus, eo propoſito ut debilitetur corpus, & minuetur impetus & copia ſanguinis, quò quies pulmoni utcunque concilietur, ſed tempore feriarum uno ſaltem die antequam mitti deberet ſanguis, erupit ex pulmone hora ſexta matutina ſanguis coccineus floridus.

Erat hoc ſanè infortunium ſatis notabile; ſed Miſſio Sanguinis ilico celebrata ſiſtebat ſtatim hæmoptoen. Præſcripſi tunc temporis eadem iterum medicamenta, ſed poſt duodecim dies rediit intempeſtiva Hæmoptoe, tamen minori copia ſanguis excretus erat, ut ante coccineus, floridus ſpumoſus. Anxietatem tunc paſſa eſt imprimis à terrore & alvum obſtrictam. Iterabantur eadem medicamenta, & Venæ Sectio unde ſiſtebatur ſanguis, alvus clyſmate laxata anxietatem ſolvit. Heri cum deberet conatum exhibere ad onerandam alvum prodiit iterum parum ſanguinis ex pulmone, ſed ilico eruperunt menſes ſimul. Et hoc certe ſatis commodum, quoad curam ſed malum reſpectu Prognoſis, nam cum ſanguis jam ad aliquot libras evacuatus ſit, tamen plethora propulſit menſes, unde vix ſperare licet pulmonis conſolidationem. Phlegma & reſpiratio docent vix ulcus in pulmone niſi ad labia vulneris. Qui enim laboravere hæmoptoe, ſi cito poſt ejus cauſam demittant phlegmata purulenta, inodora,

inodora, uti hic non habent vomicam, adeoque talia ſputa bona ſunt, nam vulnus quod hic ſatis magnum fuit, non poteſt conſolidari ſine pure facto; hinc falluntur ſæpe Medici, qui aiunt hominem non reſurgere cui pus verum prodit, ſi enim à ſimplici natura vulneris fiat, eſt ſignum optimum, alias ac ſi à vomica tecta prius non rupta.

Prognoſis. Jam ſpes eſt ſanitatis recuperandæ poſt omnia prægreſſa, nam nulla ſecuta eſt febris hectica, ergo ulcus à vulnere ſecutum non poteſt eſſe magnum & quamdiu gaudebit fluxu menſtruo, tuta erit ab Hæmoptoe nova, ſi verò hic ſiſtat citiſſimè iterum ſanguinem ſpuet, unde novæ tragediæ.

Circa agenda itaque debemus imprimis uti beneficio naturæ, ut per vaſa uteri jam aperta fluat ſanguis & hæmoptoen præcaveat. Sed quomodo hoc præſtabitur? An Emmenagogis vulgo dictis? Certè hæc prius in pulmone quam utero agerent. Reſtat itaque ut tantum vaſa uteri debilitemus, & labefactemus, dein ut in prioribus pergamus vel ſimilibus.

Ergo 1. ponat pedes in balneo aquæ tepidæ dulcis, ſed ita ut non caleſcat reliquum corpus, ſic derivabitur ſanguis deorſum à pulmone ad uterum. Caveat ne frigus pedes, crura, vel femora, aut ventrem inferiorem attingat, ne fiat repulſus ſanguinis. 2. Poſt duodecim dies reiteretur Venæ Sectio ad præcavendam hæmorrhagiam. 3. Quoniam pulmo reliquus adhuc bonus eſt, & reſpiratio uti debet medicamentis molliſſimis, glutinoſis. 4. Ea imprimis neceſſaria ſunt, quæ tuſſim ſopiant.

℞ Rad. Symphit. Mag. ℥j
Fol. parietar. ℥ij
Flor. papav. Rhæad. ℥j
Sem. cort. papav. alb. ℥ij
M.

Ebulliant cum aqua ſpatio ¼ horæ tum decoct. ℔ iij admiſce ſyrupum papaveris albi ℥iij bibat ℥ij tepidas omni bihorio à mane ad veſperam. Continuetur diæta lactea farinacea.

Diagnoſis ultima erat arteriam pulmonalem ruptam ita conſolidari, ut non dimittat ſanguinem, ſed à cicatrice proveniat materiem purulentam, cicatrix verò adeo tenera eſt, ut facile iterum ſolvi poſſit. Materies jam rejecta in vaſe ſervata apparet craſſa, alba & verum certe pus, adeoque vera adeſt ſuppuratio non eſt mali moris, Rheumatici enim ſæpe tale pus ſine noxa rejiciunt.

Omnis enim ſuppuratio in externa ſuperficie veſicularum vel bronchiorum periculo caret. Si verò eroſa arteria pulmonali formetur vomica, quæ tecta primo tandem rupta pus deponit, eſt tunc ſane gravis momenti res, materia tamen hic rejecta prioris videtur eſſe generis, nam videtur natam fuiſſe cicatricem ut rupta fuit arteria, cujus externa ſuperficies pus dat. An itaque præſcripta boni quid præſtabunt? Propoſitum erat, ut demulcendo, & tenacitate lenta temperando ſanguinem à nimia ſalſedine & fluiditate præcaverent. 2. Ut tuſſim quatenus irritatione fit, compeſcant, non quatenus à materia, nam non omnis tuſſis, ſed inanis tantum compeſcenda eſt. Hinc *Hippo-*

crates in curandis Phtiſicis, quandoque tuſſim excitantia defendit, quandoque verò inanis eſt penitus contraria præſcribit. 3. Ut ſanguis ad vaſa uterina diſponatur ſine excitato motu. Quis itaque ſucceſſus? Continuata eſt ſanguinis excretio, ſed minori copia, in omnibus melius ſe habuit, inſpiratio aut expiratio ſine ſibulo aut tuſſe, dum inſpirat æquabilis manet arteriarum motus, tuſſis nulla fere ante heſternam veſperam, nam tunc conſumpta erant Medicamenta, & ab eo tempore moleſta urget tuſſis; Hæc poſt Hæmoptoen fit vel ab aſperitate & irritationis partis læſæ, vel à materie ſuppurata & aggregata in quodem loco, prior periculoſa, quoad effectum non cauſam. Poſterior tum verò prioris generis eſſe videtur. Diagnoſis eadem manet. Prognoſis non diverſa, ſcilicet quod ſi caveri poterit ulterior ruptura arteriæ, prægreſſa ſanari poteſt. Quid agendum? Certe nihil præſtantius præſcribi poteſt quam omnia ultima præſcripta, vitanda quæ tuſſim movent, ut Acida, Alcalina, Motus &c. Effectus ultimi concilii ſunt, quod ægra in omnibus morbum ſpectantibus benè ſe habet ſine ulla labe, capit multum aëris, cito dimittit ſine tuſſe, quod ſane miror, & gaudeo nam antea non potuit hoc ſine tuſſe facere, nulla amplius hæmorrhagia, tuſſis ſedata, nulſa febris hectica, niſi quod anxietatis parum patitur veſperi quando pedes aquæ immittit, menſes per tres dies rediere, unde levatur pectus, hinc ritè ſcripſit *Bennetus* (à quo fateor me multa didiciſſe, & doleo quod horrido illo ſtylo lectores deterreat) quod magnus ſit error in ſputo ſanguineo refrigerare pedes, ſpe impediendi ſputi, nam è contra ſæpe illud

excitat. Ægra à novem diebus non depoſuit alvum, ſed opiata & inviſcantia medicamenta hoc faciunt, eſtque hoc ſymptoma bonum in tali morbo, tamen hoc habet incommodi, quod materies fæculenta die ageſta magnum conatum facit, ut exprimatur, ſed an licet purgans, an ſolvens aliquid hic dare? Non nam certe uno tali errore perderentur forte omnia, ergo adhibebimus tantum Clyſma molle.

℞ Syr. Althæ. ℥iij
Citri puri ʒij
Aq. communis ℥vij.
M.

pro clyſmate ilico applicando pergat in reliquis ut ante.

Concluſio ultima erat, quod morbus præſens ſit ea diatheſis pulmonum, quæ ponit cicatricem nondum penitus levigatam, ſine Phthiſe pulmonali vel ſuppuratione alia quam ab externa ſuperficie vulneris. Nulla hodie ſigna contrarium aliquid docent. Ut perficiatur cura, debet evitare omnia, quæ impetum faciendo vas iterum rumpant, ſi enim fortè rumpatur vas intra ſubſtantiam pulmonis nec expuatur ſanguis, & poſtea pus, fiet vomica tecta, & ejus effectus. Itaque vitando omnia, quæ acrimonia, copia, vel motu excitato vaſa lædant.

Dicitur apud Medicos peritos, quod diæta lactea hic ſit optima, & verum eſt ſi ad ℥j vel ij ſimul ſumatur, ſi enim nimia exhibeatur copia ſola mole opprimit pulmonem. Dein debet ſopiri tuſſis, quod fit oleis blandis, preſſis,

ſuccis imprimis glycyrrhicæ & omnium optimè opiatis. Tandem debent venæ inferiores aſſuefieri ad dilatationem, ut eos plus accipiant, nec tamen cito ad cor remittant. Hoc imprimis obtinetur balneis pedum, quorum ope jam pro tertia vice rediere menſtrua, unde videtis quantum in Medicina valet derivatio. Ad temperandum ſanguinem & conſolidandum vulnus non novi præſtantius quam decoctum ultimum, quod itaque reiteretur, tuſſis compeſcitur ſequentibus pilulis.

℞ Succ. Glyc. inſpiſſ. ʒj
Opii puri. gr. x.
M.

accuratè ut F. pilul. gr. iij circiter ſumat unam quater de die ſenſim deglutiendo.

Ægra tempore hæmoptoës tuſſi valida vexabatur ex levi cauſa exaſperata, nunc verò ducere poteſt aërem magnâ copiâ, aliquamdiu retinere & dimittere ſine tuſſe excitata, faciei rubore & pulſus vacillatione, quæ omnia docent facilem per pulmones dari tranſitum. Ex centum caſibus vix unum ſanè inveni, qui tam pulchrè procedit, fuit enim hæmoptoe ex arteria pulmonali profunda à cauſa interna, nunc conſolidatur ſine Vomica aut Phthiſi, nec reſtat aliud, quam ut præcaveatur nova ruptura in quem finem priora ſunt optima, iterentur itaque Decoctum pectorale & pilulæ in eoſdem uſus.

Dimittat prius pedes in aquam tepidam.

Adſtricta alvus cum mente turbata.

Puella mente non adeo conſtans, & ideo hic manens, dicit ſe laborare febre, ſed certe habitus corporis, & reliqua ſigna poſt interrogationem docent nullam adeſſe febrim. Alvus eſt adſtricta, itaque præſcribam aliquid ad hanc laxandam & ſimul animum ſedandum, ne ægra credat ſe nimis negligi.

℞ Elix. pptis. cum ſal. tart. parat. ʒv
Syr. Althæ. ℥iβ
Aq. Stillat. Fænicul. ℥x
M.

ut capiat Cochl. 1. omni trihorio.

Contractura.

Vetula ante aliquot annos ſemper optimè ſe habens ex ſolo animi affectu incidit in contracturam ſub oſſe ſacro, qualem certè in Medicinæ praxi nunquam mihi contigit videre. Nam videtis quod ipſæ pedum plantæ contortæ ſurſum penitus ſpectent, nec aliquid veteris formæ infra os ſacrum manet. Hic morbus in initio neglectus, nunc certe non capit medelam. Jam verò incepit labefactari cerebrum utcunque unde Medicamentum quoddam reſolvens,

ſolvens & excitans adhibebimus, ut juvetur cerebrum.

℞ Elix. pptis. ʒiv
Sal. volat. oleoſ. ʒiij
Aq. ſtill. Menthæ ℥xv
Spirit. Vit. Matthiol. ℥ij
Syr. Alth. Fernell. ℥ijß
Aq. Stillat. Cinnam. ℥ß
M.
Capiat ℥ß omni trihorio.

Hemiplegia.

Mulier ut apparet ſaniſſima & optimè valens ante initium hujus morbi; jacet nunc hemiplectica, nam totum latus dextrum, à capite per linguam, brachium, crus, pedem, motu deſtituitur manente ſenſu aliquo. Hiſtoriam mali ignoro, nec adeſt aliquis qui aliquid diſtinctè narrare poteſt. Dicitur ab animi pertubatione poſt puerperium proveniſſe, tamen mens conſtat, unde non videtur cerebrum multum affectum, ſed fortè cauſa hæret ad initium ſpinalis medullæ. Hinc dabimus Medicamentum aliquod vires corporis, & ſpiritum excitans donec ſequenti vice diſtinctius aliquid de morbi cauſa narretur.

℞ Spirit. Sal. Ammoniac. ʒiv
Tinct. Caſtor. ʒvj
Mel. Anthoſ. ℥iij
Aq. Stillat. Roſmar. ℥xij
M.

ut

ut bibat cochlear. j omni bihorio diei ſuperbibendo ℥ij de herbis ſequentibus inſtar Theæ præparatis.

℞ Folia recent. Rut.
——— ——— Roriſmar.
——— ——— Scordii ana M j.

conſciſſa, miſta & in quatuor partes diviſa, exhibe. Infundatur quotidie pars una cum aqua fervida ℥xiv in uſum præſcriptum.

Ægræ cuſtos poſtquam inquiſiverat in morbi hiſtoriam à vicinis refert, quod hæc ſit juvencula viginti & ſex circiter annorum ante paucos annos nupta, & haud ita pridem puerpera, quod in puerperio paſſa ſit ſummum paupertatis onus, & à marito fere deſerta, qui poſt multas calamitates, & injurias illi illatas, ſtragulo tandem lecti, quibus tecta jacebat miſera hæc ægra ſuſtulit & vendidit, quod hinc animo percuſſo, paralyſe erat correpta, ſine facultate loquendi, ita ut totum latus dextrum immobile nec modo hoc verum; excrementa illi inſciæ exibant. Talis erat ultimo die mercurii, quando primo eam vidimus, ubi quoniam non intellexi malum prægreſſum, tentavi remedia, quæ ſubito in nervos agerent, quæ optima ſanè fuiſſent, ſi morbus à ſolo ſpirituum lentore ortum duxiſſet.

Quando prius loqui volebat non formavit tonum articulatum, nunc verò incipit utcunque vocem unam vel alteram edere; ſi rogem ut linguam exerat, hanc rectam emittit, cum ultima vice ad lævam deflecteret. Hemiplectici enim quando linguam exerere conantur, trahunt

hunt ſemper in latus ſanum, nunc verò poteſt non modo recta exerere ſed vibrare paululum; ſi verò rogem, ut tollat brachium dextrum non poteſt niſi ope alterius manus, incepit à biduo monere cuſtodem quando dimittere vult excrementa.

Diagnoſis. Ad quod itaque morbi genus pertinet? Ad morbos motus muſcularis ſcilicet paralyſim; cumque non totum corpus, ſed dimidia ejus pars afficiatur, eſt hemiplegia, nam mente conſtat, ergo non eſt parapoplexia. Hemiplegia vel habet cauſam in ipſo cerebro, vel ad originem nervorum ſub ipſo cerebro. Prior ſpecies habet læſum cerebrum comes, hic verò cerebrum liberum eſſe videtur, imprimis quia mente conſtat, linguam poteſt rectam exerere, & os non deducitur in unum latus. Quænam eſt phyſica morbi idea? Infra caput ad calcem uſque hemiplegia ſolvitur, & nuperrimè fæces inſcia dimiſit. Ergo debet cauſa in altiſſima fere parte medullæ ſpinalis hærere, ubi bifurcatur, ſi enim ejus ſedes ad vertebras thoracis hæreret, tunc potuiſſet movere brachium.

Vidi Argentifabrum, cui contuſa erat vertebra lumborum, unde involuntariè prodibant fæces, & totum femur factum fuit paraliticum, ſed ſuperiora facile potuit movere. Vidi in nobili puero vertebram thoracis ultimam à rachitide eroſam, unde inferiores partes paralyſi afficiebantur ſuperioribus ſanis, quando apoſtema fuerat apertum, rediit parum motus per aliquod tempus, ſed poſtea aucto malo extinguebatur æger. Ergo cauſa morbi videtur hærere immediatè ſupra originem nervorum brachii, ſub nervis colli, nam hoc poteſt moveri.

veri. Sed quid ibi hæret? Aut quid patitur locus? Non deſtructus eſt ab ictu vel lapſu, nam nihil tale præceſſerat, ſi poſt ingentem phrenitidem ſic correpta fuiſſet, tunc oriretur malum à materiei metaſtaſi, ſed neque tale quid erat: an itaque à tumore inflammatorio, perioſtei interni craſſi, aut membranarum medullæ ſpinalis, uti ſæpe contingit? Nulla adſunt caloris aut febris ſigna. An ſanguis à perturbatione animi ex vaſe rupto effuſus locum comprimit? Talis effuſio ſæpe fit ad naſum aut uterum imo aliquando à ſummo animi affectu rumpitur vas intra cerebrum, & homines inde cadunt apoplectici. Sed neque hæc videtur mali cauſa, nam jam duobus fere menſibus ſic laboravit adeoque ſanguis effuſus jam fuiſſet putrefactus, inde non tam cito levamen cepiſſet à remediis adhibitis.

Puto itaque ſpirituum tranſitum non verò ſecretionem impediri, unde impeditur motus. Sed quid eſt quod hunc tranſitum impedit? Certè difficillimum eſt dictu, nam levis cauſa molliſſimum illud corpus ſic poteſt diſponere, ut obſtruatur meatus ſpirituum, & videtur à ſolo animi affectu provenire.

Prognoſis. Puto quod integrè poteſt convaleſcere ægra & quidem brevi, ſi bona ſint Medicamenta, quia imprimis conſtat cerebrum eſſe bonum, ſed non loquitur niſi nervi linguæ à ſolo cerebro proveniant. Non videtur lingua multum impediri ad formandas litteras. Sed facit ſonum, quod à ſpina omnes accipit nervos.

Quid agendum erit? Morbus ex dictis videtur eſſe fere ſine materia, & ſpecies Catalepſios ad dimidiam corporis partem. Hinc Miſſio

R 5 San-

Sanguinis non videtur multum profutura, ſed ea imprimis, quæ in genus nervorum agunt. Ergo conducunt Epiſpaſtica ex Cantharidibus, quorum ſubtiles partes nervos vellicabunt. Dein purgans hydragogum ſed quorſum hoc? Definitus erat morbus fere ſine materia quod eſt verum, ſed intentio talis purgantis eſt imprimis ad reſolvendum, & violentum motum excitandum. Dein adhiberi debent frictiones magnæ cum fortiſſimis ſpiritibus, & tandem Medicamenta ultimo præſcripta. Itaque

℞ Reſin. Jalap.
—— Scammon ana gr. iv
Trochis. Alhand. gr. ij
Mercurii dulc.
Sacchari puriſſ. ana gr. viij.

Diu terendo in Mortario Vitrio F. pulvi tenuiſſimus craſtina manè ſumendus cum pauca cereviſia dulci.

Iterentur miſtura & herbæ ultimæ præſcriptæ in eoſdem uſus.

Applicetur veſicatorium cervici. Jalappa, Scammoniam, Colycynthis, poſſunt ſanguinem in aquam reſolvere, ergo ſunt re vera Venena. Sed arcanum ſummum in cura. Paralyſeos eſt quod ſaccharum facit reſinoſa purgantia facilius operari.

NB. Neceſſe admodum eſt monere, ut talis pulvis teratur in mortario vitreo, aliter ægra mortem aliquando inferre poteſt, ſi fiat in Mortario Cupreo, nam cuprum facilius ſolvitur ſpiritu illo acido mercurio dulci adhærente, quam ipſe mercurius, unde fit vitriolum ſummopere Emeticum. Utatur cibis & potibus acrioribus, qui in genus nervoſum agunt.

In-

Inquirendum eſt in ſymptomata, ut ex his videamus, quid in Diagnoſe vel Prognoſe mutandum, vel denique in agendis. Functiones naturales ſic ſe habent: appetitus ſatis bonus, digeſtio ſine moleſtia, diſtributio Chyli optima, ſitis naturali paululum major, alvum a biduo non depoſuit poſt ſcilicet purgationem, ut ſemper fere accidit, monet cuſtodem de excernendis excrementis, calor naturali nec major nec minor. Ergo in functionibus naturalibus nihil in Diagnoſe, Prognoſe vel agendis mutatur. Reſpiratio æquabilis loquela ſatis bona, motus pulſus ſatis moderatus. Sed violenta acria exhibita ſunt Medicamenta, & tamen nullus excitatus motus febrilis, ergo videntur humores deficere. Morbus verò imprimis in functionibus animalium hæret, in hiſce præcipuè inquirendum. In primo Concilio ante octo dies mens tam parum conſtabat, ut in mediis hæreret excrementis ſine percepta moleſtia, quod magnum certe ſignum eſt perceptionis imminutæ, adeoque & cerebri tunc temporis impediti, ſed poſt uſum acerrimorum Medicaminum rediit functio cerebri, ut perciperet conatus ad deponendam alvum & urinam. Nunc verò abſolutè mente valet, memoria ſatis bona eſt, nam narrat ſatis diſtinctè, quæ acta ſunt ab ultimo Concilio. Ergo functiones animales huc uſque demonſtrant omnia ritè procedere, nec in mille caſibus fortè unus reperietur, qui per duos menſes radicatus tam cito ſanationem adeo facilem admittat, ſed motus animalis in muſculis artuum deficit, incipit tamen conatum edere elevandi brachii, unde meatus ad hæc loca expediri incipiunt.

Diagnoſis. Itaque hodierna eſt, quod nervi ſuperiores expediri incipiunt, & reliqui non pejus imo melius ſe habent.

Prognoſis. Sanari poteſt, & fere licet aſſerere, quod citò & certò ſanabitur cura, ſi in re lauta fuiſſet, daretur cibus ex ſalſis carnibus, iiſque aſſatis potius quam elixis, cum Aromatibus Thymo Majorana &c. conditis pane biſcocto cum Aromaticis parato. Potus nullus niſi vinum Medicatum, cum Floribus Roriſmarini, Stœchados Lavendulæ, foliis Salviæ Betonicæ &c. Hæc enim ſuavi odore faciunt ad curam mali. Bis vel ter de die debet tepidarium ingredi ubi aër ſiccus & calidus eſt, nam hoc tempus pluvioſum curam multum impedit, uti in balbutientibus, & omnibus paralyticis patet, qui tali tempeſtate peſſimè ſe habent. Motus debet exerceri plus quaſi quam poteſt, imprimis partis effectæ, ſomnus & Vigiliæ moderatæ, animi affectus magni excitandi imprimis ira, ſic Medicus quidam Principem fæminam, Califæ uxorem ab Hemiplegia liberavit, impetrata à Califa venia, ut quædam tentaret ad iram excitandam: Cumque ſolus apud fæminam fuiſſet, voluit ſubducta manu fæmora attractare, unde ægra ira & vindicta contra temerarium hominem æſtuans à morbo liberabatur. Medicamenta talia debent eſſe, quæ corpori ingeſta faciant ſubitam, & magnam mutationem motus, imprimis volatilia fœtida, ut Ruta Sabina, Spiritum Caſtorii vel Urinæ &c. Dein balnea & frictiones ſiccæ cum pannis aſperis ſupra fumum Tabaci, Myrrhæ, Olibani & imprimis Succini. Sumemus itaque pilulas fœtidas cum Emplaſtro nuchæ,

&

& ſpinæ dorſi applicando, quoniam frictiones non tam benè hic inſtitui poſſunt.

℞. Aſ. Fætid.
Gum. Galban.
—— Sagapen.
Caſtor.
Balſam. Copaiv. ana ʒj.
M.

F. pil. gr. iv. ſumat unam omni bihorio diei ſuperbibendo ℥ß miſturæ ultimæ repetitæ, quæ itaque in hunc finem reiteretur.

Porro.

℞. Fol. recent. arbor. Vitæ
—— Rutæ
—— Sabinæ ana M ij.

conſciſſa exhibe ut his utatur loco priorum herbarum.

℞. Emplaſtr. de Cumin. galb. puriſſ. ana ℥j
M.

F. Emplaſtrum ad alutam applicandum cervici, & dorſo ſuperiori.

Balſamus Copaivæ optimus eſt inter olea nativa ad nervos irritandos.

Tres illæ herbæ nunc recentes ſunt fortiſſimæ.

Supereſt ferè tantum paralyſis ad humerum, nam femur, crus, & tibia ſunt utcunque reſtituta, cum heri innixa ſit, ſed non adeo ritè procedit ad humerum via tamen incipit expedi-

 ri,

ri, cum movere paululum poteſt digitos. Mirum forte hoc vobis videbitur quod cum obſtructio vel tranſitus impeditus ad ſuperiora manebat, tamen partes inferiores prius ſint reſtitutæ. Brachium totum calet ſatis, ergo immobilitas videtur à defectu ſpirituum, non verò ſanguinis pendere, ſed cur via ſpirituum verſus inferiora prius reſtituitur? Videmus ſæpe quod vaſa depleta collabantur vi contractili aucta, hinc cum origo medullæ comprimebatur, nervi inde orti collaberentur, ſed nervi ad brachium tendentes majores habent ganglionès, & fortiores membranas obvolventes, quam inferiores, unde difficilius expedientur iterum, accedit quod brachium nudum frigori ſemper exponebatur, nam crus & femur ſtragulis fovebantur.

Prognoſis. Confirmatur quod cito ſatis ſanabitur, nec alia agenda indicantur quam prius, cum tam pulchrè huc uſque procedant, itaque omnia prioris Concilii, reiterentur.

Exhibebimus præterea cras hydragogum paulo fortius, cum jam vires plus conſtant.

℞ Reſin. Jalapp. gr. vij
—— Scamm. gr. vj
Sacchar. puriſſ. gr. viij
Mercur. dulc. gr. xv.
Trochiſ. Alhand. gr. iij.
M.

F. pulv. in Mortario Vitreo tenuiſſ.

Purgans nuper deſcriptum hydragogum aliquoties alvum ſolvit, illius verò præcipua intentio erat ſanguinem ſolvere, quod certe valet efficere in ſanguine denſo fortiſſimi hominis,

nis, ſi enim Scammonium ad ℥j vel Jalappa ad ℥iv vel Mercurius dulcis magnâ copiâ exhibeantur ſic attenuabitur ſanguis à globis rubris factis in ſeroſos; ut in aquam putridam converſus per os aut alvum exibit. Huc referuntur corroſiva ſive alcalina ſive acida, ſive compoſita, ut lapis infernalis &c.

Hinc oritur dogma practicum, quod ubi opus eſt excutere materiam lentam ex ſanguine ut in Gonorrhæa, vel aliquid vaginas nervorum obſtruens, tale purgans convenit. Sed valdè debilitat, & corpus paralyticum nimis debile eſt, ergo interpolari debent medicamentis ſanguinem compingentibus, & ſuo ſtimulo in nervos agentibus, ſi verò his aut illis ſolis utamur, vix tam benè procedit cura ac ſi utriſque.

Poſt ultima exhibita Medicamenta ſermo alacrior eſt tamen nondum perfectè expedita nam prima verba diſtinctè promit, ultima ſæpe deficiunt, quod in hoc morbo familiare eſt, cum à longo tempore inaſſueta fuit loqui, haud tam rite jam procedit, quamvis organa expedita videntur, ſed Muſicus ſolertiſſimus, ſi à fidibus ſuis per longum tempus abſtineat non adeo rite eos percutiet poſtea, donec paululum ſeſe aſſueſcat. Motus humeri ſupinatus, & pronatus brachii hodie meliores ſunt quam antea, pedibus poteſt ſe ſuſtinere & ambulare paululum, unde patet vias in muſculis illas incipere expedire, & ſatis quidem longè, nam tremulos motus edere poteſt digitis, unde liber eſt meatus uſque in muſculos fidicinales.

Concludimus ergo cauſam mali jam non ad nervorum originem hærere, ſed probabiliter in horum vaginis ubi ſæpe hæret paralyſis, cum cere-

cerebrum bonum eſt, nec probabile ipſos nervos obſtructos eſſe, ſi enim hoc fiat, quomodo deobſtruentur iterum; ſanè ignoro.

Prognoſis omnia bona promittit imprimis, ſi maneat calor & pergat in uſu Medicamentorum, unde celeris & melior effectus præſtatur quam expectare fere potuimus, nam vigor animalis redit, nec ingraveſcit ullum ſymptoma. Indicatio erat ut conaremur materiem infarcitam expedire ex vaginis nervorum, unde imprimis commendabantur frictiones calidæ, ſed hiſce deſtituimur. Unde Emplaſtrum Aromaticum vicem ſupplevit, addemus jam acre linimentum, quo fricetur pars. Miſturam primò potentiorem & purgans exhibebimus & hiſce certè ferè poſſim dicere, quod ſatis cito ſanabitur, nec temere hæc methodus mutanda eſt. Iteretur pulvis purgans ultimò præſcriptus hodie hora 12. dandus porro.

℞ Unguent. Nervin.
——— Martiat.
Olei caſtorei ana ℥j.
M.

F. linimentum ut eo perfricentur humeri, & brachium manè & veſperi.

℞ Sal. vol. oleoſ. ʒvj.
Spirit. Antiſcorb. ℥iv.
Tinct. Caſtor. ℥ſs
——— Succin. ana ℥ß.
Aq. Still. Roriſmar. ℥xv
Syr. Rad. 5. aper. ℥iij
M.

ſumat cochleare unum omni ſeſquihora diei.

Iterentur herbæ virides ultimæ in eundem uſum.

Herpes.

Herpes.

Puella 12 circiter annorum à prima pueritia aſſueta efflorescentiæ cutis, haud ita pridem herpete ſubleproſa capitis laboraverat, morbo pueris & puellis ſatis familiari, huic applicatum erat vulgatum remedium ex cerevisia recenti & butyro inſulſo, quod ſæpe ſatis bonum eſt, poſtea verò morbus relicto ferè capite palpebras invaſit, dein uti nunc videtis faciem ſub oculis.

Vocatur Herpes ex eo quod repat, diſtinguitur in ſiccam & humidam. Sicca quando ſtigmata minima apparent cum ſquammis ſiccis. Humida quando adſunt ulcuſcula, quæ ſaniem non pus fundunt. Vocatur leproſa quando non modo adſunt ſquammæ ſed ulcera profunda. Diagnoſis itaque eſt, quod ſit ulceroſa herpetica Diatheſis cutis. Prognoſis ſi ſubitò ſiſtatur, peſſimè poſtea laborabit æger, & morbus forte in cæcitatem deſinet, cum oculis jam adeo vicinus ſit, licet hi adhuc intacti maneant, nam tunica adnata nitidiſſima apparet, tamen ſanari poteſt.

Cura perficietur purgante hydragogo, aliquoties repetita donec ſquammæ decidant, dein ſuccis Antiſcorbuticis diarrhæam levem inferentibus. Videmus enim equos in ſtabulis hyberno tempore ſcabioſos factos, ubi in lata dimittuntur prata oborta diarrhæa ſanantur perfectiſſimè.

Nihil videtur extrinſecus applicandum, niſi Unguen-

Unguentum quoddam blandum vel oleoſum, quodcunque ad arcendam cruſtam ab aëre exſiccante productam, ſed dum hæc præſcribuntur, conſiderandum eſt, an aliquid maligni Veneris adſit.

Mater, Sorores & Fratres, apparent ſaniſſimi, ergo nihil tale hic eſt, nec eſt vera ſcabies, quia reliquos cum quibus verſatur puella non inficit.

℞ Reſin. Jalap. gr. xij
Scamm. puri gr. xxiv
Mercur. dul. ʒſs
Trochiſc. Alhand. gr. iv
Sacchar. puriſſ. ʒj.
M.

F. pulv. diu terendo in Mortario Vitreo, in quinque doſes dividendus, quorum ſumat unam alternis diebus.

Tale purgans ſolet hunc Morbum mirificè tollere liquefaciendo ſanguinem, unde materies redditur perſpirabilis, & ſimul per alvum ſubducitur. Poſt ultimam purgationem utatur ſequentibus per decem dies.

℞ Tarax. recentiſſ. cum toto M. I.
Becabung. M ß
Rad. Recent. Oxylap. ℥j.

Minutim ſciſſa coque in pinta ½ ſerilactis per ¼ horæ tunc exprime ſuccum pro una doſe Matutino tempore.

De

De Gangræna.

Mulier 42 annorum nullo antea morbo laborans ſemper ſaniſſima fuit, maritata ſex procreavit liberos; corripitur ante bimeſtrem acerrimo dolore in hypochondris extendente ſe ad lumbos, dolor porrexit & fatigavit maximè corpus; poſtquam perduravit ille dolor, nec ceſſerat Remediis, quæ ob paupertatem non, ut oportebat, data fuerunt, tum incepit paralyſis occupare pedes, crura & femora ad truncum uſque, quâ ſubinde auctâ omnis motus fuit abolitus ſub trunco corporis, acceſſit inſenſilitas integra partium; dum hoc contigit hæc mulier ſemper jacuit ſupina, qui effectus eſt paralyſios; hinc orta eſt gangræna occupans pedes crura nates & vicina, cum tandem cogeretur ſemper ſupina decumbere illæ partes putrefactæ ſunt, inde emiſſio involuntaria fæcum & urinæ, tum acceſcit febris, & periere ferè omnes functiones. Vocatus cum illa mente conſtans mihi omnia narraret, & explorarem pulſum, & reſpirationem, prædixi non multum poſſe ſperari à curatione, hinc tum conſideravi quod oporteret ſitum corporis mutare, verum impoſſibile erat, nam ad quemlibet alium ſitum deficiebat viribus ſubinde ergo cogitavi, quid oporteret, ut benè depurarentur aſſiduè loca, & emollientiſſimis repurgarentur, ut ſeparari poſſet exſpectari partium. Dein danda decocta quibus ſpes foret, ſanguinem liberatum iri à miaſmate gangrænoſo reſorpto in ſanguinem, uti & demulcentia.

For.

Formula Decocti.

℞ Rad. Bard. ℥vj
—— Scorſ. ℥iv

Cum Aq. Decoct ſpatio ¼ horæ ℔ 2. admiſce

Syr. papav. albi ℥j

bibat unam unciam omni hora cui miſceat ſpiritum Cochlear. gtt. x.

℞ Spirit. Cochlear. ʒj.

Poſtero Die deficientibus viribus exhibui.

℞ Amygd. D. elect. N. 20.
F. Emulſio. ℥xvj
Admiſce nitri puri ʒj
Syr. papav. albi ℥j.
M.

ſubſequenti nocte ſpaſmo oris correpta fuit, ut os nequaquam movere poſſit, hinc remedia ſumere non potuit, niſi tantum quantum effluere potuit intra dentes, tandem convulſionibus muſculorum oris & temporum correpta fuit ægra, & ſat placidè cæteroquin nobis præſentibus mortua eſt. Si tamen in initio paralyſeos data fuiſſent Remedia idonea, credo, quod potuiſſet evadere. Talem etiam Paralyſin anno elapſo habui ad crura & femora, ita tota moles muſculorum gaſtrocnemiorum ferè fuit abolita.

Finis partis ſecundæ.

IN-

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

A.

Abſceſſus quid 44. 89
——— Cauſa 44
——— Signa. *ibidem*
——— Effectus. 100
——— Indicatio. 89
——— Cura. 94
Acria in inflammatione nocent. 18
Ædema. 26
Aër in inflammatione ſubfrigidus. 69
Ἀγκυλωσις quid? cauſa ſigna cura. 318
Anodyna. 76
Anthrax. 123
Aperientia quid. 76
Attenuare quid. 78. 81

B.

Bubo quid. 121

C.

Canales mobiles qui. 41
Cancer quid. 238
——— Cauſa proxima. *ibid.*
——— ——— remota. 243
——— diverſitas. 240
——— occultus qui. 242
——— hujus Diagnoſis. 246
——— qui ulceratus. 242
——— Diagnoſis. 249

Cancer

Cancer. Sedes. 246
——— Effectus Prognoſis. 249
——— Cura. 265
——— parvus quomodo curetur. 255
——— ——— quæ in curatione vitanda. 258
——— magnus quid indicet. 258
——— ——— Symptomatum palliatio. 265
——— ——— Prognoſis. 260
——— cura. 509
Carbunculus. 123
Cataplaſma in gangræna optimum. 180
Caries oſſis unde? 282. 299. 304
——— Prognoſis & cura. 308
——— quæſita. 312. ad 318
Combuſtio unde? 207
——— gradus. 208
——— cura. 210
Conſolidatio in oſſe quomodo fiat? 205
——— ——— in carne quomodo? 206
Criſis quid. 87
Crudum quid. 91

D.

DEcoctum optimum in cancro. 264
Digeſtiva quid. 117
Diluentia. 80

E.

EPiſpaſticum in inflammatione. 67
Eryſipelas. 2. 25
——— bullatum. 26
Exoſtoſes quæ. 311
Exſtirpatio oſſis quando inſtituenda. 192
——— in quo loco. 193

Ex-

Exſtirpatio. Definitio. 195
——— ad adminiſtrationem quid requiratur. 196
——— Actio quomodo fiat. 199
——— Symptomatum ſequentium cura. 202 ad 207

F.

FIſtulæ quid. 102. 112
——— harum cauſa. 100
——— apertæ & clauſæ quomodo cognoſcantur. 115
——— cura. 116
——— Clauſarum effectus. 125
——— Prognoſis. 126
Fomentum optimum in Gangræna. 166. 170
Fonticulus quid. 68
Frigida actu in inflammatio nocent. 51
Furunculus. 122

G.

GAngræna quid. 49. 126. 310
——— locus. 128
——— ——— cauſa proxima. 47
——— ——— cauſæ antecedentes. 132
——— ——— ——— efficientes. 139
——— ——— ——— augentes. 50
——— ——— ſigna futuræ. 143
——— ——— ——— præſentis. 144
——— ——— Prognoſis. 149
——— ——— indicatio. 158
——— ——— cura. 159
Gangrænæ inveteratæ effectus. 174
——— ——— ——— indicatio. 175
——— ——— ——— Cura. 177
——— ——— ab impacto acri gelu factæ cura. 184

I. *In-*

I.

Inflammatio quid. 8
——— ——— ejus nomen. 1
——— ——— cauſa proxima. 5
——— ——— ſedes. 8
——— ——— cauſæ ſtagnationem in arteriis minimis efficientes. 9
——— ——— ——— in vaſis lymphaticis arterioſis. 21
——— ——— in omni vaſe conico. 24
——— ——— diverſitas cum aliis morbis. 24
——— ——— Diagnoſis & effectus. 28
——— ——— ſanatio beneficio naturæ. 38
——— ——— exitus in ſuppurationem. 44
——— ——— ——— ——— Grangrænam. 47
——— ——— ——— Sphacelum. 50
——— ——— ——— Scirrhum & quando. 54
——— ——— Prognoſis. 57
——— ——— indicatio quadruplex. 60
——— ——— ſatisfit indicationi primæ. 62
——— ——— ——— ——— ſecundæ. 67
——— ——— ——— ——— tertiæ. *ibidem*
——— ——— ——— ——— quartæ. 83
Injectio mundificans. 118
Ignis & inflammatio eſt idem. 3

M.

Macularum Rubrarum cognitio. Prædictio curatio unde noſcantur.
Maturatio quid. 94
Morbilli. 124

N. *Nodus*

N.

NOdus quid. 321

O.

OBſtruens materia quid. 77
Odontalgia quid. 293
Oſſa morbos ſimiles quos molliores partes patiantur. 271
—— —— Cur. itidem.
—— Quintuplici morborum ſerie diſtinguuntur. 272
—— prima ſeries morborum adſcribitur interſtitiis oſſium. 271 ad 273
Oſſium morborum cauſa. 271, 272
—— —— Effectus. 290
—— —— ſecunda veſiculis oſſium. harumque liquori. 273
—— —— cauſa. Effectus. 282
—— —— Prognoſis. 286
—— —— Tertia oſſis tegumento externo. 274
—— —— —— cauſa. 290
—— —— Prognoſis. 292
—— —— omnium cura. ibid.
—— —— Quarta ſeries. tegumento externo. 278
—— —— Cauſa. 290 & 303
—— —— exitus in gangrænam. ibid.
—— —— —— in cariem oſſis. 304
—— —— Diagnoſis hujus. 305
—— —— Cura. 306
—— —— ſi ſuppuratio vel gangræna adſit. 307

—— —— Quinta ſeries vaſis & vaſculis veſicularum oſſium. 279
—— —— Diagnoſis & effectus morborum. 282
—— —— Cura. 292
Oſſium inflammationis in ſuppurationem vergentis. 295
—— —— præſentis ſigna effectus cura. 297
—— —— in gangrænam & cariem. 299
—— —— —— cura. 300

P.

Paronychia definitio & cura. 290
Parotis. 122
Perioſteum quid.. 274. & 276
—— internum quid. 278
Phlegmone cum inflammatione differentia unde ſciatur. 242
Pthyſis quid. 103
Phymorum cognitio. Prædictio. Curatio unde petendæ. 121. 124
Potus in morbis inflammatoriis optimus. 82
Pulſus cur non ſentiatur. 33
Purgans in inflammatione optimum. 65
Pus quid. 46

R.

Ranciditas quid. 283
Refrigerantia quid. 73
Repellentia quid. 74
Reſolutio quid. 38
Retropulſum quid. 83

Revulſio. 66
Roſa bullata. 26

S.

SAnatio perfecta quid. 87
Scabiei cauſa. 6
Scirrhus quid. 54. 56. 215
- - Cauſa proxima. 54
- - cauſæ remotæ. 214
- - antecedentes. 219
- - ſedes. 214
- - effectus. 224
- - prognoſis. 228
- - cura. 229
- - differentia cum inflammatione unde pateat. 24
Sectaceum quid. 69
Sinus quid. 101. 112
Sitis cauſa. 35
Sphacelus quid? 127. 187
- - locus. 128
- - cauſa proxima. 50
- - cauſæ antecedentes. 132
- - ſigna futuri. 144
- - præſentis. 147
- - Prognoſis. 149
- - indicatio. 187
- - cura. 189
Spina ventoſa quid. 285. 309. & 312
Splendor unde oritur. 32
Stupefacientia quid. 136
Sudorifera in inflammatione nocent. 20
Suppuratio quid. 44